



302515883Z

ANTONII SCHULTINGII

NOTAE

AD

DIGESTA SEU PANDECTAS.

ANTONII SCHULTINGII,

QUONDAM IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA JURIS ANTECESSORIS CELEBERRIMI,

NOTAE

AD

DIGESTA SEU PANDECTAS.

Edidit atque animadversiones suas adjecit

NICOLAUS SMALLENBURG,

IN EADEM ACADEMIA JUR. PROF. ORD.

TOMUS SEPTIMUS.

PARS II.

LUGDUNI BATAVORUM,
Apud S. ET J. LUCHTMANS,
ACADEMIAE TYPOGRAPHOS.
MDCCCXXXV.


ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

L. S.

Sic igitur Dei benevolentia, qui vitam viresque mihi largitus est, opus absolvi, ante triginta et quod excurrit annos inchoatum, propter temporum tamen in primis, quae interim viximus, iniquitatem aliquamdiu intermissum. *Perfectum* illud esse, neque adfirmo, neque adfirmari postulo. An quid autem in hoc scripturae genere adhuc perfectius? forsan videri posset temere quaesitum, nisi primariam laudis partem Schultingio meo tribuerem, cujus effigiem opus hoc ornare curavi.

Supplementa, quae ultimo huic Tomo adjeci, magnam partem excerpta continent ex annotationibus MSS. Virorum Celeberrimorum Ruckeri, Voordae, Wateri; quarum usus demum datus mihi est prioribus quinque Tomis jam editis (vid. Praef. Tom. VI.) et in quibus multa reperiuntur, quae pulchra sunt exquisitiorisque doctrinae.

De-

Denique *Indices quarumdam rerum et verborum memorabilium, quae in annotationibus illustrantur*, nec non *praecipuorum auctorum scriptorumque in annotationibus laudatorum*, composui, ut starem promissis.

Fruare, qui Jus Romanum veneraris, opera mea: qua si quid adjumenti ejus Juris studio adtulerim, grata mihi erit temporis recordatio, quod huic operi perficiendo impendi. Vale!

Scrib. Lugd. Batav. mense Augusti. a. MDCCCXXXV.



Antonius Schultingius

ANTON. SCHULTINGIUS, *neomago gelrus, primum Harderov. dein anequerae, tandem Leidae jur. professor ord.* $\frac{9}{11}$ MDCCXIII *natus* $\frac{23}{7}$ MDCLIX. *obiit* $\frac{12}{3}$ MDCCXXXIII.

Lith. de L. Springer à Leide.

)(o)(

Denique *Indices quarumdam rerum et verborum memorabilium*, *quae in annotationibus illustrantur*, nec non *praecipuorum auctorum ſcriptorumque in annotationibus laudatorum*, compoſui, ut ſtarem promisſis.

Fruare, qui Jus Romanum veneraris, opera mea: qua ſi quid adjumenti ejus Juris ſtudio adtulerim, grata mihi erit temporis recordatio, quod huic operi perficiendo impendi. Vale!

Scrib. Lugd. Batav. menſe Augusti. a. MDCCCXXXV.



Antonius Schultingius

ANTON. SCHULTINGIUS, *neomago gelrus, primum Harderov. dein querae, tandem Leidae jur. professor ord.* $\frac{9}{11}$ MDCCXIII *natus* $\frac{23}{7}$ MDCLIX. *obiit* $\frac{12}{3}$ MDCCXXXIII.

Lith. de L. Springer à Leide.

DIGESTORUM

SEU

PANDECTARUM

LIBER QUINQUAGESIMUS.

TITULUS DECIMUS SEXTUS (1).

DE VERBORUM (2) SIGNIFICATIONE.

Titulos de *verborum significatione* et de *regulis Juris* non debuisse conflari (3), sed quodque relinquendum fuisse suo loco, vult Pard. Pratejus. *Jurisprud. Med.* I. 50. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 520. *et seq.*]

In verborum proprietate atque origine indaganda Stoicos imitati sunt JCti. Merill. *Obs.* I. 10. *et* 26. (4).

JCtorum summus circa verborum proprietatem labor est, Quinctilian. *Inst. Orat.* V. *ult.* in fin.

Verborum significatio et usus pro temporibus differunt, et *quae olim usitata fuere verba, glossematum loco nunc habentur*, Marc. Anton. IV. §. 33. ubi vid. Gatak. (5).

(1) Ad singulas hujus Tituli Leges commentati sunt varii, veluti Andr. Alciatus, Guil. Fornerius, Jac. Cujacius, Alber. Gentilis, Jo. Goeddaeus, Jo. Jac. Wissenbachius, aliique. *Programma* Andr. Homborgii *de Praecipuis in Novellas et Titulos de regulis Juris et Verborum Significatione Commentatoribus*, Helmstad. 1702. citatur in *Biblioth. Juridic. Lipenio-Jenichiana*, *p.* 501. Etiam Grotius, *in Flor. Sparsion.* ad plerasque h. t. Leges quaedam annotavit. Novissime, *Titulos Pand. et Cod. de Verbor. Signific. cum variae Lectionis apparatu* edidit Andr. Guil. Cramer. Kiliae, 1811. *Fragmenta Graeca h. t. cum nova versione, variantibus lectionibus, et suis aliorumque notulis*, Reitzius adjecit editioni suae Theophili, et exstant etiam in nova editione

Basilicorum, quam adornare aggressus est Car. Guil. Ern. Heimbach. *Specim.* I.

(2) *Et rerum* addunt Vulg., eamque Lectionem praeferunt Goeddaeus, Wissenbach. aliique, sed contra Graecorum auctoritatem, ipsiusque etiam Imp. Justiniani *in Const. de confirm. Digestor.* §. 8. uti recte monuit Cramer. *h.* add. Cujac. *ad Inscript. h. t.*

(3) Verissimum est, quod monuit Bynkersh. *Obs.* VII. 18. *In regulis et sententiis Juris Civilis, quamvis generaliter scriptis, si quis non recurrat ad ipsos Libros JCtorum, unde desumtae sunt, easque exponat ex argumento, quod ibi prae manibus est, nae ille saepe perniciosissime erraverit.* Add. Eckhard. *Hermen. Juris*, I. 5 §. 202. *seqq.* Sed recte quidem inde colligitur, majore hic cautione opus esse, ne forte Legis verba, ultra quam par est, extendas; adeoque operae pretium fecisse illos Viros Doctos, qui quodque Fragmentum ad materiam, ad quam proprie pertineat, referre conati sunt: quo in negotio Schultingius quoque admodum diligens fuit, et reliquis saepe palmam praeripuit. Verum minime inde sequitur, Titulos illos construi non oportuisse, quorum egregium, modo prudentes simus, in Jure interpretando usum nemo facile negaverit. Add. Jac. Gothofred. *in praefat. et Comm. ad rubr.* et *L.* 1. *tit. de regul. Juris.*

(4) Add. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 3. §. 92. et I. 4. §. 129. ibiq. Walch.

(5) Qui etiam citavit elegantem Horatii locum, *de arte Poëtica*, *vs.* 60. *seqq.*

L. I.

Ulpianus *Lib.* I. *ad Edictum.*] Cujacius, *in Recit. ad h. l.* refert ad *cautionem damni infecti* (1); sed Charondas ad Tit. *Si quis jus dic. non obtemperaverit* (2). Quod magis probarem.

Verbum hoc, si quis, *tam masculos, quam feminas complectitur.*] Vid. Nonium Marcellum, *voc. cuis. p.* 197. [edit. Paris. 1614.] Facit huc Cyprianus, *de discipl. et habit. virgin.* §. 3. *In masculo simul significatur et femina* (3).

Tam masculos, quam feminas] Ὕστερον πρότερον. Vid. Charond. *ad L.* 7. §. 4. *de pactis.* Cujac. *in Not. posterioribus*

lib. ad Tit. Instit. de Lege Aquil. Petr. Fabrum, *Semestr.* I. 25. (4). Exemplum quoque est apud Ulpian. *in Fragm. Tit.* XI. *pr.*

(1) Sive ad eam partem Edicti de damno infecto: SI QUIS *postulaverit sibi caveri* etc. *L.* 4. §. 8. *de damno infect.* Ita quoque Pothier. in *not. ad h. l.*

(2) Etiam Cujac. *in Notis ad h. l.* et Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 2. §. 17. in *Jurispr. restit.* Wieling. *Part. poster. p.* 26.

(3) Add. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 5. in Thes. Otton. *Tom.* 4. *p.* 1276.

(4) Add. notata superius ad *L.* 7. §. 8. *de pact.* Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 19. §. 1. *not.* 2. Voorda, *Interpr. et Emend.* III. 10.

L. II.

PAULUS *Lib.* I. *ad Edictum.*] Agens de *jurisdictione.* Charond. *h.* quod probo (1).

Urbis appellatio etc.] Conf. *L.* 87. et *L.* 139. *h. t.* Dio. Cass. *Histor. Lib.* XLVIII. *p.* 383. Dionys. Halicarnass. *Antiq. Lib.* IV. *p.* 218. *et seq.*

(1) „Pertinet ad officium Tribunorum plebis, quibus nulla extra urbem jurisdictio erat; et quibus abnoctare extra urbem non licebat, et, ut videtur indicare §. 1., quibus nulla noctis parte, neque diei parte majore, licebat ab urbe abesse. Cujac. *Obs.* XXIV. 6." Voorda.

§. 1.

Cujusque diei major pars est horarum septem *primarum diei, non supremarum.*] Basilic. habent ἓξ. sed apud Eustath. περὶ Χρονικ. Διαστημ. περὶ ὥρας, legitur ἑπτὰ, uti hic. Vid. Cujac. et Goedd. *h.* (1).

Primarum] Id est, ab ortu solis. Aliter Ant. Augustin. *Emend.* IV. 15. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1546.] non bene.

(1) Ad alterum exemplar in 4to. haec annotavit Schultingius: *Basilic. habent* ἓξ. *quod miror omittere Cujacium, apud quem et Goeddacum multa sunt bona, et ex quibus dubitare quis posset, an* Βασιλικῶν *lectio non sit*

sit vera. Eustath. tamen Vulg. tuetur.

Basilicorum lectionem probant quoque Ant. Faber, *Conject.* XX, 19. et Nic. Catharinus, *Obs.* II, 35. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 782. Sed *septem* legitur etiam, in *Pand. Florent.* Quod ad rem ipsam pertineat, parum interesse arbitror, utram lectionem sequaris. Scil. de *die naturali* hic agi, manifestum est. Dies naturalis autem, uti notum, est tempus decurrens ab ortu solis usque ad occasum. Hoc tempus Romani sive aestate sive hieme dividebant in XII horas. Qua de re videndus est Gronov. ad *Senec. in Hercul. furent. vs.* 842. et Drakenb. *ad Sil. Italic.* IV. *vs.* 89. Add. Fabrot. *Exercit.* I. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1153. *et seq.* Proinde dimidiam cujusque diei partem efficiebant sex horae: quibus adeo impletis, ita ut hora septima jam esset inchoata, major diei pars praeterierat. Si igitur *sex* legas, tunc intellige sex horas *impletas*, ita ut septima jam sit inchoata. Si vero *septem*, tunc quod in lege docetur, ita accipiendum est, ut sufficiat, horam septimam esse *inchoatam*. Et sane emphasis in lege non statuenda est in voce *septem* vel *sex*: quae enim ratione quantitatis habenda esset major diei pars, quilibet intelligebat, neque opus, illud lege definire: sed in voce *primarum*. Quod manifesto quoque ostendunt verba finalia *non supremarum*. Add. Cujac. *ad Libros Pauli ad Edict. in explic. h. l.* Pro lectione Florentina pronunciat quoque Reitzius, *h.* sed aliter explicat. Vid. et Sam. Petit. *ad LL. Attic.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* III. *p.* 426.

L. III.

Ulpianus *Lib.* II. *ad Edictum.*] Ad materiam *vadimonii* pertinet (1).

(1) Conf. Cujac. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 120.

§. 1.

Ejus, qui apud hostes decessit, dici hereditas non (1) *potest, qui* (2) *servus decessit.*] Conf. Paulum, *in Sentent.* III. 4. §. 8. et Ant. Fabrum, *Jurispr. Papin. scient. p.* 647.

(1)

(1) Mero jure. Pothier. *Tit. de reg. jur. num.* 619.
(2) Al. *quia*, rectius. Vid. Cramer. *h.* Saepius hae voces permutantur. Vid Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 7. Herm. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom. p.* 593. Drakenborch. *ad Liv.* II. 41. §. 8. Tuetur tamen τὸ *qui* Marckart. *Probabil. rec. Lection. Part.* I. *p.* 48.

L. IV.

Paulus *Lib.* I. *ad Edictum.*] Ad materiam *formularum* referunt (1).

Nominis (2)] Basilic. γραμματείου.

(1) Vid. Charond. *h.* Ad *cautionem judicio sisti* refert Cujac. *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.*
(2) Vulg. *pecuniae*, quam Lectionem Goeddaeus aliique sequuntur. Sed Florentinam Graeci confirmant. Vid. Cujac. *h.* et *ad Paul. loc. modo laud.* add. Leunclav. *Notat.* II. 125. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1530. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss. ult.* §. 4. Cramer. *h.* Utramque Lectionem defendi posse, ait Idsinga, *Diss. de mutuo, Cap.* 1. §. 4. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 111.

L. V.

Idem *Lib.* II. *ad Edictum.*] Et hanc legem ad tractatum de *formulis* refert Charondas (1). Jac. Gothofred. *in Comm. ad L.* 106. *de reg. jur.* ad quaestionem *de vindiciis.* Junge et *L.* 15. *de tutor. et curat. dat.* unde alius casus.

Rei appellatio latior est, quam pecuniae, quae (2) *etiam ea* etc. *cum pecuniae significatio ad ea referatur, quae in patrimonio sunt.*] Festus, *h. v. Pecunia sacrificium fieri dicebant, cum frugum fructuumque caussa mola pura offerebatur in sacrificio, quia omnis res familiaris, quam nunc pecuniam dicimus, ex his rebus constaret.*

(1) Ad *cautionem judicio sisti* hanc quoque Legem refert Cujac. *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* Ad Tit. *de reb. auctor. judic. possid.* Brencman. *de Leg.*

Inscription. §. 17. in *Jurispr. restit.* Wieling. *Part. poster. p.* 163.

(2) Ita, ope geminationis, etiam Brencm. et Cramer. *h.* Florentiae est *qua.* Sed Graeci habent ἐπειδὴ καὶ, *quia etiam.* Vid. Leunclav. *Notat.* II. 126. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1530. Voces *qua* et *quia* saepe locum mutant. Vid. Bynkersh. *Obs.* VII. 1. *in fin.* et *Cap.* 25. et Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 1. *num.* 7. add. notata superius ad *L.* 51. *de rec. qui arbi tr. rec.*

§. 1.

Opere locato conducto; etc.] Junge *L.* 1. *de oper. serv.* Vid. Scip. Gentil. *de Divid. et individ. obligat. Cap.* 16. [*Oper. Tom.* I. *p.* 151. *seq.*] et Nerium, *Analect.* I. 29. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 362. *et seq.*] (1). Facit huc *L.* 51. §. 1. *loc. cond.* et *L.* 80. §. 1. *ad Leg. Falcid.*

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 155. secundum quem Paulus, agens de *formulis*, quaerit, quodnam opus contineatur hac formula: *si paret ex locato conducto opus factum, condemna.* Conf. Cujac. *h.* qui *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* hunc §. refert ad edictum *quod quisque juris in alt. statuerit.* De varia hujus §. lectione vid. Cramer. *h.*

L. VI.

Nominis et rei] Basilic. γραμματείου καὶ πράγματος (1).

(1) Secundum Grotium, *in Flor. Spars. p.* 505. illud *rei* hic potius sumendum a Nominativo *reus.*

§. 1.

Verbum, ex legibus, etc.] Ad *L.* 7. *de jurisdict.* refert Cujacius, *h.* (1). Sed *hic* Ulpianus interpretatur verbum *ex legibus*, de quo ibi nihil.

(1) Goeddaeus, *h. pr.* refert ad edictum *de albo corrupto*; et §. 1. ad edictum *quod quisque jur. in alt. statuerit.* add. Pothier. *h. t. num.* 148.

L. VII.

L. VII. (1).

Sponsio] Συνθήκη Basilic., sed nimis late (2).

(1) Ad *cautiones judiciarias* hanc quoque Legem pertinere, putat Cujac. *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.*
(2) Sequitur: *per* sponsus *interrogationem*. Vulg. Hal. Rehd. *sponsi*. Vid. Geb. *h.* Sed Florentinam *sponsus* rectam esse, ait Cujac. *loc. modo cit.* quamvis *in Recit. ad h. l. sponsoris* referat tanquam Lectionem Florentinam, sed ex interpretatione, ut credit Cramer. *h.* Vid. de *h. l.* etiam Jac. Gothofred. *Diss. de Famos. latronib. investigandis*, in ej. *Oper. Minor. p.* 588.

L. VIII.

Verbum, oportebit, etc.] Al. *oportet* (1). Sed Basilic. ὑποφτέβιτ, uti *hic*. Nihil mutandum, etsi velit Cujacius *h. et ad Nov. 7.* (2). Basilic. Scholia dant casum.

(1) Vid. Cramer. *h.*
(2) Sed vid. Eund. *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.*

§. 1.

Actionis verbo non continetur exceptio.] In edicto *de edendo*, de quo *hoc Libro* egit Paulus (1), et sic Schol. Basilic. Aliter in *L.* 1. *Cod. de poen. jud. qui mal. judic.* ubi vid. Cujac. *in Paratitl.*

(1) Add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de edendo*, §. 2. Noodt. *ad eund. Tit.* vs. *Jubet igitur Praetor*, etc. Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 17. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 163. Majans. *Disp.* XLIX. §. 9.

L. IX.

Ulpianus *Lib.* V. *ad Edictum.*] *Lib.* XV. Cujac. *h.* (1) quod non probo. Junge *L.* 2. *quib. ex causs. in poss. eat.*

Marcellus apud Julianum notat (2), *verbo* perisse *et scissum et fractum contineri, et vi raptum.*] Atque intendere quem posse rem talem *perisse*. Vid. Schol. Basilic.

Perisse] Vulg. *rapuisse* (3). Quod probat Mercer. *Conciliat.* *p.* 112. (4) non ego.

(1) Et Heinecc. *ad Edict. perpet. Tit.* XV. *not. d.*
(2) Notatur Julianus a Marcello, quod *vi raptum* verbo *perisse* contineri negaret. Cujac. *h.*
(3) Hal. in margine: *alias*, *rapuisse. alias*, *rupisse.* Vid. Geb. *h.*
(4) Etiam Goeddaeus, *h.* Sed vid. Cujac. et Heinecc. *locc. citt.*

L. X.

Idem *Lib.* VI. *ad Edictum.*] De *postulando* agens, et forte de *postulanda missione in bona* (1).

Sine ulla exceptionis perpetuae remotione,] Facit huc *L.* 5. §. 1. *de pec. constit.* (2).

Quod si natura debeatur, *non sunt loco creditorum.*] In tantum scil., ut non omnia ea facere possint, quae alii creditores, uti *bona possidere* etc. In quibusdam tamen sunt loco creditorum, ut in caussa *compensationis.* Vid. Goedd. *h.* et Vinnium, *Select. Quaest.* I. 49.

Sed si (3) *non sit mutua pecunia*, *sed contractus*, *creditores accipiuntur.*] Junge *L.* 12. *h. t.* et vid. Cujac. *in Paratitl. ad tit. Cod. si cert. pet.*

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.*
(2) Sequitur: *vel extraordinario.* Ita Vulg. et Hal. Sed Flor. est *exordinario*, quod ortum e temone omisso, putat Rad. Forner. *Rer. Quotid.* III. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 220. etiam Cramer. *h.*
(3) *Sed et si* etc. *sed contractus*, id est, sed alius quilibet contractus. Ita Pothier. *h. t. num.* 63. *Sed et si* etiam Al. Vid. Brencm. et Cramer. *h.*

L. XII.

Ulpianus *Lib.* VII. *ad Edictum.*] Lege: *Lib.* VI. (1). Junge *L.* 10. *h. t.*

(1) Ut Flor. Est vitium Typographicum. *Ex populari caussa.* Perperam Graeci ἀπὸ ὀρφανικῆς ἀγωγῆς. Vid. Rad.

Rad. Forner. *Rer. Quotid.* III. 11. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 207. et Leunclav. *Notat.* II. 136. in eod. Thes. *Tom.* III. *p.* 1530 Fabrottus tamen edidit δημοτικῆς. Sed utrum e MS., an e conjectura, dubitat Reitzius, et Cramer. *h.* Ad verba: *Sed et si ex delicto*, vid. Barclaj. *ad L.* 1. *de reb. cred.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 809.

§. 1.

Minus solvit, qui tardius solvit: nam et tempore minus solvitur.] Facit huc locus Apollon. Rhodii, *Argon.* III. *vs.* 144.

μηδέ τις ἔστω
Ἀμβολίη· δὴ γάρ κεν ἀφαυροτέρη χάρις εἴη.
[*nec ulla sit*
Mora; alioqui jejunior erit gratia. ed. J. Shaw.]

Inde *dies auferre* Cicer. *pro Quint. Cap.* 5. pro *impetrare dilationem.* add. Caesar. *de Bello Civil.* III. 32. *Accedebant ad haec gravissimae usurae* etc. *quibus in rebus prolationem diei donationem esse dicebant.* Polyb. *Excerpt. Peiresc. p.* 157. Λυσιτέλεια περὶ τὸν χρόνον. Phaedr. *Lib.* IV. *Fab.* 25. *vs.* 11.

Et hoc minus perveniet ad me muneris,
Quo plus consumet temporis dilatio,

L. XIII. (1).

(1) Pertinet ad edictum *de his qui not. infam.* Cujac. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 11. et *Tit. de his qui not. infam. num.* 9. *Mulieris appellatione* etc. Vid. praeter Grotium, *in Flor. Spars. p.* 308. *seq.* etiam Scip. Gentil. *Parerg.* I. 16. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1288. *seq.* et *Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 33. *seqq.* ibiq. Duker.

§. 1.

Quoniam (1) *plerumque plus est in manus pretio* (2), *quam in re.*] Quinctilian. *Instit. Orat.* II. 20. *Plus in ma-*

manibus fuisset, quam in marmore. Graeci ταῖς χερσὶ τοῦ τιμήματος· perperam (3).

(1) „Hotoman. *in Comm. Verb. Jur.* voc. *abesse*, legit *quamquam*. Sed perperam, ut bene Forner. *h.* cui adde, quod Lege seq. manifeste eadem ratione utatur JCtus. add. Charond. *h.*" van de Water.

(2) Brisson. *Sel. Antiq.* IV. *ult.* legendum censet *manupretio*. Sed utrumque dicitur. Vid. Trekell. in *not. ad d. l. Brisson.* Sic Livius, XXXIV. 7. *Praeter manus pretium.* ubi vid. Drakenb. *Manuum mercedem* dixit Sallust. *Catilin. Cap.* XXXVII. ad quem locum vid. Cortium. *Manupretiosum* occurrit apud Gell. *Noct. Attic.* XIII. 23.

(3) Vid. Reitzium, *h.*

§. 2.

Ne amittere ejus possessionem possimus. §. 3. *Ob hoc, quod furto pridem subtracta est.*] Delenda §. 3. et uno spiritu legendum: *possimus ob hoc, quod furto* etc. (1). Atque ita legisse quoque videntur Graeci.

(1) Ita recte Vulg. et Hal. item Alciat. et Forner. *h.* ait van de Water. add. Cramer. *h.*

L. XIV. (1).

Quoniam earum rerum pretium non in substantia, sed in arte sit positum.] Id est, *non tam in substantia*, etc. Vid. Schol. Basilic. (2).

(1) Inscribitur: *Paulus Lib.* VII. *ad edictum.* Vid. de hac inscriptione Cujac. *ad Lib.* VII. *Paul. ad edict. in expl. L.* 9. *ad L. Jul. de vi publ. Lib.* VI. Heinecc. *ad Edict. perpet. Tit.* XXI. §. 2. *not. i.* et sic etiam Al., ut notat Cramer. *h.*

(2) Praecedit: *aut tabula rasa pictura.* Flor. erat *tabulasrasa.* Unde Brencm. *h.* mavult: *tabula erasa.*

§. 1.

Rem amisisse videtur, etc.] Junge *L.* 5. *de in int. restit.* (1).

(1)

(2) Add. Cujac. *h.*

L. XV.

ULPIANUS *Lib.* X. *ad Edictum.*] Agens de Edicto *Quod cujusque universit. nomine* etc. (1).

(1) Ad quod etiam seqq. Leges 16. 17. 18. pertinent, Cujac. *h.* Sed Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 2. §. 1. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 6. refert hanc et seq. *L.* 17. ad edictum *de negotiis gestis.* Goeddaeus, *h.* jungit eum *L.* 7. *quod cujusq. univ. nom.*

L. XVI.

GAJUS *Lib.* III. *ad Edictum Provinciale.*] Ad *eundem Titulum* pertinet.

Civitates enim privatorum loco (1) *habentur.*] Vid. Gul. Fomer. *Select.* II. 22. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 92.] Vectigalia iis ad proprias fabricas deputavit Alexander Severus, teste Lampridio, *in Alexand. Sever. Cap.* 21. — Non hodie. Vid. Mevium, *ad Jus Lubec. Quaest. praelim.* 8. *num.* 17. *et seqq.* et *Lib.* II. *Tit.* 5. *rubr. num.* 8. *et seqq.*

(1) Non semper. Vid. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de pollicitation.* §. 5. Praecedit: *nam* publica *appellatio* etc. Brencm. *h.* mavult: *publici.* Ita etiam aliae editt. Vid. Cramer. *h.* Graeci, δημοσία.

L. XVII.

ULPIANUS *Lib.* X. *ad Edictum.*] Ad Titulum *Quod cujusque universſ. nomine* etc. pertinet.

Velut bona, sed *peculia servorum*] Rob. Steph. *seu peculia* etc. Al. *sed et* (1).

(1) Hal. *si qua sunt velut civitatum bona. Sed et peculia.* Vulg. *si qua sunt civitatum, velut bona seu peculia.* Vid. Brencm. et Cramer. *h.* Graeci habent: τὰ δὲ πεκούλια, et lectionem adeo Florentinam confirmant. Nihil quoque fortasse mutandum, et τὸ *sed* sumendum pro *sed et*, ut saepius alibi. Vid. Bynkersh. *Obs.* VI. 18.

18. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 3. et notata superius ad *L.* 18. *de stat. homin.* et ad *L.* 8. §. 15. *de transaction.* Pothier. *h. t. num.* 181. *sed* accipit pro *verbi gratia*, quem tamen ejus vocis usum ignoro.

§. 1.

Picariarum] Basilic. ἀλείας (1) male.

(1) Ex corrupta *piscariarum* lectione. Reitz. *h.* add. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXXII. §. 4. *Piscariarum*, Hal. Vulg. Al. Vid. Geb. et Cramer. *h.* Sed *picariarum* legendum cum Cujacio, Grotio aliisque, docet quoque Burman. *de Vectig. Pop. Rom. Cap.* 2. *p.* 14. ubi de hoc vectigali. Incipit §. *Publica vectigalia.* Sed vocem *vectigalia* e Glossa natam, putat Grotius, *in Flor. Sparsion. p.* 318. Graeci tamen eam quoque habent. De *portoriis* Burman. *d. loc. Cap.* 5. *p.* 50. *seqq.* De vectigali *venalium rerum* Idem, *ibid. p.* 68. et de *salinarum* et *metallorum* vectigali Idem, *ibid. Cap.* 6. *p.* 77. *seqq.*

L. XVIII.

Munus tribus modis dicitur.] Grotius, *in Flor. spars. p.* 320. legendum censet *dici*, quoniam sequitur: *uno donum, et inde munera dici, dari*, etc. Sed nihil muto (1). *Igitur municipes dici, quod munera civilia capiant.*] Conf. *L.* 1. §. 1. *ad Municip.* (2).

(1) Pari enim modo Ulp. *in Coll. LL. Mos. et Rom. Tit.* II. §. 2. *Injuria, siquidem atrox, id est, gravis rerum, non sine judicis arbitrio aestimatur. Atrocem autem aestimare solere Praetorem*, etc. et Sallust. *Jugurth. Cap.* 92. §. 9. *Nam cum eae paullum processerant, igni aut lapidibus corrumpebantur: milites neque pro opere consistere*, etc. add. Perizon. *ad Sanct. Minerv.* IV. 5. 3. et Jo. Cannegiet. *ad Ulp. Fragm. p.* 112. Ceterum *munus* etiam dici pro *onere*, quod hic docet Paulus, pluribus confirmavit Bynkersh. *Obs.* VIII. 11.

(2) Add. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1361. Praecedit: *et quosdam milites munificos vocari.* Char. *munifices.* Etiam Al. Vid. Cramer. *h.*

At-

Atque ita cum Budaeo et Grotio legendum putat Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 310. probante Bynkersh. *loc. modo laud.* Sed Florentinam *munificos* defendunt Gronov. *Obs. in Scriptores Eccles. Cap.* 22. et Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 575. *not.* 12.

L. XIX.

ULPIANUS *Lib.* XI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. §. 1. et *L.* 7. *de minor.* (1).

Quaedam gerantur, quaedam contrahantur.] Cicer. *pro Rabir. Postumo, Cap.* 2. *Multa gessit, multa contraxit.*

Et actum quidem generale verbum esse, etc.] Vid. Cujac. *Not. prior. ad Tit. Inst. de consens. obligat. L.* 2. *in fin. de reb. cred. L.* 10. *in fin. h. t.*

Contractum autem etc.] Id est, verbum *contractum*. Basil. τὸ δὲ κοντράκτον. Scil. a *gesto* distinctum.

Ultro citroque obligationem] Quam et in *mutuo* et in *stipulatione* esse, vult Marq. Freher. *Parerg.* I. 16. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 832.] Alii *mutuum* et *stipulationem* volunt non esse contractum. Vid. Mantic. *de tacit. et ambig. convent.* I. 3. Alii aliter. Vid. A. G. Costan. *Quaest. Juris, Cap.* 8. [in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 399. *seq.* et Caes. Costa, *Variar. ambiguit. Juris,* I. 4. in *eod. Thes. Tom.* IV. *p.* 1161. *seq.*] Jo. d'Avezan. *de Contractib. Cap.* 2. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 7.] etiam non placet. Vid. tamen bene Vinnium, *de Pactis, Cap.* 8. *num.* 22. (2). Minus bene Salmas. *de mod. usur. Cap.* 12. *p.* 520. *seqq.*

Gestum rem significare sine verbis factam.] Basilic. πρᾶσιν καὶ δίχα ῥημάτων γεγονός· mire (3).

(1) Add. Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 2. §. 6. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 12. et Noodt. *ad tit. Pand. de minor.* Vs. *Hactenus ostendi* etc. Etiam Voorda, *in not. MSS.* ait: „explicari hic verba *edicti de minor. gestum esse dicetur.*" Sed *ad edictum de cap. minutis* referre hanc Legem videtur Noodt. *ad Tit.*

Tit. de cap. minut. circa fin. et Schulting. quoque ad edit. in 4to. adscripsit: „ potest et referri ad *L.* 2. §. 1. *de cap. min.* si in Inscriptione pro *Lib.* XI legas *Lib.* XII." Sed putem hoc ei deinceps displicuisse, cum non repetierit.

(2) Add. Westenberg. *de causs. obligation. Diss.* II. *Cap.* 2. §. 12. et Gluck. *ad Tit. de pactis*, §. 313. *p.* 286. *seq.* ubi etiam alii laudantur.

(3) Sed pro πρᾶσιν legendum πρᾶξιν cum Hoffman. *Melet. ad Pand. Disp.* XXXII. §. 4. et Reitzio; *h.* add. Cramer. *h.* Πρᾶγμα edidit Heimbach.

L. XX.

Idem *Lib.* XII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 2. *de capit. minut.* Labitt. *in usu Indic. Cap.* 2. §. 8. [in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 14. *seq.*] (1).

(1) Et Wieling. *in Praetermiss. ad Labitt. et Schmücc. ibid. p.* 213. *seq.* add. Mercer. *Conciliator. p.* 116. Noodt. *ad Tit. de cap. min.* circa fin. Gluck. *ad Tit. qui testam. fac. poss.* §. 1414. *p.* 378. *not.* 98. Vid. et ad *h. l.* Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 25. §. 6. *not.* 44.

L. XXI.

Princeps bona concedendo videtur etiam obligationes cedere.] Facit huc *L.* 2. et junge *L.* 3. *de capit. minut.* (1). Aliter junge cum *L.* 3. *pr. de minor.* Noodt. *de pactis et transact. Cap.* 20. (2).

Cedere] Rob. Steph. *concedere* (3). Basilic. παραχωρεῖ.

(1) Add. Cujac. *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.*

(2) Et *ad Tit. Pand. de minor.* Vs. *Sit ita* etc. secundum quem occasione edicti *de minoribus* Paulus explicat, quid Princeps, ubi veniam aetatis dedit, concessisse videatur, et *bona* interpretatur jus bona sua administrandi, et *obligationes* jus se obligandi. Aliter Wissenbach. *ad Inst. Disp.* 8. §. 2. qui refert ad partem juris *de sententiam passis et restitutis*, quem sequitur Marckart. *Interpr. rec. Lection.* I. 21. *p.* 146. Vid. et de Retes, *de interdict. et releg. Lib.* III. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1281. Sed ad edictum *de minoribus*

nus etiam refert Brenckman. *de Leg. Inscription.* §. 17. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 163. *seq.*
(5) Ut Flor. Putem vitium Typographicum, quod tamen etiam in aliis edit. Gothofredi exstat.

L. XXII.

Gajus *Lib.* IV. *ad Edictum Provinciale.*] Ad Titulum *quod metus caussa*, vel *de dolo malo* pertinet. Noodt. refert ad Tit. *de alien. jud. mut. causs. fact.* in *Comm. ad d. Tit. vs. Non magis laborandum* etc. (1).

(1) Etiam de Dompierre de Jonquieres, *Specim. de restitution. in integrum*, p. 459. et Pothier. *h. t. num.* 192. Cujacius, *h.* quod in hac Lege proponitur, pertinere dicit ad restitutiones in integrum *si quid dolo malo gestum sit*, vel *si quid metus caussa*, vel etiam *judicii futuri mutandi caussa.*

L. XXIII.

Ulpianus *Lib.* XIV. (1) *ad Edictum.*] Agens forte de *satisdando* (2). Junge *L.* 7. *qui satisd. cog. L.* 5. *de hered. petit. L.* 7. *de stipul. Praetor.*

(1) *Lib.* XIII. Cujacius, *h.* et refert ad edictum *de alien. jud. mut. causs.*
(2) Ad quem Titulum hanc Legem etiam refert Heinecc. *de Edict. Perpet. Tit.* XXVIII. *not. d.* et *Tit.* XXIX. *not. b.* ubi refutat Goeddaeum, qui refert ad edictum *naut. caupon. stabular.*

L. XXIV.

Gajus *Lib.* VI. *ad Edictum Provinciale.*] Agens de *hereditatis petitione* (1).

Nihil est aliud hereditas (2), *quam successio in universum jus*, etc.] Vid. Ciceron. *de Legib.* II. 19. et Ant. Contium, *de heredit. et bon. possess. p.* 282. *et seq.* Ciceroni autem *in Topicis*, *Cap.* 6. hereditas est, *pecunia, quae morte alicujus ad quempiam pervenit*, etc. quod defendit Jo. Mercer. *Opinion. et Obs.* II. 13. [in Thes. Otton.

Tom.

Tom. II. *p.* 1600.] Sed, an *pecunia* usquam sumitur pro *onere?* (3).

(1) Add. Cujac. *h.* Noodt. *ad Tit. Pand. de hered. petition.* in *pr.* Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 17. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 164.

(2) Eadem definitione utitur Julianus in *L.* 62. *de reg. jur.* et eo alludere Ulpianum in *L.* 19. §. 5. *de aedil. edict.* observat van de Water, *in not. MSS.*

(3) Uti *hereditas.* Vid. *L.* 119. *h. t.* Ciceronis definitionem defendit quoque Vinnius, *ad Tit. Inst. de reb. corp. et incorp. num.* 4. add. Franc. Godard. van Lynden, *Spec. exhib. interpretationem Jurispr. Tullianae in Topicis expositae, Cap.* 3. §. 1. *p.* 52. *seqq.* Lugd. Batav. 1805. ubi et egit de loco Senecae, *de Benefic.* VI. 5. irridentis, ut vulgo putatur, JCtos, qui *hereditatem* negant usucapi posse, sed *ea, quae in hereditate sunt.* Senecam tamen defendit Lyclam. *Membran.* III. 19. add. Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 1. *not. q.* in *Jurispr. antejustin. p.* 75. et Walch. *ad Hopp. Comm. ad* §. *ult. Inst. de reb. corp. et incorp.* Ceterum *hereditas* hic est *hereditatis susceptio: hereditas* enim neque successio est, neque jus succedendi, ut recte Vinnius, *d. loc.*, sed est jus illud universum, quod defunctus habuit. Verum *hereditatis susceptio* est successio in jus illud defuncti universum, eaque demum tribuit *hereditatis petitionem*, de qua JCtus hic agit. add. Vinn. *ad* §. *ult. Inst. per quas person. cuiq. acq. num.* 3.

L. XXV.

Paulus *Lib.* XXI. *ad Edictum.*] Agens de *reivindicatione.* Vid. Noodt. *de usufruct.* I. 2. (1).

Etiam cum ususfructus] Rob. Steph. (2) *etiam cujus ususfructus.*

Hoc et Julianus: et est verius.] Aliud voluit Marcellus, cujus sententiam Paulus *hic* improbat. Add. Jan. a Costa, *ad* §. 9. *Instit. de Legat.*

(1) Et *ad Tit. Pand. de reivindic.* Vs. *Sed apparet*, etc. et *ad Tit. Pand. de evictione.* Vs. *Quae dixi* etc. Ad materiam *reivindicationis* etiam refert Cujac. *h.* et *ad* *Libb.*

Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l. et Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 17. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 164.

(2) Etiam Vulg. Hal. Rehd. Vid. Geb. et Cramer. *h.* Sequitur: *sed servitutis sit.* Hal. *sed servitus est. Servitus* legit quoque Ant. Fab. *Conject.* XV. 8. *num.* 9. Etiam van de Water, *Obs.* III. 10. *p.* 508. Schroder. *Obs.* III. 15. *p.* 500. Majans. *Disp.* II. §. 58. quae est *de usufructu proprietati conjuncto, et ab ea separato.* Nihil mutat Cujac. *locc. modo citt.* Grotius, *in Flor. Sparsion. p.* 330. Jan. a Costa, *Praelect. ad L.* 1. *de servitutib.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 699. Bernecc. *ad Justin.* XI. 9. *p.* 580. edit. Gronov. Vid. et Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de usufr. p.* 124. et Brencman. *de Eurematic. Cap.* 9. §. 6. add. notata superius ad *L.* 4. *de usufr.*

§. 1.

Partis appellatione rem pro indiviso significari:] Facit huc *L.* 6. et *L.* 76. *de reivind.* (1).

(1) Sequitur: *nam quod* pro diviso *nostrum sit.* Al. *pro indiviso.* Vid. Brencm. et Cramer. *h.* Sed male, ut videtur. Additur: *Servius non ineleganter* etc. Disputationem hanc Servii cavillatoriam vocat Wissenbach. *h.* Sed vid. Otton. *de Vit. Serv. Sulpic. Cap.* 7. §. 7. in *Thes. Jur. Tom.* V. *p.* 1606. *seq.* et P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 1. §. 5. *p.* 21. *seq.* Vid. de hoc §. etiam Balduin. *Jurispr. Mucian.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 540. et Majans. *ad* 30. *Vett. JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 234. *seq.*

L. XXVI.

Ulpianus *Lib.* XVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 11. §. 2. *de Public. in rem act.* (1).

(1) Ad *Publicianam in rem actionem* hanc Legem pertinere, eamque desumtam esse ex *L.* 10. §. 2. *de usurp. et usuc.* notavit quoque Cujac. *h.* add. Labitt. *in Us. Indic. Cap.* 3. §. 22. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 46. et vid. notata superius ad *d. L.* 10. §. 2. et Majans. *Disp.* LXVII. *Tom.* II. *p.* 321. *seqq.*

Pro *Scaevola* Libro undecimo *Quaestionum* Forner. *h.* mavult *Libro duodecimo.* Sed nodum in scirpo eum quaerere, ait van de Water, *in not. MSS.*

L. XXVII.

Idem *Lib.* XVII. *ad Edictum.*] Explicans Tit. *Si ager vectigalis*, etc. (1).

(1) Ad *reivindicationem* refert Cujac. *h.*

§. 1.

Idem hoc etiam tributum appellari,] Vid. Cujac. *Obs.* VII. 3. (1).

Appellatur ab intributione (2) *tributum* :] Basilic. ἀπὸ τοῦ ἐπικλᾶσθαι (3) τοῖς καταβάλλουσιν· non bene.

(1) Add. Perrenon. *Animadv.* II. *ult.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 660. et Cortium, *ad Sallust. Catilin. Cap.* 20. *p.* 132.

(2) Occurrit haec vox etiam apud Paul. *in Sent.* II. 7. §. *ult.* ubi vid. Schulting. *not.* 12. Al. *a contributione.* Vid. Geb. et Cramer *h.* De hac vocis *stipendii* et *tributi* etymologia vid. et Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1377. et Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 370. *et* 386.

(3) In Synops. simplex κλᾶθαι. Vid. Reitz. *h.*

L. XXVIII.

Paulus *Lib.* XXI. *ad Edictum*] Junge *L.* 12. *de usurpat. et usucap.* et *L.* 129. *de reg. jur.* ubi vid. Jac. Gothofredum. Cujacius, *h.* legit *Lib.* XXIII. et refert hanc Legem ad Tit. *famil. ercisc.* vel *commun. dividund.* Ego nihil muto.

Vix est enim, ut non videatur alienare (1), *qui patitur usucapi.*] Id est, *se usu perdit*, ut loquitur Plautus, *Amph.* II. 2. 215.

Cave sis ne tu te usu perduis.

(1) Add. Majans. *Disp.* LXIV. §. 3. Paulum reprehendit Ho-

Hotoman. *Comm. verb. Jur.* voc. *abalienare*, sed vid. Conrad. *Parerg. p.* 530. *seq.*

§. 1.

Oratio, quae (1) *neque* (2) *conjunctionem*, etc.] An occasione *formulae*, qua res petuntur, uti Goedd. *h.*? An occasione *ususfructus accrescendi*, de quo et *hoc Libro* Paulus egit?

(1) Legendum *que*, putat Cramer. *h.*
(2) Perperam Graecos hunc locum affirmative exhibere, notat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss. ult.* §. 4. in fin. Sed μὴ in Basilic. eorumque versione male omissum esse, monet Reitz. *h.*

L. XXIX.

Idem *Lib.* LXVI. *ad Edictum.*] Agens de *itinere actuque privata. L.* 2. *L.* 6. *de itin. actuque priv.* ubi in Edicto *conjunctio* (1).

Conjunctionem enim (2) *nonnunquam pro disjunctione accipi*,] Facit huc *L.* 53. *h. t.*

Labeo ait.] Cui maxima verborum cura fuit. Merill. *Obs.* I. 26.

(1) Add. Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* Forte ex Tit. *quod vi aut clam*, Chas. *h.* in margine.
(2) Fornerium, *h.* legere *que*, at male, ait van de Water, *in not. MSS.* Sed enim *que* e veteri Codice notare Chev. et Senn., idque praeferendum videri, monuit Cramer. *h.*

L. XXX.

Gajus *Lib.* VII. *ad Edictum Provinciale.*] Agens de *usufructu.* Facit huc *L.* 10. *de usufr.* (1).

Ex stirpibus aut radicibus] Haec differunt. Vid. Noodt. *de usufr.* I. 7. *in fin.* (2).

(1) Add. Cujac. *h.*
(2) Add. D. J. van Lennep. *Exercit. Jur. Exerc.* IV. ubi

plura de usufructu *sylvae caeduae* et *non caeduae*. Sequitur in §. 1. *cum vacaverint*. Alciatus, *occaverint*, ut etiam legitur in *li. Aured.* Vid. Charond. *h.* in margine. Sed nihil mutandum, quum Graeci etiam pro Flor. stent, censet van de Water, *in not. MSS.*

§. 2.

Novalis est terra praecisa (1), *quae anno cessavit*,] Goesius, *ad Auctor. rei agrar. p.* 71. legit: *quaeque anno* etc. et sic quoque Basil. (2).

Quam Graeci νέαξιν vocant.] Basilic. νέασιν, et sic quoque Harduin. *ad Plin. Hist. Nat.* XVIII. 19. *not.* 7. (3).

(1) Al. *proscissa*. Vid. Cramer. *h.* Sed Florentinam praeter Cujacium, *h.* etiam defendit Leunclav. *Notat.* II. 127. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1530.
(2) Probante Burmanno, *ad Quinctil. Declam.* III. *Cap.* 4. Cujacius, *h. vel quae*. De *novali* plura vid. apud Bud. *in Annot. ad h. l.* et Duker. *Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 88. *seqq.*
(3) Etiam Leunclav. *loc. modo cit.* et Grotius, *in Flor. Spars. p.* 332. Imo in ipso MS. Flor. prius fuisse ἔασιν, testatur Taurell. Vid. Brencm. *h.* qui etiam hoc probat. De varia hujus vocis lectione vid. Cramer. *h.*

§. 3.

Integra (1) *autem est, in quam nondum dominus pascendi gratia pecus immisit.*] Quae a *novali* differt, in quam pecus immitti solet. Cujac. *h.* Aliter paulo, nec male, Goeddaeus accipit de *agro, ad pascuum formato*.

(1) Ita Veteres saepe locutos fuisse, docere Scaliger. *Epistol. p.* 385. notat Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 15. *p.* 293.

L. XXXI.

Ulpianus *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 34. *de act. emt. vend. L.* 14. *de eviction. L.* 27. §. 25. *seqq. ad L. Aquil.* (1).

(1) Add. Heinecc. *ad edict. perpet. Tit.* XLII. *not. m.* Ad

trac-

tractatum *de usufructu* hanc quoque Legem refert Cujac. *h.* — *Prata* antiquos dixisse *parata*, refert Plin. *Hist. Natur.* XVIII. 5. add. Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 353. *seq.* et Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1395.

L. XXXII.

PAULUS *Lib.* XXIV. *ad Edictum.*] De *fraudatoriis* forte *actionibus* agens (1). Vid. Jac. Gothofred. in *Serie Edicti perpetui.* Junge *L.* 34. *h. t.*

(1) Ad stipulationem Praetoriam *rem ratam haberi* Legem hanc pertinere, putat Cujac. *ad L.* 12. *h. t.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* — Perperam hanc τοῦ *minus* notionem contra Alciatum aliosque refellere studuisse Goeddaeum, notat Wieling. *in Praetermiss. ad Labitt. et Schmucc.* in *Jurispr. restit. Part. poster. p.* 216.

L. XXXIII.

ULPIANUS *Lib.* XXI. (1) *ad Edictum.*] De *fraudatoriis remediis* forte agens. Junge *L.* 134. *de reg. jur.*

(1) *Lib.* XXII. Cujac. *h.* et refert ad edictum *de interrogationibus in jure.* Aliter Goeddaeus, *h.*

L. XXXIV.

PAULUS *Lib.* XXIV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 32. *h. t.* Facit huc *L.* 10. *quae in fraud. creditor.* (1).

Persecutio] Basilic. προσωπικὴ ἀπαίτησις.

(1) Hanc quoque Legem pertinere ad stipulationem *de rato*, putat Cujac. *ad L.* 12. *h. t.*

L. XXXV.

IDEM *Lib.* VII. *ad Edictum.*] Lege: *Lib.* XVII. (1). Forte de *judiciis* agens *Judicisque officio.* Junge *L.* 6. *de vi et vi arm.*

(1) Est vitium Typographicum. Sed Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* legit *Lib.* XXVI. et refert ad *reivindicationem*, et *actionem ad exhibendum.*

dum. add. Pothier, *h. t. num.* 192. — Pro *judicii accepti* Graecos legisse videri *coepti* vel *occepti*, notat Leunclav. *Notat.* II. 128. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1530. Sed perperam, ut ait van de Water, *in not. MSS.* Pro *et fructum* Flor. est *et fructuum.* Sed *fructum* esse ap. Chev et Senn., nec aliter Graecos vertere, notat Cramer. *h.* Vid. de hac Lege Gluck. *ad Tit. de reivindic.* §. 588. *p.* 221.

L. XXXVI.

Ulpianus *Lib.* XXIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 18. *de judic, L.* 15. *de vacat. et excus. mun.* (1).

(1) Ad Tit. *de in litem jurando* refert Cujac. *h.*

L. XXXVII.

Paulus *Lib.* XXVI. *ad Edictum.*] Ubi egit de *actione ad exhibendum. L.* 12. *ad exhibend.* et de *in litem jurando. L.* 6. *de in lit. jurand.* (1).

(1) Add. Goedd. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 184. Ad *reivindicationem* refert Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. L.* 12. §. *si juste. ad exhibend.* Pertinere ad formulam, qua dabatur Judex in judiciis stricti juris, ait Hotoman. *ad Cicer. pro Rosc. Com. Cap.* 4. ut monuit Voorda, *in not. MSS.*

L. XXXVIII.

Ulpianus *Lib.* XXV. *ad Edictum.*] An jugenda *L.* 1. *de inspic. ventre?* sed differt *Liber.* Ad Tit. *de religiosis*, et ad *Jus Pontificium* refert Cujacius, *h.* add. Meroer. *Conciliat. p.* 108. *seqq.* (1).

Ostentum Labeo definit, omne contra (2) *naturam cujusque rei genitum factumque.*] Tertullian. *de Coron. Milit. Cap.* 5. *Omne autem, quod contra naturam est, monstri meretur notam penes omnes.* et de verbo hoc similiter Augustin. *de Civit. Dei.* XXI. 8. *Hoc certe Varro tantus auctor portentum non appellaret, nisi esse contra naturam videretur.* etc.

Quo-

Quotiens quid] Basilic. τὶς (3).

Φαντάσματα] Sic quoque Basilic. (4).

(1) „Qui etiam refert ad Tractatum *de religiosis*, et quidem ad hoc caput: *quorum illatione locus fiat religiosus*, ut docuisse videatur, locum religiosum etiam fieri illatione *ostenti*; *prodigiosi* vel *monstri* illatione non item: nam *monstra* carere anima humana putabantur, itaque nec superstites post mortem manes esse, nec locus, ubi cadaver conditur, Dis Manibus sacer, id est, religiosus poterat videri." Voorda, *in not. MSS.* add. Joh. van Nispen. *Diss. de Sepulcr. viol. Cap.* 13. §. 2. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* III. *p.* 68.

(2) Id est. *praeter.* Forster. *Obs. succisiv.* I. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 925.

(3) Forte rectius, ait van de Water, *in not. MSS.*

(4) De varia hujus vocis lectione vid. Geb. et Cramer. *h.*

L. XXXIX.

Paulus *Lib.* LIII. *ad Edictum.*] Ad *jus Pontificium* hanc Legem refert Cujacius, *h.* (1).

Subsignatum dicitur, quod ab aliquo subscriptum est:] Vid. Festum, voc. *resignare*, et *signare.* Salmas. *de Mod. usur. Cap.* 10. *p.* 397.

Ab aliquo] 'Υφ' ἑτέρου Basilic.

Nam veteres subsignationis verbo pro adscriptione (2) *uti solebant.*] Salmas. *de Subscrib. et sign. testam. Cap.* 24. *p.* 251. Paulum scripsisse putat: *nam Veteres signationis verbo pro scriptione uti solebant.* Basilic. nihil mutant.

(1) Aliter Idem, *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* Goeddaeus, *h.* pro *Lib.* LIII. legit *Lib.* LVII. et refert ad Tractatum *de missione in possessionem bonorum, eorumque venditione.*

(2) Hal. *subscriptione.* Vid. Geb. et Cramer. *h.*

§. 1.

Bona intelliguntur cujusque, quae deducto aere alieno supersunt.] Quinctilian. *Declam.* 273. *Bona porro quae*

sunt? ut opinor, ea quae detractis alienis deprehensa sunt. Add. G. Forner. *Selection* III. 19. [in Thes. Otton. *Tom.* II, *p.* 106.] (1). Ergo qui *bona* debet conferre, debet *pura* conferre. *Consil. JCtorum Batav.* II. 100.

(1) Et Noodt. *de Usufr.* I. 23. Sequitur in §. 2. *detestari.* Vulg. *attestari.* Brechaeus, *antestari.* Vid. Cramer *h.* Utrumque refutat Goeddaeus, *h.* Ad *Sacrorum detestationem* refert Cujac. *h.* etiam Arntzen. *Miscellan. Cap.* 3. *p.* 25. Sed ad eam vix referri posse, docet Otto, *de Vit. Serv. Sulpic. Cap.* 7. §. 5. in *Thes. Jur. Tom.* V. *p.* 1604.

L. XL.

Ulpianus *Lib.* LVI. (1)] Junge *L.* 2. §. 1. *vi bonor. raptor.* Vid. Jac. Gothofred. in *not. ad LL.* XII. *Tabb. Tab.* XI. In hac Lege cum aliis jungenda variasse Cujacium, vult Merill. *Variant. ex Cujac.* l. *ult.* Sed negat (2) Osius Aurel. *Dispunct.* 53. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 800*i.*]

Detestatio etc.] Vid. *L. praec.* §. 2.

(1) Ita quoque *Florentiae* scriptum: procul dubio autem intelligenda verba *ad Edictum.* Nam et quae praecedunt, et quae sequuntur Fragmenta Ulpiani, ex Libris ejus *ad Edictum* desumta sunt. Accedit, quod, praeter hoc opus, nullum aliud in tot libros diviserit: *ad Sabinum* enim tantum LI. *Libros* scripsit; reliqua ejus opera minora fuere. Vid. Bach. *in Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 26 *et* 27.

(2) Nec, ut videtur, male: ait enim Cujacius, *h.* quamvis initium *Legis* 40. referri possit ad eandem partem Juris Pontificii *de Sacris detestandis*, ad quam etiam refert praec. *L.* 39., propius tamen esse, ut totam *L.* 40. referamus ad edictum *vi bonorum raptorum.*

§. 1.

Servi appellatio etiam ad ancillam refertur.] Junge *L.* 2. *pr. vi bonor. raptor.*

§. 2.

Familiae appellatione liberi quoque continentur.] Vid. *L.* 2. §. 14. *vi bonor. raptor.* (1).

Liberi] Basilic. ἐλεύθεροι.

(1) Quae Lex egregie docet, quinam appellatione *liberorum* hic intelliguntur.

§. 3.

Unicus servus familiae appellatione non continetur.] Vid. Ciceron. *pro Caecina*, *Cap.* 19. *Quid enim facilius est, quam probari iis, qui latine sciant, in uno servulo familiae nomen non valere?* etc.

Ne duo quidem familiam faciunt.] Vid. Merill. *Obs.* II. 24. Scil. in *Edicto*, de quo *hic* egit Ulpianus. Vid. Cujac. *ad Pauli Sentent.* V. 6. §. 3. Non igitur obstat *L.* 1. §. 17. *de vi et vi armat.* ubi de *alio* Edicto sermo est (1).

(1) Add. Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 16. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 163. et Theod. Joh. Adr. van Lom, *Diss. de Familia*, §. 5. Lugd. Batav. 1785.

L. XLI.

Gajus *Lib.* XXI. *ad Edictum Provinciale.*] Pertinet ad materiam *possessionis*, vel *usucapionis*. *L.* 1. *L.* 5. *de usurp. et usuc.* vel, quod malo, ad Tit. *vi bonor. raptor.* Vid. *L.* 5. *vi bonor. raptor.* (1).

(1) Ita quoque Goeddaeus, *h.* *Armorum appellatio* etc. Vid. *L.* 9. *ad L. Jul. de vi publ.* et Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1373. Pertinere hanc quoque Legem ad *vim*, sed ad *vim armatam* tantum, ait Cujac. *h.* add. Pothier. *h. t. num.* 31.

L. XLII.

Ulpianus *Lib.* LVII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 7. 9. 11. 13. *de injuriis.* et forte *L.* 15. *eod.* (1).

Probrum et opprobrium, id est, probra etc.] Rob. Steph. *Probrum et opprobrium idem est. Probra* etc. Recte, et ſic quoque Baſilic. Similis error est in *L.* 15. *de liberal. cauſ.* (2).

Probra quaedam natura (3) *turpia ſunt*,] Ita ut non poſſint non eſſe turpia. Augustin. *Confeſſion.* III. 8. *Itaque flagitia, quae ſunt contra naturam, ubique ac ſemper detestanda atque punienda ſunt.* etc.

Quaedam civiliter, et quaſi more civitatis:] Sic Cicer. *de Officiis*, III. 17. *more turpe haberi.*

Ut puta furtum, adulterium, natura turpe est.] Justin. Martyr. *Dialog. cum Tryph. p.* 320. Καὶ ἔςι πᾶν γένος γνωρίζον, ὅτι μοιχεία κακὸν, καὶ πορνεία, καὶ ἀνδροφονία, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. *Et genus omne novit adulterium esse malum, et fornicationem, et homicidium, et quaecunque alia ſunt ejusmodi peccata.* et Cicer. *de Legib.* I. 16. *Quod ſi populorum juſſis, ſi Principum decretis, ſi ſententiis Judicum, jura conſtituerentur; jus eſſet latrocinari: jus, adulterare: jus, testamenta falſa ſupponere, ſi haec ſuffragiis aut ſcitis multitudinis probarentur. etc. Atqui nos legem bonam a mala, nulla alia niſi naturae norma dividere poſſumus. Nec ſolum jus et injuria a natura dijudicantur, ſed omnino omnia honesta ac turpia* (4). Briſſon. *ad L. Jul. de adulter. in pr.* [Oper. minor. *p.* 179.] Quaedam Pinel. *ad rubr. Cod. de reſcind. vend. Part.* I. *Cap.* 1. *num.* 22. Contra, Theodorus Ariſtippi Familiaris. Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 21. [in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1294.] et Diogen. Laërt. II. 99. Κλέψειν τε καὶ μοιχεύσειν καὶ ἱεροσυλήσειν ἐν καιρῷ. μηδὲν γὰρ εἶναι τούτων αἰσχρὸν φύσει. κ. τ. λ. *Furto quoque et adulterio et ſacrilegio, cum tempestivum erit, daturum operam ſapientem. Nihil quippe horum turpe natura eſſe*, etc. Plura Selden. *de Jure Nat. et Gent.* I. 7. De Epicuro Epictetus apud Arrianum, III. 7. Τὸ γὰρ κλέψαι οὐδ' αὐτὸς ὁ Ἐπί-

Ἐπίκουρος ἀποφαίνει κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἐμπεσεῖν, καὶ ὅτι πίστιν περὶ τοῦ λαθεῖν λαβεῖν ἀδύνατον, διὰ τοῦτο λέγει, μὴ κλέπτετε. κ. τ. λ. *Nam furari malum esse ne ipse quidem censet Epicurus, sed deprehendi, ac ideo praecipit non furandum, quia fieri non possit, ut fidem aliquis accipiat se perpetuo posse latere.* etc. De Illo et Stoicis Origen. contra Celsum, VII. [*p.* 739. edit. Delarue.] Ἐκκλίνουσι τὸ μοιχεύειν οἱ τὰ τοῦ Κιτιέως Ζήνωνος φιλοσοφοῦντες, ἀλλὰ καὶ οἱ τὰ Ἐπικούρου, τινὲς δὲ καὶ τῶν παντελῶς ἰδιωτῶν. ἀλλ' ὅρα ὅση διαφωνία ἐστὶ περὶ τῆς τοῦ μοιχεύειν ἐκκλίσεως τῶν τοσούτων· οἱ μὲν διὰ τὸ κοινωνικὸν καὶ παρὰ φύσιν εἶναι τῷ λογικῷ ζώῳ, νοθεύειν τὴν ὑπὸ τῶν νόμων ἑτέρῳ προκαταληφθεῖσαν γυναῖκα, καὶ φθείρειν τὸν ἄλλου ἀνθρώπου οἶκον· οἱ δὲ ἀπὸ Ἐπικούρου οὐ διὰ τοῦτο οὐ μοιχεύουσιν, ὅτε ἀπέχονται τοῦ μοιχεύειν, ἀλλὰ διὰ τὸ νενομικέναι τέλος τὴν ἡδονὴν, πολλὰ δ' ἀπαντᾷν κωλυτικὰ τῆς ἡδονῆς τῷ εἴξαντι μιᾷ τῇ τοῦ μοιχεύειν ἡδονῇ, καὶ ἔσθ' ὅτε φυλακὰς, ἢ φυγὰς, ἢ θανάτους. κ. τ. λ. *Vitant adulterium Philosophi, qui Zenonem Citiensem sectantur; vitant et quibus Epicurus placet magister; nonnulli etiam omnino idiotae. Sed vide quam diversa ratione illi omnes ab adulterio abstineant. Alii boni publici studio, et quia naturae repugnat ab animante rationis participe feminam adulterari legibus conjunctam alteri, et alterius hominis corrumpi domum: Epicuri vero Discipuli non ea caussa adulterio abstinent, cum illo abstinent; sed quod summum bonum in voluptate positum existiment, multaque voluptati ejus officere, qui uni adulterii voluptati cedit: qualia sunt carcer, fuga, mors* etc. Et de quorumdam moribus, Senec. *Epist.* 97.

Enim vero tutelae damnati (5), *hoc non natura probrum est*,] Adeoque non *per se* et *semper.*

Sed more civitatis:] Immo et *natura*, si adsit dolus. Verba haec sunt a mala manu, uti recte statuit Noodt. *Probab.* I. *ult.* (6). Nihili sunt, quae ejus Adversarius (7) ha-

habet. Bachov. ad *πρῶτα Pand. p.* 776. aliis haec examinanda relinquit. Non placet quoque Otto, *ad* §. 6. *Instit. de suspect. tutor.* De iis quomodo mores variant, Dio Cass. *Histor. Lib.* XXXVIII. *p.* 73 *et* 74.

Nec enim natura probrum est, quod potest etiam in hominem idoneum *incidere.*] Id est, *integrae fidei.* ut in *L. ult. de tabb. exhib.* et apud Cicer. *de Offic.* II. 15. ubi vide Graevium (8).

(1) Si scil. in ejus Inscriptione pro *Lib.* LXXVII. *ad edictum* legas *Lib.* LVII. uti fortasse legendum, ad eam Legem notavit Schultingius. Ad *injurias verbales* hanc Legem etiam referunt Cujac. et Goedd. *h.* item Duker. *ad Opusc. de Latin. Vet. JCtor. p.* 119. *not.* 2. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 4. §. 145. *p.* 275. Gluck. *ad Tit. de his qui not. infam.* §. 375. *p.* 135. *seqq.* ubi late de hac Lege egit. add. Idem, *ad Tit. de suspect. tutor.* §. 1351. *b. p.* 104. *seqq.*

(2) Alia exempla attulit Rad. Forner. *Rer Quotid.* III. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 221. Pari modo Noodt. *loc. a Schulting. cit.* Pothier. *h. t. num.* 178. Gluck. *locc. modo laudd.* aliique. Aliter Wieling. *Lect. Jur. Civ.* I. 10. qui legit: *probrum, id est, opprobrium.* Aliter rursus Jo. Cannegiet. *ad Coll. LL. Mos. et Rom. Tit.* 7. §. 1. *p.* 219. qui pro *id* substituit *injuria.*

(3) Haec Ciceronem, *in Verr.* I. 42. *sua sponte scelerata* vocare, notavit van de Water.

(4) Et *de Offic.* I. 35. *Latrocinari, fraudare, adulterare, re turpe est.* Quod, et alia huc pertinentia, habet Petr. Avellan. *Loc. restit. vel explic. Cap.* 22. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 471. add. Ant. Augustin. *Emend.* IV. 4. in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 1532. *seq.*

(5) Imo *damnari*, ut Flor. est. Vitium Typographicum est, quod tamen etiam in aliis editt. Gothofredi exstat.

(6) Et *de Jurisd. et imper.* II. 10. et *de Foen. et usur.* III. 7.

(7) Intelligit Christfr. Wachtlerum, quem vid. *Opusc. p.* 221. *seq.* Ad alterum exemplar in 4to. Schultingius ad illa verba: *sed more civitatis*, sequentia adscripsit: *Haec verba tollit Clar. Noodt. nam si dolus* ad-

adsit, est Jure Naturae turpe, aliter ne quidem Jure Civili; et in tutela saepe abest dolus, etsi quis damnatur. Sed non placet mihi haec audacia. Dic, et in hoc negotio aliquid esse ex Jure Civili, quo non omnis dolus est notatus in contractibus; sed hic. Quod tamen non satisfacit. Sed nec haec etiam emendatio multum nos extricat: nam ex praecedentibus haec (verba) *essent subintelligenda, ut et vidit Adversarius Noodtii; et in Basilic. etiam haec habentur.*

Ex his igitur apparet, quam valde hac in re fluctuaverit Vir summus. Noodtii tamen conjecturam amplexus quoque est, *in Enarr. Tit. Pand. de his qui not. infam.* §. 8. in qua igitur tandem acquievisse videtur. Vehementer tamen dubito, an quidem Lex violenta hac crisi indigeat: quae etiam, praeter Waechtlerum, displicet Wielingio, *loc. cit.* Eckhardo, *in Hermen. Jur.* I. 7. §. 286. Gluckio, *locc. modo citt.* aliisque.

Mea quidem sententia, nulla verbis illis, *sed more civitatis*, inest difficultas. Est enim verissimum, *tutelae damnari* non *natura* probrum esse. Nam quod *natura* probrum est, illud *per se* et *semper* est probrum, uti in *furto* et *adulterio* res se habet; sed *tutelae damnari*, monente Ulpiano, etiam *in hominem idoneum*, seu integrae fidei, incidere potest. Et profecto, quid aliud est *tutelae damnari*, quam condemnari ad solvendum id, quod pupillo a tutore debetur? quod non magis *per se* probrum est, quam damnari v. gr. *emtionis*, *locationis*, *commodati* etc. At, inquies, nonne igitur tutelae damnatum *aliquando* infamia sequitur? Ita est; sed hoc non ideo, quod tutelae damnari *natura* probrum est; sed quod Praetor tutelae judicium inter famosa *Edicto* retulit. Vid. *L.* 1. *de his, qui notant. infam.* Ante quod Edictum tutelae judicium infamiae sequelam non habuit: certe demonstrari illud non potest. Vid. Bav. Voorda; *Thes. Controv. Dec.* XXII. §. 2. Quod igitur *tutelae damnari* aliquando sit probrum, illud ex *Edicto Praetoris* proficiscitur; adeoque *more civitatis* invaluit: quemadmodum omnia, quae Praetores Edictis suis introduxerunt, recte dicuntur *more civitatis* invaluisse: cum obtinuerint illa veluti tacito Populi consensu.

(8)

(8) Add. Schulting. *loc. modo cit.* Scip. Gentil. *Parerg.* I. 26. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1300. Gronov. *Obs.* IV. 9.

L. XLIII.

Idem *Lib.* LVIII. *ad Edictum.*] Ad *judicatos* pertinet, quibus *victus* est dandus, vel permittendum, eum inferri. Cujac. *h.*

Verbo victus etc.] Basilic. τροφῆς. Add. *L.* 34. *de re judic.* et *L.* 234. *in fin. h. t.*

Quaeque ad vivendum homini necessaria sunt.] Vid. Pricaeum, *ad Epist. Pauli ad Titum, Cap. ult. Vs.* 14.

Vestem (1) *quoque victus habere vicem*, etc.] Junge *l.* 45. *h. t.*

(1) Quod minus recte carpitur a Laur. Valla. Vid. Goedd. *h.* et *Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 223. *seqq.* ibiq. Duker. *p.* 250. add. Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 55. *p.* 267.

L. XLIV.

Gajus *Lib.* XII. *ad Edictum Provinciale.*] Lege: *Lib.* XXII. (1). De *judicato* agens.

(1) Ut Flor. Vitium Typographicum est, quod tamen etiam in aliis editt. Gothofredi exstat.

L. XLV.

Ulpianus *Lib.* LVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 43. *h. t.*

In stratum (1) etc.] Verbo scil. Basilic. τῷ ὀνόματι τῆς στρωμνῆς.

Neque enim dubium est, quin stragula vestis (2) *sit omne pallium περίστρωμα.*] Si abesset *το pallium*, non pejor foret sensus: habent tamen hanc vocem quoque Basilic. (3) licet in iis haec Lex non κατὰ πόδα conversa sit. Add. Dion. Gothofred. *in not.*

In victum (4) *ergo vestem accipiemus, non stragula, in stra-*

stratum omnem stragulam vestem.] In *Edicto* scil., quod forte *utriusque* meminerat: secus in XII. *Tabb.*, quae *victus* tantum. *L.* 234. *in fin. h. t.* Cujac. *h.* (5).

(1) Sic etiam Flor. initio, sed litera *m* hodie deleta est, et superest *in stratu.* Vid. Brencm. *h.* Al. *instratum*, tanquam unum vocabulum. Vid. Cramer. *h.*
(2) Haec etiam minus recte carpit Laur. Valla. Vid. *Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 131. *seqq.* ibiq. Duker. add. Alex. ab Alexandro, *Genial. dier.* III. 19. *p.* 156. quem citat Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* voc. *stratus.* De varia hujus loci lectione vid. Cramer. *h.*
(3) Ad [1]. Duker. *loc. modo laud. p.* 134. *not.* 2. Ejusmodi appositionibus saepius usum esse Ulpianum, docet Jac. Voorda, *Interpr. et Emend.* I. 12.
(4) *In victu*, Al. Vid. Cramer. *h.*
(5) Add. Scip. Gentil. *de Aliment. Cap.* 2. *Oper. Tom.* III. *p.* 348.

L. XLVI.

Idem *Lib.* LIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 5. *de re judic.* (1).

(1) Ad Tit. *de re judicata* etiam referunt Cujac. et Goedd. *h.*

§. 1.

Matremfamilias] Quae immunis fuisse videtur a violentia in corpus. Vid. Valer. Maxim. II. 1. 5. (1). *L.* 1. *Cod. de offic. div. judic.* Cujac. *h.*

(1) Quem locum citat quoque Idsinga, *Varior. Cap.* 6. *p.* 48. Originem fortasse hoc traxit e Lege Romuli *de honore feminis praestando*, cujus meminit Plutarchus, *in Vit. Romuli*, *p.* 30. Vid. A. C. Stockman. *ad Bach. Histor. Jur.* I. 1. *Sect.* 2. §. 2. et de qua Lege Romuli egit H. J. Arntzen. *Obs. Syllog. Cap.* 2. in *Actis Societatis Trajectinae*, *Tom.* I. *p.* 116. *seqq.* Verbis: *quae non inhoneste vixit*, Al. addere *in domo*, vel *domi*, sed nihil horum Graecos agnoscere, notavit Cramer. *h.* Vid. de hoc §. etiam Herald. *Obs. et Emend. Cap.* 53. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1354. Ver-

Vertran. Maur. *de Jur. liberor.* *Cap.* 30. in *eod. Thes. Tom.* III. *p.* 1044. *seq.* Grot. *in Flor. Sparf. p.* 334.

L. XLVII.

PAULUS *Lib.* LVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 54. *de solutionib.* (1).

Liberationis verbum eandem vim habet, quam solutionis.] Pertinet ad Tit. *de re judicat.* Conf. *L.* 4. §. 7. *de re judic.* (2).

(1) Add. Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. de solution. et liberat. debitor. Civitat.*
(2) Add. Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* etiam Goedd. *h.*

L. XLVIII.

GAJUS *Lib. ad Edictum Praetoris urbani, titulo, qui neque sequantur, neque ducantur.*] Hic Titulus in *ipso Edicto* (1) fuit, non tantum apud Gajum, etsi id vult Perrenon. *Animadv.* I. 19. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 615.] (2).

Solutum] Ut scil. in jus vocari possit. Cujac. *h.*

Manibus (3) *tamen tenetur:*] *Manicas* intelligit Rad. Forner. *Rerum Quotidian.* III. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 205.] Basilic. χειρὶ κατεχόμενος.

In publico] Id est, *carcere* (4). Basilic. ἐν δημοσίῳ τόπῳ.

(1) Conf. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de in jus voc.* §. 1. *p.* 216. et Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 19. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 166. Illud enim in *titulos* distinctum fuisse, docet Heinecc. *in Hist. Edict. et Edict. perpet.* II. 4. §. 4. *Oper. Tom.* VII. *p.* 267. et *in not. ad Edict. perpet. ibid. p.* 351. Add. Bach. *Hist. Juris*, III. 2. *Sect.* 5. §. 14. *not. i. p.* 458. et Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 5. §. 165. *p.* 323. *seq.*
(2) Al. haec Legis principium faciunt. Vid. Cramer. *h.* Male. Vid. Bynkersh. *Obs.* IV. 13.
(3) Al. *militibus* Sed vid. Forner. *loc. laud.*

(4)

(4) Add. Nic. Catharin. *Obs.* IV. 44. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 798.

L. XLIX.

Bonorum appellatio etc.] De quibus pignori capiendis, vendendis, et cessione, et missione in ea *hoc Libro* Ulpianus tractavit (1).

Naturaliter (2) *bona ex eo dicuntur, quod beant*, etc.] Etymologiam nescit Piso apud Ciceron. *de Finib.* IV. 26.

In bonis autem nostris computari etc. sed et si bona fide a nobis possideantur,] Quod negat Ant. Faber, *de Errorib. Pragmatic. Dec.* 63. *Error.* 6. procedere, nisi sensu negativo (3).

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.*
(2) Id est, *proprie.* Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1376. Vid. de hac etymologia etiam Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 262. *seq.* Verba seqq. *hoc est beatos faciunt*, Glossema sapere, Alb. Gentil. *h.* putare, notavit van de Water.
(3) Sequitur: *Aeque bonis adnumerabitur, etiam si quid est in actionibus*, etc. Vid. Fabrot. *contra Salmas.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1269. et Schulting. *ad Caj. Instit.* II. 9. §. 1. *not.* 12.

L. L.

Idem (1) *Lib.* LXI. *ad Edictum.*] Occasione *absentium*, quorum proximi evocandi ad defensionem, ne in bona fiat missio (2). Cujac. *h.* add. *L. seq.*

Nurus appellatio etc.] Junge *L.* 52. *h. t.*

(1) Al. *Paulus.* Sed utram Lectionem sequaris, pertinere hoc responsum ad Tractatum *de rebus auctoritate Judicis possidendis ac distrahendis*, docet Goeddaeus, *h.* Neque adeo ratio, quare Lectionem Florentinam deseramus.
(2) Ad eamque Juris partem haec loca spectari putat, qua parenti, patrono, et aliis quibusdam personis permitti-

titur defensio et actio absentis nomine, etiam sine mandato. Sed tunc magis pertinerent ad Tit. *de procuratoribus*; sub quo Tit. has Leges quoque collocavit Pothier. *ibid. num.* 30. et quorsum eas quoque refert Gluck. *ad Tit. de procurator.* §. 588. *p.* 227. *in not.* Praeterea, *absentium* proximos, ut ait Cujac., evocandos esse, priusquam missio in bona fieri possit, non memini me alibi legere, nisi in casu *L.* 5. §. 1. *quib. ex causs. in poss. eat.* secundum quam *pupilli*, qui non defenditur, cognati, adfines, etc. evocandi sunt, priusquam bona ejus possideantur: et quorsum hanc Legem refert Pothier. *h. t. num.* 201. Sed vix probabile, Ulpianum hac occasione, quid appellatione *nurus* aut *patroni* contineatur, expositurum fuisse. Aliter Goeddaeus, *d. loc.* qui dicit, si bonis cedentes, vel latitantes, non prorsus essent solvendo, parentes, patronos, liberos, nurum, similesque personas conjunctas minus accepisse, quam reliquos creditores, idque expresse edicto cautum ait. Sed omisit citare locum, quo haec probentur. Quorsum igitur haec loca referenda? Valde dubium hoc mihi videtur, nisi fortasse dicendum sit, pertinere ea ad *cautionem judicio sisti*; ubi appellatione *nurus*, etiam pronurus et deinceps intelliguntur. *L.* 2. §. 3. *in fin. qui satisd. cog.* nec non appellatione *patroni*, etiam patrona, et appellatione *liberorum* etiam ex feminino sexu descendentes, et sive sui juris sint, sive in potestate. Vid. *d. L.* 2. §. 3. et conf. *L.* 56. §. 1. *h. t.* Atque scripsisse haec Ulpianum occasione Edicti: *In bona ejus, qui judicio sistendi caussa fidejussorem dedit, si neque potestatem sui faciet, neque defenderetur, iri jubebo, L.* 2. *pr. quib. ex causs. in poss. eat.* Cujus Edicti verba retulit quidem Ulpianus *Lib.* V. *ad Edictum*, sed nihil videtur obstare, quo minus dicamus, JCtum, in *Lib.* LXI. *et proximis ad Edictum, de missione in possessionem bonorum* agentem, ibi quoque nonnulla, ad illud Edictum ejusque intellectum pertinentia, subjecisse.

L. LI.

L. LI.

GAJUS *Lib.* XXIII. *ad Edictum Provinciale.*] Vid. ad *Leg. praeced.*

L. LII.

ULPIANUS *Lib.* LXI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 50. *h. t.* (1).

(1) Putem Ulpianum *patronum* hic non intelligere, quae ipsa manumisit, sed *uxorem patroni.* arg. *L.* 1. *Cod. de in jus voc.* Frustra quoque alioquin Ulpianus, et maxime Tribonianus id monuisset, quum notissimi juris sit; sub genere masculino etiam femininum contineri.

L. LIII.

PAULUS *Lib.* LIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 12. *de reb. auctorit. Judic. possid.* et ad hoc Edictum, vel vicina, pertinet. Vid. Cujac. *ad L.* 28. *h. t.* (1).

Saepe ita comparatum (2) *est, ut. conjuncta pro disjunctis accipiantur*, etc.] Vid. Sand. *Decision.* IV. 6. *Def.* 4. (3). De *ultimis voluntatibus* vid. Maynard. *Decis. Tholos.* V. 8. *seqq.*

Nam cum dicitur apud Veteres (4): *agnatorum* Gentiliumque,] De iis Cicero in *Topic. Cap.* 6. *Gentiles sunt, qui inter se eodem nomine sunt*, etc. Meminit Idem, *Act.* II. *in Verrem*, I. 45. Alludit in *Orat. pro Balbo*, *Cap.* 25. (5).

At cum dicitur: super pecuniae tutelaeve suae,] Casus secundus pro sexto, Graeco more. Vid. Jac. Gothofred. *ad XII. Tabb. p.* 78. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 95.] qui citat *L.* 3. §. 1. *ad L. Cornel. de sic. Ejusdem legis poenae adficitur.* Sed haec scriptura forte non est vera (6).

Tutor separatim sine pecunia dari non potest.] Ut non simul de pecunia *pupilli* (7) disponat. Cujac. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* XI. §. 14. P. Faber, *Semestr.* III. 24.

 Noodt.

Noodt. *in Comm. ad Tit. Pand. de testam. tut. vs. Dixi de modo dandi tutoris* etc.

(1) Et Goedd. *h.*
(2) Al. *computatum*, aut *compertum*. Vid. Cramer. *h.*
(3) Add. Cujac. *Obs.* XXVI. 34. et Ant. Fab. *Conject.* XVII. 18. *num.* 3. *seqq.*
(4) Scil. *LL.* XII. *Tabb.* Vid. Jac. Gothofred. *in Probation. ad Tab.* V. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 106. add. Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 330. *et* 370. et Gluck. *ad Tit. de curator. furios.* §. 1390. *d. p.* 166. *seq. not.* 83.
(5) Add. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de legit. agnat. successión.* §. 2. Sequitur: *pro separatione accipitur.* Al. QUE *pro separatione accipitur*, quod praefert Cramer. *h.*
(6) *Florentiae* tamen etiam nunc legi *poenae*, notavit Brencm. *ad d. l.* Plura ejusmodi exempla habet Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* XII. §. 5. et Otto, *in Praef. Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 15. Alii verba haec Legis XII. Tabb. variè emendant. Vid. Otton. *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 31. Heinecc. *Exercit.* XII. §. 10. *Oper. Tom.* II. *p.* 493. et *in Antiq. ad Tit. Inst. de tutel. etc.* §. 2. Meerman. *Diss. de Reb. manc. et nec manc.* §. 110. Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 17. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* I. 7. *p.* 63. Dirksen. *ad. LL.* XII. *Tabb. p.* 335. *seqq.* Gluck. *ad Tit. de testam. tutel.* §. 1305. *p.* 205. *seq.* Constantinaeus, *Subtil. enod.* I. 29. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 535. *pecuniae* verbo *curam* significari putat, opponique pecuniam tutelae; sed haud dubie male, quum accipienda sit de hereditate vel successione, ut monuit van de Water, *in not. MSS.*
(7) Imo, de pecunia *sua*, sive, ut non simul testator pecuniae suae heredem instituat, ut ait Cujac. *loc. laud.*

§. 2. (1).

Item dubitatum est, illa verba, ope consilio, *quemadmodum accipienda sunt, sententiae* (2) *conjungentium, aut separantium?*] Paulus, *in Sentent.* II. 31. §. 10. *ope aut consilio* (3), Merill. *Obs.* II. 39.

Sed verius est, quod et Labeo ait, separatim accipienda:]

de:] Aliter Sabinus (4), qui tamen furtum sola mente fieri posse putabat. Vid. Gellium, *Noct. Attic.* XI. 18. Merill. *loc. cit.*

Quia aliud factum est ejus, qui ope, aliud ejus, qui consilio furtum facit:] In personis diversis a fure principali. De horum autem poenis vid. Carpzov. *Defin. Forens. Part.* IV. *Const.* 39. *et* 40. (5).

Sic enim alii condici potest, alii non potest.] Sed vid. ad *L.* 6. *de condict. furtiv.*

Et sane post Veterum auctoritatem etc.] Quos aliud voluisse, eosque secutum esse Gajum in §. 11. *Instit. de oblig. quae ex del.* (6) putat Jan. a Costa, *in not. ad d.* §.

Ut nemo ope videatur fecisse, nisi et consilium malignum habuerit:] Id est, propositum.

Nec consilium habuisse noceat, nisi et factum secutum fuerit.] An *hic* igitur iterum improbatur Labeonis opinio, uti vult Glosf. aliique? an Paulus ludit in voce *consilii*, uti Bachov. ad *Treutl. Vol.* II. *Part.* II. *p.* 1087.? Differunt re ipsa; nihilominus oratione conjunguntur, nec opera est sine dolo, nec dolus nocet sine facto (7).

(1) In editt. quae Taurell. sequuntur, §. 1. incipere a verbis: *ex re ergo* etc. et §. 2. a verbo *item*, sed male, notavit Cramer. *h.*

(2) Hanc Graecam locutionem esse, pro *juxta sententiam conjungentium aut separantium*, observat Pothier. *h. t. num.* 2. add. Conrad. *Parerg. p.* 555. Al. *ex sententia.* Vid. Brencm. *h.* qui legendum putat *sententia.* Sic. et Al. Vid. Cramer. *h.*

(3) *Opem consiliumve* dixit quoque Ulpianus in *L.* 52. *pr. de furtis.* Sed Cicero, *de Nat. Deorum*, III. 30. *ope consilioque;* et sic quoque legitur in *L. ult. Cod. de noxal. actionib.* Plerumque tamen Nostri simpliciter dicunt *ope consilio:* loca vid. apud Brisson. *de Formul.* V. 25. qui addit in Libris *Notarum* haec significari singularibus literis O. C.

(4) Sed vid. Mascov. de *Sectis Vett. JCtorum*, *Cap.* 9. §. 32. *num.* 2. et C. F. Walchium, *in Notis ad Hoppii Comm. ad* §. 11. *Instit. de oblig. quae ex del. nasc.*

(5) De horum poena agit quoque Merill. *loc. cit.* et Schulting. *ad locum Pauli cit. not.* 37. licet, mea sententia, minus recte.

(6) *Instit. Veronens. Lib.* III. §. 202.

(7) Ad alteram editionem in 4to. haec adscripsit: *Accursius aliique putant, improbari hic modo probatam Labeonis sententiam: male. Illud tamen vix negari potest, quod notat Bachov. Paulum ludere in homonymia vocis* CONSILIUM, *quod in pr. §. sumsit pro instructione, et hic sumat pro proposito fraudulento in verbis: consilium malignum* etc. *Praeterea verba finalia, sive de eadem, sive de diversis personis, intelliguntur, vera sunt, sive de consilio dando, sive de proposito accipias. Sane Paulus hic magis rem involvit, quam evolvit.*

Liceat, suo cuique judicio relicto, quae hac de re mihi in mentem venerint, hic paucis subjungere.

Ubi verba illa *ope consilio*, de quibus Paulus hoc loco agit, exstiterint, non satis constat. Pothier. *h. t. num.* 2. putat in *Edicto Praetoris:* sed auctoritatem desidero. An itaque in *LL.* XII. *Tabb.*? Id quoque probari nequit. Certum quidem est in XII *Tabb.* de furtis actum esse; sed Decemviros nominatim quoque egisse de eo, cujus *ope consilio* furtum factum est, nusquam, quod sciam, traditur. add. Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 459. Potius itaque existimo, verba illa neque exstitisse in *Edicto Praetoris*, neque etiam in XII. *Tabb.*; sed, cum Vett. intelligerent, *sceleris instar esse alios suadendo juvisse*, *L.* 16. *pr. de poenis*, atque illos, quorum *ope consilio* furtum factum est, non minus peccare, quam fures nec manifestos, immo quodammodo tales esse, pro iisque haberi posse, videntur illud Caput *LL.* XII. *Tabb.*, quod de *furibus nec manifestis* agebat, ita interpretatione extendisse, ut eandem actionem quoque concesserint adversus illos, quorum *ope consilio* furtum factum esset, idque usu adeo invaluisse videtur, ut concepta sit peculiaris formula actionis: *ope consilioque tuo furtum ajo factum esse*, cujus formulae meminit Cicero, *de Nat. Deor.* III. 30. add. *L.* 27. §. 21. *ad Leg. Aquil.*

Hinc ultro apparet ratio, quare Paulus in *L.* 34. *de furtis* docuerit, *eum, qui opem furtum facienti fert, nunquam esse furem manifestum*, neque adeo puniri tanquam furem manifestum; sed semper haberi pro fure nec ma-

manifesto, licet, quod notandum, is, cui ocem tulit, *deprehensus sit*, adeoque licet is sit fur manifestus. Quae Lex videtur fugisse Merillium, *Obs.* II. 39. existimantem, adversus eum, cujus *ope consilio* furtum factum est, dari actionem *furti manifesti*, vel *nec manifesti*, prouti furtum factum sit *manifestum*, vel *nec manifestum*. Merillium, quod miror, sequitur Schultingius, *ad Pauli Sentent.* II. 31. §. 10. *not.* 37. licet hic deinceps sententiam mutasse videatur: saltem ad verba *d. L.* 34. *nunquam manifestus*, notavit: *in quo fallitur Merillius*.

Quid autem illis verbis *ope consilio* significaretur, initio quidem satis certum videtur fuisse, eaque haud dubie Vett. acceperunt de eo, qui sciens furi auxilium praebuerat in furto faciendo, sive consilium dando, sive opem ferendo. Sed sequentibus temporibus, ut fit, diligentius in ea verba inquiri coepit, immo dubium aliquod de iis moveri. Certe dubitatum esse, utrum illa verba *conjunctim*, an *disjunctim* accipienda sint, Labeonem autem existimasse, *separatim* illa accipienda esse, docet Paulus, in nostra *Lege* 53. Licet, quis Labeoni contradixerit, difficile sit definire: certe Sabinum adversarii partes egisse, uti vult Merillius, *dict. loc.*, nullo modo probari potest. Vid. Mascovium, et Walchium, *locis supra laud.* Quidquid sit, existimavit Labeo, idque verius esse, Paulus quoque dicit, verba illa *separatim* esse accipienda: 1°. quidem, quoniam *consilium dare* et *opem ferre* res sunt natura sua distinctae: *aliud enim*, ut additur, *est factum ejus*, *qui ope*, *aliud ejus*, *qui consilio furtum facit*. Conf. *L.* 50. §. 3. *de furtis*. 2do. quoniam effectu quoque differunt: *alii enim condici potest*, *alii non potest*. De qua Legis particula mox plura.

Ex sententia igitur Labeonis, quam Paulus veriorem esse dicit, furti tenetur et is, cujus *ope*, et is, cujus *consilio* furtum factum est: convenienter, ut dixi, Veterum sententiae. Quod ipsum, ni fallor, Paulus quoque indicat in ultima legis parte: *Et sane post Veterum auctoritatem eo perventum est: ut nemo ope videatur fecisse, nisi et consilium malignum habuerit; neque consilium habuisse noceat, nisi et factum secutum fuerit.* Quibus verbis haud scio an accommodari possit, quod Bynkersh. *Obs.* I. 10. occasione alterius Le-

 gis

gis ejusdem Pauli, monuit: *saepe* scil. *accidere in auctoribus, etiam qui accuratissime loquuntur, ut eorum mentem perfecte, non aeque verba intelligamus.* Profecto, cum nonnullis existimare, Paulum his verbis rursus improbare doctrinam Labeonis, quam paulo ante veriorem dixerat, quid aliud hoc est, quam Paulo aliquid adfingere, quod vix sani hominis sit? Minus forte obscuritatis verbis illis inesset, si pro *ut nemo* legeretur *ut tamen nemo*, quasi scriptum fuerit *ut nemo*, i. e. *ut tamen nemo.* Vid. Petr. Diacon. *de Notis Literar.* inter *Auctor. Ling. Latin. a D. Gothofred. edit. p.* 1524. Sed ne hac quidem emendatione opus, si particulam *ut* accipiamus pro *quamvis*, uti et alibi fit, Vid. Schulting. *ad* U*lp. Fragm. Tit.* XXIV. *not.* 55. Quidquid sit, mihi quidem sensus Pauli manifesto hic est: *Sane*, licet *post Veterum auctoritatem*, quos Labeonem quoque hac in re secutum esse, docuerat, *eo perventum sit*, id est, hoc obtinuerit, receptum sit: ut scil. verba illa *ope consilio* non *conjunctim*, sed *separatim* accipienda sint; adeoque ut furti teneatur et is, cujus *ope*, et is, cujus *consilio* furtum factum est: — illud tamen ita intelligendum est, *ut nemo ope videatur fecisse, nisi et consilium malignum habuerit*, id est, propositum alteri nocendi, sine quo nullum verum delictum est: *neque consilium* (malignum) *habuisse noceat, nisi et factum secutum fuerit*, id est, neque noceat, tale propositum alteri nocendi habuisse, eaque mente opem tulisse, vel consilium dedisse, nisi furtum revera sit secutum. Sic itaque his verbis Paulus doctrinam Labeonis, ipsorumque adeo Veterum, ulterius explicat, neque aliud quid tradit, nisi quod docet quoque Ulpianus in *L.* 50. §. 2. *et L.* 52. §. 19. *de furtis.*

Sed propero ad Legis verba media: *sic enim alii condici potest, alii non potest.* Quae JCtus, uti vidimus, quoque attulerat, ut ostenderet, verba *ope consilio* separatim esse accipienda; in qua Legis periodo concilianda cum *L.* 6. *de condict. furtiv.* adeo laborant Interpp.

Ego quidem ita sentio. Nimirum, ut *actione furti poenali in duplum* teneretur quoque is, cujus *ope* vel *consilio* furtum factum esset, illud, ut modo vidimus, jam Veteribus placuit, ex eorumque auctorita-

te

te a Labeone aliisque JCtis recentioribus comprobatum. Sed, cum Edicto Praetoris introducta quoque esset *actio reipersecutoria* adversus furem heredemque ejus, inde oriri potuit dubitatio, an haec quoque actio (quae passim *condictio ex caussa furtiva* appellatur) perinde atque *actio furti poenalis*, daretur contra eum, cujus *ope consilio* furtum factum esset. Hoc autem negarunt JCti: clare Ulpianus in *d. L.* 6. *Si ope consilio alicujus furtum factum sit, condictione non tenebitur, etsi furti tenetur.* Si rationem quaeras, eam reddit Paulus in *L. praeced.* 5. *eod. Quoniam nunquam ea condictione alius, quam qui fecit*, i. e. contrectavit, *tenetur, aut heres ejus.* Procul dubio autem ita JCti, quoniam Praetor in *Edicto* de *fure* tantum, *heredeque ejus* mentionem fecerat. Hujus Edicti verbis igitur stricte inhaeserunt, neque illa extenderunt quoque ad eos, quorum *ope consilio* furtum factum esset, existimantes forte, adversus eos sufficere *actionem furti poenalem*.

At, inquies, aliud manifesto docet *d. L.* 53. Immo vero prima tantum fronte. Nimirum, cum *condictione furtiva* non teneatur, nisi qui *fecit*, id est, contrectavit, ejusque heres, inde ultro sequitur, eum, cujus *consilio* tantum furtum factum est, *nunquam* hac condictione teneri posse, quia hic non *contrectavit*. Sed qui *opem* tulit, potest *aliquando* hac condictione teneri, si scil. furi non simpliciter *opem* tulit ad furtum faciendum, sed ita, ut ipse rem quoque *contrectaverit:* incidit enim tunc in verba Edicti Praetoris, et revera fur est. Hinc jam facile explicari potest illa periodus *d. L.* 53. Quae non ita intelligenda est, quasi is, qui *opem* tulit, *semper* teneretur *condictione furtiva:* hoc enim neque *hic* docet JCtus, qui tantum dicit, *sic enim alii condici* POTEST: neque verum foret. Contrarium aperte tradit Ulpianus in *d. L.* 6. immo ipse Paulus in *praeced. L.* 5. *eod.* Sed res haec est: neuter proprie tenetur *condictione furtiva;* differt tamen is, cujus *consilio* tantum furtum factum est, ab eo, cujus *ope* furtum est factum; quod nempe ille *nunquam* possit ea condictione teneri; hic vero *aliquando* possit: si scil., ut dixi, non simpliciter *opem* tulit, sed ita, ut rem quoque *contrectaverit.*

L. LIV.

ULPIANUS *Lib.* LXII (1) *ad Edictum.*] Junge *L.* 9. 11. 15. *de rebus auctorit. Jud. possid.* (2).

Conditionales creditores dicuntur etc.] Conf. *L.* 14. §. 2. *quibus ex caus. in poss. eatur.*

(1) Al. *Lib.* XII. Vid. Goedd. et Cramer. *h.*
(2) Add. Cujac. *ad L.* 10. *h. t.*

L. LV.

PAULUS *Lib.* XVI. *Brevis Edicti* (1).] Conf. *Leg. praeced.* (2).

Qui autem temporalem exceptionem timet, similis est conditionali creditori.] Hoc caute accipiendum, ceteroquin falsum est. Verum scil. est, quod ad *Edictum*, quod Paulus *hic* explicuit.

(1) De hac Inscriptione vid. Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 31. ibiq. Stockman.
(2) Et Cujac. *ad L.* 10. *h. t.*

L. LVI.

ULPIANUS *Lib.* LXII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 15. *de rebus auctorit. Judic. possid.* (1). Add. *L.* 5. *de jure deliberandi.*

Cognoscere (2) instrumenta, etc.] Δικαιώματα, Basilic.

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.*
(2) Vid. H. J. Arntzen. *Miscellan. Cap.* 15. *p.* 165.

§. 1.

Liberorum appellatione continentur, etc.] Cujacius refert ad ea, ad quae *L.* 50. 51. 52. *h. t.* pertinent: de quo dubito. Alius est Ulpiani *Liber.* Minus ad rem facit Goeddaeus, *h.*

Exve feminini sexus] Rob. Steph. *exve feminino sexu* (1). Sed non opus, subauditur *liberis.*

(1) Alii aliter. Vid. Cramer. *h.* Van de Water, *in not. MSS.*

MSS. pro *atve* forte legendum dicit *sive*. Sed recte, ut videtur, Schultingius. Vid. ad hunc locum etiam Averán. *Interpr. Jur.* III. 27. *num.* 9. et Vertr. Maur. *de Jur. liberor.* *Cap.* 42. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1071.

L. LVII.

Paulus *Lib.* LIX. *ad Edictum.*] Ubi egit *de bonorum emtione et Magistris* (1). Junge *L.* 6. *L.* 7. *quib. ex caus. in poss. eat.* *L.* 10. *L.* 12. *L.* 14. *de reb. auctorit. Judic. possid.*

Ipsi magistratus per derivationem (2) *a magistris cognominantur.*] Graeci contra, Μάγιστροι λέγονται ἀπὸ μεταφορᾶς ἀρχόντων (3).

Magistros appellari (4) *a monendo, vel monstrando.*] Paulum scripsisse *a magis monendo, et monstrando* (5), conjicit Nic. Catharinus, *Obs.* *Cap.* 36. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 494.]

(1) Add. Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* etiam Merill. *Obs.* V. 37. ubi differentias quasdam recenset inter *magistrum* et *curatorem* bonis vendendis datum.

(2) De qua vid. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 301. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1357. Lyclam. *de Ordin. et Senator. Magistr. Cap.* 2. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 166.

(3) Observavit hoc etiam Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss. ult.* §. 5.

(4) Pari modo Paulus loquitur *L.* 18. *h. t.* ad quam vid. notata. add. Scip. Gentil. *loc. modo laud.* Aliter Herm. Cannegiet. *Obs. Jur. Rom. p.* 344. qui geminari vult τὸ *libet* in *cujuslibet*, quasi scriptum sit: *cujuslibet libet* vel *libuit.*

(5) *Magistrando*, Forner. *h.* A Graeco μαγίστωρ potius derivat Forster. *Obs. Succisiv.* II. 1. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 929.

§. 1.

Persequi] Quod faciebat et *Magister* (1).

(1) Add. Cujac. *Obs.* XXIV. 19. secundum quem *persequi* dicitur pro *consequi*. Pro *experiri* et *agere*, Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de stipul. Praetor.* §. 24.

L. LVIII.

Gajus *Lib.* XXIV. *ad Edictum Provinciale.*] Junge *L.* 16. *L.* 21. *de reb. auctorit. Judic. possid.* (1).

Licet inter gesta et facta videtur quaedam esse subtilis differentia:] *Gerimus* cum alio; sed et quae *soli* facimus, vel volumus, *facti* sunt (2).

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 17.
(2) Vid. de hac Lege Cujac. *ad L.* 19. *h. t.* et Goedd. *h.* In verbis seq. §. 1. *liberorum libertos* etc. magnam esse, et fere inutilem exemplarium diversitatem, notavit Cramer. *h.*

L. LIX.

Ulpianus *Lib.* LXVIII. *ad Edictum.*] Ad *Interdicta* pertinet (1).

Eaque nihilominus statio etc.] *Eaque quae* mavult Scip. Gentil. *Parerg.* I. 35. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1309.] (2).

(1) Ad interdictum *ne quid in flumine publico* refert Cujac. *h.*
(2) Vid. ad haec verba etiam Nic. Catharin. *Obs. et Conject.* IV. 31. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 796. et Pothier. *h. t. num.* 170. De verbis: *inde angiportum dictum est*, vid. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1395. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 261. Grot. *Flor. Spars. p.* 334.

L. LX.

Idem *Lib.* LXIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *L.* 5. *de vi et vi armat.* (1).

Ceterum adeo opinio nostra etc.] Non *rei natura*. Add. Jac. Gothofred. *ad L.* 12. *Cod. Theod. de poenis.* [*Tom.* III. *p.* 328.]

Si fundi animo eum habuimus.] *Παραδῶμεν* (2) Graeci.

(1) Ad interdictum *unde vi* referunt quoque Cujac. et Goedd. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 103. Vid. ad hanc Legem *Opusc. de Latin. Vett. JCtor p.* 63. *seqq.*
(2) Unde Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss. ult.* §. 5. suspicatur, Graecos non legisse *habuimus*, sed *tradidimus.* Heimbach. edidit: *παραδώσομεν.* Sequitur: *non enim magnitudo* etc. Ita Hal. et Vulg., probante P. Fabro, *Semestr.* III. 9. *p.* 119. Sed Flor. est *etiam.* Sequitur in §. 2. *locus vero latere potest*, quatenus *determinetur*, etc. „ Id est, *quousque*, proin quibus finibus circumscribatur dicentis animo, adeoque, quam amplius ab eo intelligatur. Sic Cicer. *de amicit. Cap.* 11. *videamus*, quatenus *amor in amicitia progredi debeat.* Wissenbach. *h.* et Brisson. *de Verb. Signif.* in voc. *num.* 3. *quatenus* sumentes pro *donec*, transferunt ad *tempus*, quod JCtus ad *fines* palam retulit, et secundum eos non significatur hic, quid *latere* possit nominato *loco.*" Ita Voorda, *in not. MSS.* Ceterum alios, quae hoc §. continentur, rejicere ad §. 1., imo alios nullam §§. distinctionem in hac Lege agnoscere, notavit Cramer *h.* Sed quod parum refert.

L. LXI.

Paulus *Lib.* LXV. *ad Edictum.*] Pertinet ad Tit. *de ripa munienda*, Cujac. *h.* (1) recte.

Satisdationis appellatione interdum etiam repromissio (2) *continebitur*, etc.] Facit huc *L.* 5. §. 3. *judic. solvi.*

(1) Aliter Idem, *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.*
(2) Non vi verbi, sed placito partium. Vid. Noodt. *ad Tit. Pand. qui satisd. cog.* Vs. *Satisdamus* etc. Pothier. *h. t. num.* 197.

L. LXII.

Gajus *Lib.* XXVI. *ad Edictum Provinciale.*] Ubi egit de *possessione* (1). Vid. *L.* 15. *de adq. vel amitt. poss. L.* 5. *quae in fraud. credit. L.* 9. *de precar. L.* 2. *de migrando. L.* 158. *de reg. jur.* Cujacius, *h.* refert ad interdictum *uti possidetis.*

(1)

(1) Add. Jac. Gothofred. *in Probation. ad Tab. VI. LL. XII. Tabb.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 113.

L. LXIII.

Ulpianus *Lib.* LXXI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *de liber. exhibend.* (1).

(1) Ad interdictum *de tabulis exhibendis* et *de liberis exhibendis* etiam refert Cujac. *h.* Vid. et Goedd. *h.* De differentia inter *penes* et *apud*, quam hic tradit Ulpianus, pluribus disputatur *in Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 207. *seqq.* Interdum haec confunduntur. Forster. *Obs. Succisiv.* 1. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 925. *Qualiter qualiter* locutio est Ulpiano familiaris. Vid. notata superius ad *L.* 9. *pr. de minor.* Al. *qualiter*, aut *qualitercunque*. Vid. Cramer. *h.*

L. LXIV.

Paulus *Lib.* LXVII. *ad Edictum.*] Cujac. *h.* refert ad Tit. *de Tabb. exhibend.* (1) sed *inscriptio* hoc non patitur.

(1) Ad eund. Tit. Legem hanc etiam refert Cujacius, *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* Sed ibi pro *Lib.* LXVII. reponit *Lib.* LXIV. ut inscribitur *L.* 2. *de tabb. exhib.* Contra, *in Comm. ad h. l.* lectionem Florentinam hic retinet, et inscriptionem *d. L.* 2. emendat. add. de varia hujus inscriptionis lectione Goedd. *h.* *Intestatus est*, etc. Facit huc Quinctil. *Declam.* 308. *Aut enim is est intestatus, qui non scripsit omnino testamentum: aut qui id scripsit, quod valere non possit.* add. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 3. §. 113.

L. LXV.

Ulpianus *Lib.* LXII. *ad Edictum.*] Lege: *Lib.* LXXII. (1). Cujacius, *h.* refert ad *L.* 13. *de adq. vel amitt. poss.* et *accessionem possessionis*: recte.

(1) Ut Flor. Putem, vitium Typographicum esse, quod tamen etiam in aliis editt. Gothofr. exstat. Vulgo le-

legi: *Ulpianus Lib.* XXX. *ad SCtum*, sed perperam, notat Goedd. *h.* *Nam de hereditis heres*, etc. Cespit hanc rationem Rad. Forner. *Rer. Quotid.* III. 23. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 218. Sed vid. Houck. *Diss. de Ration. Vett. JCtor. falso susp. Cap.* 2. §. 4. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 552.

L. LXVI.

Idem *Lib.* LXXIV. *ad Edictum.*] Cujacius, *h.* refert ad *exceptionem rei venditae* (1), sed de *illa* egit Ulpianus *Lib.* LXXVI. *ad Edictum.* Junge *L.* 59. *de Ædilit. Edict.*

Mercis appellatio ad res mobiles tantum pertinet.] Ergo sub *mobilibus* merces continentur. Vid. Carpzov. *Definit. Forens. Part.* III. *Constit.* 24. *Definit.* 9.

(1) Ad materiam *de exceptionibus* hanc Legem quoque refert Goedd. *h.*

L. LXVII.

Idem *Lib.* LXXVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *de litigiosis* (1).

(1) Ad *exceptionem litigiosi* etiam refert Cujac. *h.* et egisse Ulpianum hoc Libro de *exceptionibus*, docet Goedd. *h.*

L. LXVIII.

Idem *Lib.* LXXVII. *ad Edictum.*] Ubi de *stipulationibus* egit (1).

(1) Add. Cujac. *ad L.* 65. *h. t.* et Goedd. *h.*

L. LXIX.

Idem *Lib.* LXXVIII. *ad Edictum.*] De iisdem, maxime *Praetoriis*, loquens (1).

(1) Add. Cujac. *loc. modo cit.* et Goedd. *h.* Varias hujus Legis lectiones, sed quarum nulla magni momenti est, refert Cramer. *h.*

L. LXX.

Paulus *Lib.* LXXIII. *ad Edictum.*] Agens de *Praetoriis stipulationibus.* Junge *L.* 2. *de stipulationib. Praetor.* (1).

Sciendum est, heredem etiam per multas successiones accipi:] Vid. Merill. *Differ. Juris, Cap.* 24.

In nam paucis] *In* non est in *Pand. Florent.* (2).

Quia incertus est.] Ratio haec bona est Jure veteri. Alia (3) redditur in *L.* 8. *in fin. de vulg. et pupill. substit.* Non tamen fuit opus, verba haec omitti, uti vult Cujac. *in Parat. ad Tit. Cod. de inc. person.* cum hic quoque voluntas defuncti in primis optime impleatur. Vid. et Scip. Gentil. *de Errorib. Testam. Cap.* 2. [*Oper. Tom.* I. *p.* 7. *seqq.*] sane sequentes non habent voluntatem defuncti.

(1) Add. Cujac. *loc. modo cit.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* et Goedd. *h.*

(2) Sed Vulg. inserit. Vid. Brencm. *h.*

(3) Et novo juri convenientior, quod scil. testator voce *heredis* hic tantum intellexerit illum, qui ex ipsius institutione et judicio venit. Vid. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 22. §. 4. *not.* 7. et P. J. de Fremery, *Diss. de Ration. Vett. JCtor. Cap.* 1. §. 3. *p.* 13. Sequitur: *Item in L. Aelia Sentia* etc. Ad haec vid. et Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de libert. et eor. liber. Tom.* I. *p.* 419. et Goldast. *ad Dositheum, Lib.* 3. §. 3. *not.* 26. in *Jurispr. antejustin. p.* 862. add. notata superius ad *L.* 21. *quod. met. causs.* et ad *L.* 5. *de jur. patronat.*

L. LXXI.

Ulpianus *Lib.* LXX. *ad Edictum.*] Lege: *Lib.* LXXIX. (1). Junge *L.* 1. *si cui plus quam per L. Falcid. lic.*

Ideoque non videtur quis capere, quod erit restituturus (2):] Non obstat *L.* 140. *h. t.*

(1) ,, Sic enim est in Flor. Patet inde, pertinere hanc Legem ad stipulationem *quod amplius, quam per L. Fal.*

Falcid. licet, ceperis. Vid. inscriptionem, *L.* 1. et 3. *si cui plus quam per L. Falc. lic.* In ea enim utebantur verbo *capere. d. L.* 1. §. 11. Labitt. *Us. Indic. Cap.* 2. §. 10. [in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 18.] Cujac. *h.* P. Fab. *ad L.* 51. *de reg. Jur.* Licet autem Ulpianus ejus stipulationis occasione exposuerit, quid intersit inter *capere* et *accipere*, putant tamen Labitt. et Cujac., non fuisse in ea stipulatione observatum id discrimen, sed interponi etiam ab illo eam debuisse, qui Legatum duntaxat accipiebat, et restituturus erat, idque ab Ulpiano fortasse subjectum fuisse, sed a Triboniano omissum esse. Sed rectius P. Faber etiam in ea stipulatione id verborum istorum discrimen obtinuisse putat, licet illud, secus ac ille arbitratur, non pateat ex hac *L.* 71. *pr.* sed significat illud *L.* 5. *si cui plus quam per L. Falc. lic.* unde discimus, eum, qui omne Legatum suum restituere rogatus est, consequi illud posse non praestita ista cautione, si modo malit, fideicommissarium, qui ceteroquin cavere rursus ipsi debet, sublato circuitu cavere heredi, quum alias Legatario non cavente denegentur actiones. *L.* 1. §. 7. eod. Sic quoque hic, ut saepe alias, omissa interpositi, capientis persona spectatur. *L.* 59. *ad L. Falcid.*" Haec Voorda, *in not. MSS.*

(2) „Id est, quod acceptum praestare rursus aliis necesse habet, uti *restituere* sumitur in fideicommissis, item in *L.* 13. §. 18. *de act. emt.* Rursus autem praestare aliis etiam heres Legata debet: ergo et ea *capere* ipsemet non videtur, sicut nec *pervenisse* ad eum videntur. *L.* 2. §. 3. *Vs. Illud. de hered. vel act. vend.*" Voorda. Praecedit: *etsi quis non accepit.* Graeci, *etsi quis non* sic *accepit.* Vid. Leuncl. *Notat.* II. 129. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1531. et sic quoque Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*

§. 1.

Haec verba, his rebus *recte praestari*, etc.] Rob. Steph. *pro his rebus* etc. (1).

(1) Et Vulg. Vid. Cramer. *h. Praestari.* Graeci addunt *spopondit*, seu *promisit.* Vid. Leunclav. *loc. mo.*

do cit. *Recte.* Vox usitata in Veterum cautionibus. Vid. Brisson. *Sel. Antiq.* I. 9. et *de Formulis*, *Lib.* VI. *Cap.* 177. Bynkersh. *Lib. Sing. ad L. lecta*, *Cap.* 4. et notata superius ad *L.* 19. *de reivind.* Vid. de hac clausula etiam Schmucc. *ad Labitt. loc. supra cit.*

L. LXXII.

PAULUS *Lib.* LXXVI. *ad Edictum.*] Agens de stipulatione *rem pupilli salvam fore*, vel *ratam rem haberi* (1).

(1) Add. Cujac. *h.* et *ad Libb Paul. ad edict. in expl. h. l.* etiam Goedd. *h.* et Mercer. *Conciliator. p.* 119. *seq.*

L. LXXIII.

ULPIANUS *Lib.* LXXX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 21. *de novi oper. nunciat.* (1).

Haec verba, *in stipulatione posita*, eam rem recte restitui, *fructus continent.*] Non obstat *L.* 173. §. 1. *de reg. juris.* ad quam vide.

(1) Ad stipulationem *de novi operis nunciatione* etiam refert Cujac. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 192. Ad stipulationes, maxime Praetorias, et quae *evictionis nomine* interponuntur, Goedd. *h.*

L. LXXIV.

PAULUS *Lib.* II. *ad Edictum Ædilium Curulium.*] Facit huc *L.* 38. *de Ædilit. Edict.* Noodt. *in Comm. ad eund. Tit. Vs. Loquuntur igitur Ædiles* etc. (1).

Signatorius annulus ornamenti appellatione non continetur.] Alius enim est ejus finis (2). Nimis laborat Gul. Forner. *Select.* III. 4. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 86. *seq.*]

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.*
(2) Vid. Daniel. van Alphen, *Dissert. ad h. l.* §. *ult.* Lugd. Batav. 1734. qui *ibid.* §. 15. et *seqq.* plura de *annulis signatoriis* in medium attulit. Add. Pagan. Gaudent. *Juridic. exposit.* II. 44. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 392. et Fopp. ab Æzem. *Diss. Jur. Civ.* I. 7. in

in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 809. alios etiam citat P. Burman. *Diss. de jur. aur. annul. Cap.* 1. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 205.

L. LXXV.

Idem *Lib.* L. *ad Edictum.*] Ad *Ædilitium Edictum* refert Cujacius, *h.* (1). Sed *inscriptio* obstat, et Paulus *Lib.* L. *ad Edictum* egit de *caussis status.* Goeddaeus refert ad casum *L.* 12. §. *ult. et ll. seqq. de liberal. causs.*

(1) Etiam Pothier. *Tit. de Ædil. edict. num.* 70. et *h. t. num.* 192. Sed Idem Cujac. *Obs.* XXIV. 8. pertinere putat ad actionem illam poenalem, quae datur bonae fidei emtori hominis liberi, qui se venundari passus pretium non participavit, ideoque ad libertatem proclamat, et de qua plures sunt Leges ex eod. Pauli Libro in Tit. *de liber. causs.* ut significetur, huic actori, seu bonae fidei emtori, liberum hominem ita demum *rem restituere*, si non tantum pretium, sed etiam erogationes omnes, propter eam emtionem factas, restituat in duplum. Vid. et Cujac. *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* et Goedd. *h.* Pro *actor* Forner. *h.* substituit *auctor.* Male et contra Graecorum auctoritatem. Vid. Goedd. *d. loc.* et Cramer. *h.*

L. LXXVI.

Idem *Lib.* LI. *ad Edictum.*] Junge omnino *L.* 19. *de liberal. causs.* (1) recte sic Gloss., etsi aliter Cujacius, *h.* (2).

(1) Ubi idem responsum. add. Goedd. *h.*
(2) Ubi hanc quoque Legem refert ad *Ædilitium edictum.* Sed aliter Idem, *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. L.* 15. *de liber. causs.*

L. LXXVII.

Idem *Lib.* XLIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 2. *de aq. et aq. pluv. arc.* (1) add. *L.* 1. §. 3. *eod.*

Frugem pro reditu appellari, (2) etc.] Vid. Matth. *de Criminibus*, *Lib.* XLVIII. *Tit.* 2. *Cap.* 5. *num.* 16.

Y y 2 *Non*



Non solum quod frumentis etc.] Rob. Steph. *quod ex frumentis*. Basilic. ἀπὸ πυρῶν (3).

Frumentum autem id esse, quod arista se (4) *teneat*, etc.] An et *grani* voce *lini semen* contineatur, vid. *Consil. JCtorum Batav.* II. 9. De *leguminibus*, *ibid.* IV. 58.

Lupinum vero et fabam fruges *potius dici:*] Sub quibus tamen et *frumenta* continentur. Paul. *in Sentent.* III. 6. 78. *Frugibus legatis, tam legumina, quam ordeum et triticum continentur.*

Quae Servius apud *Alfenum*] Sic *Florentiae*, bene: quidam *ad* (5), male.

In frumento contineri putat.] Sed quod Julianus non probavit.

(1) Pertinere hanc Legem ad *aq. pluv. arc. actionem*, praeter Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* et Goedd. *h.*, etiam docet Labitt. *Us. Indic. Cap.* 2. §. 20. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 28. *seq.* Pro *Idem*, in Inscriptione, Hal. habet *Ulpianus*. Vulg. *Julianus*. Vid. Brencm. et Cramer. *h.*

(2) Graecos addere ἤρεσεν, *placuit*, notat Leuncl. *Notat.* II. 130. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1531. Non tamen necesse. Vid. notata superius ad *L.* 67. *pr. h. t.*

(3) Idem quoque notat Leuncl. *d. loc.* secundum quem Graeci legisse videntur: *non solum ex frumentis, aut leguminibus: verum et ex vino, silvis caeduis, cretifodinis, lapidicinis.* Pro *ex vino* Marcilius, *ad LL. XII. Tabb. Cap.* 61. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 282. legit: *ex vinea*, eaque emendatio non displicet Cramero, *h.* Sequitur: *non enim* etc. *aut* poma *fruges dici.* Quae inter *fructus* referuntur. Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 6. §. 78. *not.* 83. Falli hac in re Paulum (Julianum) putant Graevius et Oudendorp. *ad Sueton. in Galba, Cap.* 4. *p.* 747.

(4) Al. *in se*, aut *aristam in se*. Vid. Cramer. *h.* De *Gallo*, JCto, vid. Bertrand. *de Jurisperit.* I. 39. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 6. §. 12. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 37. *seqq.* ubi *p.* 52. *seqq.* hanc Legem explicuit.

(5) *Ad* edidit quoque Pothier, qui saepius Florentinam lectionem non est secutus. Ceterum falli, qui Servium notas scripsisse ad Alfenum existimant, docuit Otto, *de Vita Servii Sulpicii*, *Cap*. 8. §. 6. et *Cap*. 9. §. 4. in *Thes. Juris*, *Tom*. V. *p*. 1614. et *p*. 1685.

L. LXXVIII.

Idem *Lib*. III. *ad Plautium*.] Junge *L*. 14. *comm. divid*. (1).

(1) Add. Goedd. *h*. Quaedam ad hanc Legem notavit quoque von Savigny, *das recht des Besitzes*, *p*. 85. *in not*.

L. LXXIX.

Idem *Lib*. VI. *ad Plautium*.] Junge *L*. 56. *de jure dot*. (1). *L*. 56. *solut. matrim*.

(1) Et pertinere ambas ad Tit. *de imp. in res dotal. fact*. notavit Rucker. add. Cujac. et Goedd. *h*.

§. 1.

Non deteriorem esse non sinant.] Optima lectio (1). Leonin. *Emend*. IV. 1. *num*. 4. *et* 6. Augustin. *Emend*. I. 2. [in Thes. Otton. *Tom*. IV. *p*. 1438.]

Ultra quam necesse fuerat.] Basilic. περὶ (2) οὗ ἀναγκαῖς ἦν.

In his impensis et pistrinum et horreum, insulae dotali adjectum, plerumque dicemus.] Non *semper*. Vid. *L*. 1. §. 3. *de imp. in res dotal. fact*. (3).

(1) Quam etiam probant Jauch. *de Negation*. *p*. 108. Marckart. *Probab. rec. Lect*. *Part*. II. *p*. 79. Jens. *Strict. ad Pand*. *p*. 518. et late defendit Gluck. *ad Tit. de imp. in res dotal. fact*. §. 1282. *not*. 42. *p*. 432. *seq*.

(2) Reitz. πέρα, quod sententia postulat. Ad verba praecedd. *sicuti arbusti pastinatione*, vid. Gluck. *d. loc. not*. 43. *p*. 433. Sequitur: *Item doctrinam puerorum*, quorum *nomine* etc. Al. *quarum*, probante Gluckio, *d. loc. not*. 45. *p*. 435.

(5) Add. Bav. Voorda, *Thes. Controv. Decad.* XIII. §. *ult.* In *seq.* autem §. 2. pro *ut sunt viridia et aquae salientes*, Paulum scripsisse, *ut sunt viridaria, lacus, salientes*, etc. putat Nic. Catharin. *Obs.* III. 27. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p* 787. Sed non necesse: *viridia* enim et *viridaria* promiscuè sumi solent. Vid. Oudendorp. *ad Sueton. in Tiber. Cap.* 60. add. Marckart. *loc. cit.* et notata superius ad *L.* 15. §. 4. *de usufr.* et *aquas salientes* dixit quoque Ulpianus in *L.* 12. §. 24. *de instr. vel instr. leg.* ad quas habendas quae impenduntur, *voluptuariis impensis* ordinario adcensenda, manifestum est. Ad verba: *incrustationes, loricationes*, vid. Gluck. *loc. laud.* §. 1283. *not.* 71. *et* 72. *p.* 448. add. Jac. Guther. *de Jur. Man.* II. 28. *seq.* Brisson. *de Verb. Signif.* in voc. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 424.

L. LXXX.

Idem *Lib.* IX. *ad Plautium.*] Ubi de *Legatis* multa habuit (1).

In generali repetitione (2) *Legatorum etiam datae libertates continentur ex mente Legis duodecim Tabularum.*] Vid. *L.* 120. *h. t.*

(1) Vid. Cujac. et Goedd. *h.*

(2) Ita *Flor.* legitur, et Basilic. quoque habent ἐπαναλήψει. Al. *petitione.* Vid. Cramer. *h.* Male. Exemplo esse potest, si v. gr. testator in testamento suo posteriore ita dixit: *Legata, in priore meo testamento relicta, praestari volo.* Quando itaque, si testator in priore suo testamento quoque *libertates* servis dedit, hae etiam sub hac *generali repetitione* Legatorum continebuntur. Minus aptum exemplum hic adposuit Pothier. *h. t. num.* 127.

L. LXXXI.

Idem *Lib.* X. *ad Plautium.*] De *novi operis nunciatione* et *restitutione*, ut videtur, loquens (1).

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.*

L. LXXXII.

Idem *Lib.* XIV. *ad Plautium.*] Junge *L.* 15. *rem rat. haberi* (1).

(1) Vid. Cujac. *ad L.* 10. *h. t.* et Goedd. *h.*

L. LXXXIII.

Javolenus *Lib.* V. *ex Plautio.*] Non alia Lex ex *hoc Libro* exstat (1).

(1) *Proprie bona dici* etc. *Proprie*, id est, naturaliter. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1376.

L. LXXXIV.

Javolenus *Lib.* II. *ad Vitellium.*] Lege: *Paulus* (1). Junge *L.* 18. *de instr. vel instr. leg.* Facit huc *L.* 12. §. 7. *eod.* Cujac. *h.*

Filii appellatione omnes liberos intelligimus.] Non *proprie*, sed justa interpretatione, ut in casu *L.* 59. *de ritu nupt.* Vid. Val. Guil. Forster. *Obs.* I. 7. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 909. *et seq.*] (2).

Omnes liberos] Ant. Vacca legi volebat *homines liberos*, teste Cujacio, *h.* (3) et Vertranio Mauro, *de Jure liberor. Cap.* 42. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1073.] Male (4).

(1) Ut Flor.
(2) Non in Legibus prohibitivis et poenalibus. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. Popp. p.* 116.
(3) Et *ad L.* 2. *de excusat. tutor. p.* 188.
(4) Vid. Cramer. *h.*

L. LXXXV.

Neratius Priscus tres (1) *facere existimat collegium*, etc.] Vid. Merill. *Obs.* II. 24.

(1) Sed in *uno* stare potest. Alteserr. *de Fiction. Jur. Tract.* I. *Cap.* 23. add. notata superius ad *L.* 7. §. 2. *quod cujusq. univ. nom.*

L. LXXXVI.

Celsus *Lib.* V. *Digestorum.*] Junge *L.* 9. *de servitutib.* *L.* 6. *quemadm. servit. amitt.* (1).

Quid aliud sunt jura praediorum, quam praedia qualiter se habentia, ut bonitas, salubritas, amplitudo?] Sic recte cum (?). Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Instit. de actionib.* qui tamen alio tendebat *in not. ad pr. Instit. de servitutib.* Sed minus recte. add. Bynkersh. *Obs.* VI. 25. *num.* 5. (2).

Qualiter se habentia] Sic Senec. *Epist.* 115. (3). *Virtus autem nihil aliud est, quam animus quodammodo se habens.* ubi vide Lipsium. J. F. Ramos, *Tribonian. p.* 248. ait, Stoicos *qualitates* pro *corporibus* habuisse (4).

(1) Add. Goedd. *h.*

(2) Secundum quem *jura praediorum* hic sunt *servitutes* et *praedia qualiter se habentia* significant, servitutes esse praediorum qualitates, sicut *bonitas*, *salubritas*, *amplitudo*, praediorum qualitates sunt. Pari modo Noodt. *Probab.* I. 3. §. 1. Vid. et de hoc loco Labitt. *Us. Indic. Cap.* 4. §. 4. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 74. Cujac. *h.* et *ad L.* 1. *de servitutib. Oper. Postum. Tom.* IV. *Part. prior.* Vinn. *ad Tit. Inst. de reb. corp. et incorp. num. ult.* ibiq. Heinecc. Non pertinere hanc Legem ad *servitutes*, putat Ant. Guib. Constan. *Quaest. Jur. memorab. Cap.* 18. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 440. quem etiam in eo falli, quod neget, pro *qualiter* Al. habere *aequaliter*, notavit Cramer. *h.*

(3) Et *Epist.* 50. *Quid enim aliud est animus, quam quodammodo se habens spiritus?* ubi videndus est Lipsius. Quam Stoicorum definitionem reprehendit Porphyrius apud Eusebium, *Praep. Euang.* XV. 813. *D.*

(4) Add. Henr. van Hoogwerff. *Diss. de Variis Jur. Rom. partibus stoam redolentibus*, *Cap.* 5. §. 10. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 90. *seq.* Stoici tamen *pleraque*, nec tamen omnia, rerum attributa in *corporibus* censebant. Nam, quum duo universe rerum genera facerent, *σώματα* et *ἀσώματα*, a *corporibus* excipiebant, eaque *ἀσώματα* statuebant qua-

quatuor haec, λεκτὸν, κενὸν, τόπον, χρόνον, vid. Sextum Empiricum, *Adversus Mathem.* X. 218. quae ab aliis attributa rerum habebantur.

L. LXXXVII.

Marcellus *Lib.* XII. *Digestorum.*] Juxta Cujacium occasione *penus legatae*, quae erat *Romae* (1).

Roma est etiam, qua continenti *aedificia essent:*] Rob. Steph. *continentia* (2). Recte: *a* in *aedificia* repositum, hoc *a* absorpsit (3).

Nam Romam non muro tenus existimari, etc.] Ergo *suburbia* appellatione *civitatis* continentur, ejusque jure utuntur. Vid. Mevium, *Decis. Part.* III. *Decis.* 165. Sand. *Decis.* II. 5. 5.

(1) Add. Goedd. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 194.
(2) Etiam Al. Vid. Cramer *h.* Haec videri esse Marcelcelli, monuit van de Water, *in not. MSS.* Praecedit: *Urbs est Roma*, quae *muro* etc. Hal. *qua*, probante Ant. Augustin. *Emend.* II. 2. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1469.
(3) Ex lege geminationis id explicat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss. ult.* §. 5. quod nescio, an voluerit quoque Schultingius. Hal. *in continenti*, quod improbat Ant. Augustin. *loc. modo cit.* add. de hoc loco Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1394.

L. LXXXVIII.

Celsus *Lib.* XVIII. *Digestorum.*] In quaestione de legato usufructu bonorum, vel Legato partis bonorum, vel simili (1).

Tantum quisque] Rob. Steph. *propemodum* (2) *tantum* etc. non improbante Cujacio, *h.*

Refici] Id est, *redigi.* Livius XXXV. 1. *in fin. Cetera vendenda Quaestori data, quod inde refectum est, militi divisum.* ubi vide Gronovium.

Sic dicimus centies (3) *aureorum habere.*] *Aureorum*

est a Triboniano. Veteres dixissent H S. Quod fecit forte, quia loco *centies H S.* interdum (4) tot aureos Justinianus voluit numerari. Delere non audeo cum Gronovio, *de Pecun. Veter.* II. 5. (5).

(1) Non recte hoc responsum Celsi trahi ad quaestionem de Legato *vindicationis*, monet Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 5. §. 1. *not.* 8. et *ad Ulp. Fragm. Tit.* 24. §. 7. *not.* 14.

(2) Ita etiam Graeci. Vid. Leuncl. *Notat.* II. 151. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1531. *Propemodum* etiam habere Vulg. et Hal. et Flor. ita factum esse, notat Brencm. *h.* add. Cramer. *h.*

(3) Sic recte. Non *centiens*, nec *centum*, Ant. Augustin. *Emend.* II. 6. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1480.

(4) Aliud exemplum vid. in *L.* 97. *de Legat.* 3^io^. Conf. Schulting. *ad Paul. Sentent.* III. 5. §. 10. *not.* 23. Alioquin vero pro *mille* sestertiis *unum* aureum computari Imp. voluit. Vid. §. 5. *Instit. de success. libertor.* Quod et passim Tribonianus in Pandectis fecit. Vide Cujacium, *Obs.* XIX. 31. et Schulting. *ad Pauli Sent. loc. cit.* et *ad Collat. Leg. Mosaic. et Roman. Tit.* IV. §. 5. *not.* 41. add. notata superius ad *L.* 7. *pr. de jurisdiction.*

(5) Verbum *aureorum* expungit quoque Averan. *Interpr. Jur.* I. 24. *num.* 11. Sequitur: *non idem est in fundo* alieno *legato.* Τὸ *alieno* probabiliter delere Cujac. *h.*, notavit quoque Schulting. *ad Caj. Inst. loc. modo cit.* Dissentit Pothier. *Tit. de Legat. num.* 127. add. Majans. *Disp.* XX. §. 4.

L. LXXXIX.

Pomponius *Lib.* VI. *ad Sabinum.*] De *Legatis* agens (1).

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.* Pro *generis* Vulg. *nomine.* Hal. *genere.* Sed Rehd. ut Flor. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

§. 1.

Hoc sermone, dum nupta erit, *primae nuptiae significantur.*] Inde brocardicum: *Sermo simpliciter prolatus* de

de primo intelligitur. Facit huc *L.* 26. *in fin. de pact. dotalib. L.* 21. *in fin. qui et a quib. manum. liber. non fiunt.* Faber, *Cod.* VIII. 28. 24. (1). Exceptio est apud Cyriac. *Controv.* 100. *num.* 23. *seqq.* Nec iteratio ordinario admittenda. Idem, *Controv.* 340. *num.* 22. *seqq.* Facit huc et Sande, *Decis.* II. 2. 3. Someren. *de Jure Noverc. Cap.* 9. *num.* 6.

(1) Add. Cujac. *Consultat.* XLVII.

§. 2.

Inter edere et reddi rationes multum interest: etc.] Rob. Steph. (1) *inter reddere et edi* etc.

Nec is, qui edere jussus sit, reliquum reddere debet: etc.] Obstat *L.* 51. *pr. de statuliber.* ubi vide.

(1) Etiam Al. Vid. Cramer. *h. Reddere et edere,* Hal. et Vulg.

L. XC.

Ulpianus *Lib.* XXVII. *ad Sabinum.*] Agens de *Legatis* (1). Facit huc *L.* 69. §. 3. *de Legat.* 1°. Cujac. *h.*

(1) Secundum Goeddaeum, *h.* egit Ulpianus hoc Libro *de statuliberis.*

L. XCI.

Paulus *Lib.* II. *fideicommissorum.*] Junge *L.* 15. *ad SCtum Trebell.* (1). Facit huc *L.* 30. §. 1. *eod.* (2).

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.*
(2) Ubi eadem sententia exstat. Pard. Pratej. *Geminat.* I. 35. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 522.

L. XCII.

Idem *Lib.* VII. *Quaestionum.*] Tractans de *bonorum possessione* (1). Vid. *L.* 30. *L.* 37. *de testam. milit. L.* 10. *de ventre in poss. mittend. L.* 12. *de bonor. possess. sec. Tabb.*

(1)

(1) Add. Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. Quaest. in expl. h. l.* et Goedd. *h. Cui nemo antecedit.* Sic edidit quoque Gebauer. Taurell. *qui.* Hal. et Vulg. *quem.* Vid. D. Gothofr. et Cramer. *h.*

L. XCIII.

Celsus *Lib.* XIX. *Digestorum.*] De *Legatis* agens (1).

Si tamen apparet etc.] Rob. Steph. (2) *si non apparet.* Basilic. *εἰ μὴ*, unde forte legendum: *nisi tamen* (3).

(1) Goeddaeus, *h.* jungit cum *L.* 9. *de supellect. legat.*
(2) Etiam Al. Vid. Cramer. *h.* Probante Cujacio, *h.*
(3) Ita quoque Bynkersh. *Obs.* III. 6. et Jauch. *de Negation. p.* 45. et *p.* 285. *Ni tamen*, Herm. Cannegiet. *Obs.* III. 3. Goeddaeus, *h.* post verbum *vocasse* subaudiri vult: *secus est.* Pari modo Gluck. *ad Tit. de divis. rer.* §. 173. *not.* 11. *p.* 467. Jo. Gottfr. Sammet. *Opusc. p.* 199. potius pro *idem significamus* legit: *non idem significamus.*

L. XCIV.

Idem *Lib.* XX. *Digestorum.*] Junge *L.* 21. *de Legat.* 2do. (1).

Verbum reddendi etc.] Vid. G. Forner. *Select.* III. 15. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 101. *seq.*] (2).

(1) Ex qua desumta est. Labitt. *Us. Indic. Cap.* 5. §. 21. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 46. add. Cujac. et Goedd. *h.*
(2) Add. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 339. *seq.* et notata superius ad *L.* 21. *de Legat.* 2do.

L. XCV.

Potest aliquorum *appellatio* etc.] Lege: *reliquorum* (1). Vid. *L.* 160. *h. t.*

(1) Ut Flor. legitur. Pro *universos* Forner. *h.* legere *universum*, Graecos secutum, notavit Cramer. *h.* et citari hunc locum in *L.* 160. *h. t.* observarunt quoque Cujac. et Goedd. *h.*

L. XCVI.

Celsus *Lib.* XXIII. *Digestorum*:] Lege: *Lib.* XXV. (1). In hoc Libro de *Interdictis* egit. Vid. *L.* 7. *de itin. actuque privat. L.* 18. *quod vi aut clam. L.* 12. *de precar.*

Litus est, quousque maximus (2) *fluctus a mari pervenit: idque Marcum Tullium ajunt, cum arbiter esset, primum constituisse.*] Dion. Gothofredus, *in not.* allegat locum Ciceronis, *in Topic. Cap.* 7. *Littus quid? qua fluctus eludit.* Sed Cicero *ibi* definitionem illam Aquilio Gallo (3) adscribit, et improbat.

(1) Ut Flor. est.
(2) Al. *hibernus* addunt. Vid. Cramer. *h.*
(3) Hinc Herm. Cannegiet. *Obs.* II. 4. pro *Marcum Tullium* legendum putat: *Aquilium*. De illo loco Ciceronis, et definitione *litoris* egerunt quoque Coler. *Parerg. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 358. *seq.* Averan. *Interpr. Jur.* I. 20. Majans. *Disp.* LXX. van Lynden, *Spec. exhib. interpretationem Jurispr. Tullianae in Topic. expositae, Cap.* 7. §. 3. *p.* 152. *seq.* aliique. In primis autem videndus Herm. Cannegieter. *loc. modo cit.* quem laudat quoque Gluck. *ad Tit. de rer. division.* §. 169. *not.* 24. *p.* 441.

§. 1.

Praedia dicimus aliquorum esse, non utique communiter habentium ea, sed vel alio aliud habente.] v. gr. in casu §. 4. *Inst. de rerum divis.* Trajectio Dion. Gothofredi, legentis: *non utique alio aliud habente, sed communiter habentium*, displicet mihi (1).

(1) Non enim necessaria est, quum Lex commode ita accipi possit, ut sensus sit: praedia dici *aliquorum* esse, non tantum, si ea communiter possident pro indiviso, sed etiam, si aliud alius pro diviso possidet. Conf. Cujac. Goedd. Wissenbach. *h.*

L. XCVII.

Idem *Lib.* XXXII. *Digestorum.*] Vid. Heinecc. *ad*

Leg.

Leg. Jul. et Papiam Popp. p. 96. *et* 530.

Cum stipulamur, quanta pecunia ex hereditate Titii ad te pervenerit, etc.] In stipulatione *emtae et venditae hereditatis. L.* 50. §. 1. *de verbor. obligat.* De qua stipulatione vid. Cujac. *Obs.* II. 50. (1).

(1) Pro *spectare videmur* Forner. *h.* legere: *stipulari videmur*, notat Cramer. *h.* Non putem necesse.

L. XCVIII.

Idem *Lib.* XXXIX. *Digestorum.*] In quo *Libro* egit de *adoptionibus.* Vid. *L.* 7. *de adoptionib.* In quibus usu venit haec quaestio (1).

Cum bisextum Kalendis est, etc.] Unde *annus bissextus* apud Augustin. *Epistol.* 119. [Al. *Epistol.* 56. *Oper. Tom.* II. *p.* 100. edit. Antwerp. a. 1700.] et *de Civitat. Dei*, XV. 12. De eo Amm. Marcellin. XXVI. 1. Infaustus habitus. Vales. *ibid.* Graecum auctorem περὶ βισέξτου citat Salmasius; *ad Vopisc. Bonoso*, *Cap.* 15. ubi et de omine malo.

Nam id biduum pro uno die (2) *habetur: sed posterior dies intercalatur, non prior.*] Vid. *L.* 3. §. 3. *de minorib.* (3). De *intercalatione* Cicero, *de Legib.* II. 12. (4).

(1) Cujacius, *h.* refert ad materiam *de restitutionibus in integrum.* Ad *munera* et *honores* Goedd. *h.* Est de hac Lege brevis, sed docta Dissertatio Chr. Henr. Breuning. Lips. 1757.

(2) Exceptio est, si non annus, aut mensis, sed certi tantum dies in negotio quodam requiruntur, veluti triginta: tunc enim, si dies intercalaris intercedat, haec separatim computanda est. Pertinet huc *L.* 2. *de div. temp. praescriptionib.* de qua vid. Bynkersh. *Obs.* IV. 8. add. J. L. E. Puttman. *Meletem. Juris Civ. Cap.* 2. in ej. *Opusc. syllog. p.* 143. *seqq.* et Gluck. *ad Tit. de feriis*, §. 269. *c. p.* 515. *seq.*

(3) Ubi haec sententia Celsi refertur, et ad quam vid. notata.

(4) De *intercalatione variarum Gentium et praesertim Ro-*

Romanorum Libros quatuor scripsit Philipp. Munckerus, *Lugd. Batav.* 1680. Ceterum *diem priorem* Celsum pro ratione computandi temporis, apud Romanos usitata, intellexisse VI. Cal. intercal., qui V. Cal. Mart., non, qui VII. vicinus est, et falli hac in re Munckerum aliosque, pluribus docuit Breuning. *laud. Dissert. p. 7. seq.* Add. Gluck. *loc. modo laud. p.* 520. *seqq.* et *ad Tit. de minor.* §. 457. *p.* 542. *seq* et quem etiam vid. ad seq. §. 2. *ad Tit. de feriis, p.* 528. *not.* 12. De varia h. l. lectione vid. Cramer. *h.*

L. XCIX.

Ulpianus *Lib.* I. *de officio Consulis.*] Junge *L.* 7. *de feriis* (1). Cujac. *ad L.* 22. §. 1. *qui testam. fac. poss.*

Notionem accipere possumus et cognitionem et jurisdictionem.] Vid. Vinn. *de Jurisd.* V. 1. (2).

(1) Ad quam vid. notata. add. Noodt. *ad Tit de feriis*, circa fin.

(2) Add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de jurisdict.* §. 2. et Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XXXVIII. §. 6.

§. 1.

Continentes Provincias etc.] Unde forte petendae probationes.

Ut puta Galliam:] Dion. Gothofred. *in not. Cisalpinam.* Sed haec tempore Ulpiani sub *Italia* comprehendebatur (1).

(1) Conf. Sigon. *de Antiq. jur. Italiae*, III 2. Sequitur: *sed et Provinciam Siciliam* etc. Vid. ad haec Ferand. Adduens. *Explication.* I. 16. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 523.

L. C.

Idem *Lib.* II. *de officio Consulis.*] Junge *L.* 16. *de accusationib.* (1).

Speciosas] A *specie*, id est, *dignitate, splendore.* Vid. Graevium, *ad Ciceron. de Offic.* I. 39. *in fin.*

Item

Item eorum, etc.] Perrenon. *Animadv.* I. 25. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 625.] legit: *id est*, *eorum*, etc. Non recte (2).

(1) Cujacius, *h.* casum ponit in *L.* 5. *de liber. causs.* Conjungere quosdam hanc Legem cum *L. ult. de Senator.*, monet Goedd. *h.*

(2) Intelliguntur enim, qui, licet Senatorii ordinis non sint, tamen utuntur ornamentis Senatoriis. Exemplum est apud Sueton. *in August. Cap.* 35. Add. Cujac. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 204. De *ornamentis Senatoriis* plura habet Brisson. *Select. Antiq.* III. 16. et *Dissertationem ad hanc Legem* docte conscripsit Nic. van Alphen, Lugd. Batav. 1741.

L. CI.

MODESTINUS *Lib.* VI. *Differentiarum.*] Lege: *Lib.* IX. (1).

Sed Lex Julia de adulteriis hoc verbo indifferenter utitur.] Vid. *L.* 6. §. 1. *ad Leg. Jul. de adult.* (2). Tertullian. *de Pudicitia, Cap.* 4. *Et si adulterium, et si stuprum dixero, unum erit contaminatae carnis elogium.* *Stuprum* igitur est *generale* verbum et *speciale.* Add. *L.* 29. §. 2. *ad L. Jul. de adult.* Contra et *adulterium.* *L.* 7. *L.* 29. §. 1. *eod.* Matth. *de Criminib. Lib.* XLVIII. *Tit.* 3. *Cap.* 1. *num.* 3.

(1) Ut Flor. est.

(2) Ad quam vid. notata. add. Jo. van Nispen, *ad Libb. Modest. Differ. Cap.* 10. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 94. *seqq.* ubi hanc Legem exposuit, et Gluck. *ad Tit. de divort. et repud.* §. 1272. *p.* 63. *seq.* et *Opusc. Jurid. Fasc.* IV. *p.* 105. *in not.*

§. 1.

Divortium] Διαζύγιον. Basilic.

Repudium] Διαζύγιον. Basilic. (1).

Quod et in uxoris personam non absurde cadit.] Justin. Martyr. *Apolog.* I. *p.* 42. de *divortio*, τὸ παρ' ὑμῖν λεγόμενον ῥεπούδιον.

(1) Add. van Nispen, *loc. modo cit. p.* 97. Pro *remitti* Forner. *h.* malle *mitti*, notavit Cramer. *h.* Rehd. *mittitur* pro *remitti videtur*. Vid. Geb. *h.*

§. 2. (1).

Verum est, morbum esse temporalem corporis imbecillitatem,] Huc illa, *veluti si talum excusserit*, transfert Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 23. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 495.]

Temporalem] Aliter in *Tit. Cod. qui morbo se excus.* ubi vide Perezium.

Vitium vero perpetuum etc.] Non *intermittens*, uti *morbus*. Vid. Bynkersh. *Obs.* III. 1. (2).

Veluti si talum excussit.] *Talum* habent quoque Basilic. (3).

Nam et luscus itaque vitiosus est.] Bynkersh. *loc. cit.* ita legit: *et luxus sit, nam et luxus utique* etc. Basilic. nihil mutant, nisi quod omittant *itaque*, pro quo recte Al. (4) *utique*. Sed et Bynkersh. postea illa *et luxus sit* adesse debere non urget. Conjecturam Bynkershoekii probat Clar. Burman. *ad Seren. Sammonic. Cap.* 53. (5).

(1) De hoc §. van Nispen, *d. loc. p.* 97. *seq.*

(2) Secundum quem discrimen inter *morbum vitiumque* non in tempore collocandum est, sed significare voluit Modestinus, *morbum* esse, qui non sit maneatque idem, sed minuatur vel aggravescat; *vitium* vero, quoad durat, idem esse.

(3) De varia hujus loci lectione vid. Cramer. *h.* ubi memoravit quoque conjecturam Heinrichii V. Cl. legentis: *non et luscus ita* (dicitur) *qui* (potius) *vitiosus est.* Sed sic tantum posterius exemplum foret *vitii*, prius *morbi*, quod et voluit Forner. *h.* Sed utrumque *vitii* exemplum esse, docet Bynkersh. *loc. laud.* et notavit quoque Voorda, *in not. MSS.* qui propterea, retenta lectione, dicere mavult, *luscum* utique vitiosum esse, quia non recte utitur parte corporis, sic et eum, qui *talum excussit*, nec (quod subintelligendum) recte sanatus est: nam et hic minus recte utitur corporis sui parte.

(4) Uti Vulg. et Hal. etiam Taurell. in margine. (Vid. Geb. et Cramer. h. Duae hae voces saepius confunduntur. Vid. Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 15. *p.* 88.

(5) Item Eckhard. *Herm. Jur.* I. 2. §. 78. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 84. van Nispen, *loc. supra cit.* Aliter Puttman. *Melatem. Jur. Civ. Cap.* 2. in ej. *Opusc. Syllog. p.* 147. qui *nam* accipit pro *ceterum.*

§. 5.

Servis legatis etiam ancillas deberi, etc.] Junge *L.* 81. *de Legat.* 3io. (1).

(1) Add. van Nispen, *loc. cit. p.* 99. *seq.*

L. CII.

Derogatur *legi, cum pars detrahitur.*] Vid. Festum, *hac voc.* qui docet, dictum et *exrogare.* Voc. *exrogare.*

Abrogatur *legi* (1), *cum prorsus tollitur.*] Lactant. *Divin. Instit.* VI. 8. *Huic legi nec obrogari* (2) *fas est: neque derogari ex hac aliquid licet: neque tota abrogari potest.*

(1) Oudendorp. *ad Sueton. in Jul. Caesar. Cap.* 28. hunc Ulpiani locum corrigendum existimat, et pro *abrogatur Legi* scribendum *abrogatur Lex*, vel pro *abrogatur* utrobique legendum *obrogatur.* Sed *obrogare* Ulpiano aliud quid est. Vid. *Fragm. Ulpian. Tit.* 1. §. 3. Et *prioribus legibus abrogare* dixit quoque Paulus, *in Collat. Leg. Mosaic. et Roman. Tit.* 4. §. 2. Ergo nihil mutem. add. Pith. et Schulting. *ad d. loc. Collat. not.* 2. *et* 3. Jo. Arntzen. *ad Aurel. Victor. de Vir. Illustr. Cap.* 65. §. 5. H. J. Arntzen. *Miscellan. Cap.* 7. *p.* 89. A. G. Cramer. *Supplem. ad Brisson. de Verb. Sign. Spec.* I. *p.* 32. Vid. et Duker. *ad Flor.* III. 15. 4. *p.* 620. *seq.* et Drakenborch. *ad Liv.* IX. 34. §. 7.

(2) Ita optimi Codices. Alii legunt *propagari*, vel etiam aliter, corrupte. Vid. Spark. *ad d. loc. Lactant.* Est locus Ciceronis, *de Republica*, sed quem frustra quaesivi in edit. Maji.

L. CIII.

Licet capitalis latine loquentibus omnis caussa existimationis videatur,] Ciceroni saepe (1), qui quoque late sumit *mortiferum vulnus*, in *Orat. pro Sylla*; *Cap.* 26.

(1) *Vid.* Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *capitalis*, *num.* 1. *De* varia hujus Legis lectione vid. Ant. Augustin. *Emend.* I. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1443. et Cramer. *h.* add. de hoc loco Schroder. *Obs.* III. 15. *p.* 293. *seq.* et Auctor. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 10. *p.* 60. *seq.* qui etiam alios laudat.

L. CIV.

IDEM *Lib.* II. *Excusationum.*] Junge *L.* 2. §. 7. *de excusationib.*

Natorum *appellatio* etc.] Potius *liberorum* (1).

(1) Vid. Jac. Curtium, 'Εικαστῶν, I. 50. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 135. Vertr. Maur. *de Jur. liberor. Cap.* 42. in *eod. Thes. Tom.* III. *p.* 1071. et Otton. *in Praef. d. Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 15. in med.

L. CV.

His verbis, libertis libertabusque meis, *libertum libertae testatoris non contineri.*] Vid. *L.* 16. §. 1. *de alim. Legat. L.* 38. §. 1. *de Legat.* 3^{io}. Cujac. *h.*

L. CVI.

IDEM *Lib. Singul. de praescriptionibus.*] Caussam, quare Modestinus in *hoc Libro* de *apostolis* tractavit, dat Cujacius, *ad Paul. Sent.* V. 34. §. 2. *not.* 4. (1).

(1) *Dimissoriae literae* etc. Vid. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1390. *seq.* et Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 279. *seq.*
L. 107. *Adsignare libertum*, etc. Disserens de Legatis, fideicommissis, codicillis, quid sit *adsignare libertum*, Modestinus ostendit. Goedd. *h.*

L. CVIII.

Debitor intelligatur etc.] Tangit *h. l.* Caes. Costa, *Variar. ambiguit. Jur.* III. 19. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1258.] (1).

(1) Et Barclaj. *ad L.* 1. *de reb. cred.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 809. „Secundum Reinold. *ad Mercer. Conciliator. not.* 110. pertinet ad hanc speciem: Titius, procurator Caji, hunc defensurus satisdedit *judicatum solvi.* Secuta condemnatione quaeritur, an id, quod in stipulationem deductum est, exigi a procuratore possit? id adfirmat Modestinus: est enim debitor ex stipulatu, itaque ab ipso invito pecunia promissa exigi potest; atque ita censet ob *L.* 10. *judic. solv.* quae ex eod. Libro est." Voorda, *in not. MSS.* Vid. et Goedd. *h.* Jungendam cum *L.* 9. *de magistr. conven.* notavit van de Water.

L. CIX. (1).

Idem *Lib.* V. *Pandectarum.*] Junge *L.* 3. *de usurp. et usuc.* (2).

(1) Male hic Legum ordo ab aliis inversus. Vid. Ant. Augustin. *Emend.* III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1501. Flor. hic ordo per literas margini adfixas docetur. Vid. Brencm. *h.*

(2) Quae est ex eod. Libro, et *usucapionis* definitionem continet. add. Goedd. *h.*

L. CX. (1).

Dictus ab eo, quod occurrenti, aut quasi sequenti eos, qui contendunt, committitur.] Vid. Scip. Gentil. *de Aliment. Cap.* 16. [*Oper. Tom.* III. *p.* 380. *seq.*] (2). Secundum Gronovium, *ad Tacit. Annal.* III. 71. *sequester* dicitur a *secus* quasi *secuster*, quia est neutrius partis.

(1) De ordine, quem Modestinus in suis *Pand. Libris* servavit, quaedam notavit Goedd. *h.*

(2) Add. Idem, *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1370. *seq.* et Jac. Curtius, Ἐικαςῶν, I. 5. in *cod. Thes. Tom.* V. *p.* 103. Gellius, *Noct. Attic.* XX. *ult.*

ult. sequestrum a *sequendo* dictum ait, *quod ejus, qui electus sit, utraque pars fidem sequatur:* ad quem locum vide J. L. Conradi, *Exc.* VIII. Ab antiquo verbo *sequo*, id est, *dico*, derivat Vossius. Vid. Menag. *Amoen. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 348.

L. CXI. (1).

Censeri] Sic quoque Basilic. κενσερὶ (2). Ita optimi auctores locuti, Nic. Heinsius, *ad Ovid. Epist.* VII. *Vs.* 46. et Gronov. *Observ.* IV. 3. circa fin. et in *Addend.* (3). Sed exempla non quadrant: sunt enim τοῦ *censere*.

(1) Bertrandum, qui ex Inscriptionibus hujus et seqq. Legum colligit, Modestinum XV. *Libros ex Cassio* scripsisse, notat Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 43. *p.* 429. quum hae Leges non *Modestini*, sed *Javoleni* sint. Videtur Bertrandus Vulgatam secutus, quae haec loca *Modestino* adscribit. Vid. Cramer. *h.* Quo haec Lex referenda sit, docet Cujac. *h.* et *Obs.* XXIV. 7. add. Goedd. *h.*

(2) Al. *censere.* Vid. Brencm. et Cramer. *h.*

(3) Add. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 267. et Perizon. *ad Sanct. Minerv.* III. 2. *not.* 3. Ceterum *Censores* non dictos esse, quod *constituerent*, vel *praeciperent*, uti Javolenus velle videtur: sed quod *aestimarent*, vel *arbitrarentur*, docet Varro, de *Ling. Latin.* IV. *p.* 22. et Festus, *voc. censores.* Loca habet Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1358.

L. CXII.

Idem *Lib.* XI. *ex Cassio.*] Junge *L.* 58. *de adq. rer. domin.*

Litus publicum est eatenus, qua maxime fluctus exaestuat (1).] Vid. Averan. *Interpr. Juris*, I. 20. §. 5. (2), Leonin. *Emend.* VI. 1. legit, *litus est, qua maximus fluctus exaestuat*, reliquis expunctis (3).

(1) Paulo aliter *litus* definivit Celsus in *L.* 96. *pr. h. t.* Ali-

Aliter etiam Imp. Justin. in §. 3. *Inst. de rer. divi-sion.* add. notata superius ad *d. L.* 96.

(2) Secundum quem τὸ *exaestuat* non accipiendum est de aestu maris, sed fluctus *exaestuans* est tempestate agitatus. *Qua* pro *quatenus* accipit Scip. Gentil. *Parerg.* I. 18. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1302. et Ant. Augustin. *Emend.* II. 2. in *eod. Thes. eod. Tom. p.* 1468.

(3) Sed. vid. Hier. van Alphen, *Diss. de Javolen. Prisco, Cap.* 3. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs, *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 36. *seq.*

L. CXIII.

Morbus sonticus est, qui cuique rei nocet.] Bynkersh. *Obs.* III. 25. *quicunque re nocet*; sed non adfirmat (1).

(1) Et Graecos receptam tueri, notat Cramer. *h.* De *morbo sontico* vid. Gluck. *ad Tit. si quis caution. in judic. sist.* etc. §. 260. *not.* 10. *p.* 468. add. Cujac. *h.*

L. CXIV.

Idem *Lib.* XV. *ex Cassio.*] Ubi egit de *furtis. L.* 71. *de furtis* (1). add. *L.* 12. *pr. eod.*

Solvendo esse nemo intelligitur, nisi qui solidum potest solvere.] Varie hoc dicitur. Vid. Mevium, *Decis. Part.* VII. *Decis.* 277.

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.* etiam Merill. *ad L. Decision. Justin. p.* 34. *in fin.*

L. CXV.

Idem *Lib.* IV. *Epistolarum.*] Junge *L.* 20. *de usurp. et usucap.* (1). Merill. *Obs.* V. 27. jungit *L.* 74. *de furtis*, cujus occasione voluerit exponere hanc differentiam.

Fundus est omne, quidquid solo tenetur.] In XII. *Tabb.* (2), ubi de *usucapione*, et in *Lege Julia de fundo dotali.*

Ager est, si species fundi ad usum hominis comparatur.] Rob. Steph. *ager est species fundi, quae ad usum* etc. (3). Sensus eodem redit.

Ad usum] id est, *ad fructum*.

Cujus proprietas ad nos non pertinet, etc.] Ut Provincialium (4).

Possessio ergo usus, ager proprietas loci est.] Festus h. v. ex Aelio Gallo *possessionem* definit, quod sit *usus quidam agri, aut aedificii, non ipse fundus, aut ager* (5). Vid. Cujac. in *Paratitl. ad tit. Cod. de adq. et retin. poss.*

Nam et ager;] Quin et *domus*.

Et Possessio, etc.] Non tamen *possessio* in XII. *Tabb.* venit nomine *fundi*. Cujac. *h.*

(1) Ad *usucapiones* etiam refert Cujac. *h.*

(2) Ex interpretatione JCtorum. Vid. Cicer. *in Topic.* *Cap.* 4. et in *Orat. pro Caecin. Cap.* 19.

(3) *Ager est species fundi ad usum hominis comparatus*, legit Herm. Cannegiet. *Obs.* IV. 7. *p.* 598. *Comparatus* etiam Cod. Hafn. Vid. Cramer. *h.* Sed *comparatur* etiam Cod. Leid., quod praefert Hier. van Alphen, *Diss. de Javol. Prisco*, *Cap.* 1. §. *ult.* in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 68. Ceterum de discrimine horum verborum late disputatur in *Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 63. *seqq.*

(4) Vulgo hoc refertur ad praedia *provincialia*, *tributoria*, et *stipendiaria*. Vid. Brisson. *Sel. Antiq.* IV. 1. Galvan. *de Usufr. Cap.* 33. *num.* 9. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 19. §. 1. *not.* 3. Cuper. *de Natura possession. Part.* 1. *Cap.* 1. *p.* 14. Gluck. *ad Tit. de reivind.* §. 577. *not.* 69. *p.* 65. Sed Merillius, qui jungit *L.* 74. *de furt.* haec rectius referri putat ad *res furtivas*, quarum proprietas ad nos non pertinet, nec pertinere potest, obstante Lege XII. Tabb. Observavit hoc etiam Voorda, *in not. MSS.* addens: „Itane, Merilli, etiam *immobilium* furtum est? nam totam hanc *Legem* 115. de *immobilibus* agere, negari nequit." Idem autem Merillius, *in Comm. ad Tit. D. de servitutib.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 644. hanc Legem non male jungi dicit cum *L.* 12. *de servitutib.* Ceterum *juris proprietate* hic dici pro *jure proprietatis*, monuit Cannegiet. *loc. supra laud.* add. notata superius ad *L.* 9.

§. 6. *de pactis*, *not*. 4. et ad *L*. 45. §. 4. *ad L. Aquil.*

(5) De quo loco Festi vid. Cannegiet. *loc. laud.* De definitione *possessionis* hic a Javoleno tradita vid. Brisson, *loc. modo cit.* quem primum eam recte explicuisse, eumque plerosque secutos esse, monet von Savigny, *das Recht des Besitzes*, *p*. 128. add. Cuper. *loc. cit.*

L. CXVI.

Idem *Lib.* VII. *Epistolarum.*] Junge *L*. 11. *L*. 64. *de hered. instituend.* *L*. 11. *si quis omiss. causs. testam.* (1).

Proculus mentem testantis.] Vid. *L*. 122. *h. t.* (2).

Respondit (3), *non dubito, quin Labeonis sententia vera non sit.*] Hoc quando in *fideicommissis* procedat, vel non, docet Cyriac. *Contr.* 638.

(1) Add. Goedd. *h.*

(2) Praecedit: *quisquis mihi alius filii* etc. De varia hujus loci lectione vid. Brencm. et Cramer. *h.* Sequitur: *Labeo non videri* etc. *Ait*, aut simile verbum, subaudit Bynkersh. *Obs.* I. 18. in fin. *Ait* inserunt Vulg. et Hal. Vid. Brencm. *h.*

(3) *Respondi*, Vulg. Hal. et Flor. etiam *t* deleta. Vid. Brencm. et Cramer. *h.* De hac Lege, praeter Cujac. *h.*, vid. et Averan. *Interpr. Jur.* IV. 3.

L. CXVII.

Non potest videri minus solvisse is, in quem amplioris summae actio non competit.] Noodt. *de Foenor. et usur.* III. 6. accipit de eo, qui non solvit usuras, *jure non debitas* (1).]

(1) Add. Cujac. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 202. Difficile dictu esse, ad quam juris partem hoc responsum accommodari debeat, ait Goedd. *h.*

L. CXVIII.

Pomponius *Lib.* II. *ad Quintum Mucium.*] Agens forte de *testamentaria materia* (1). Facit huc *L*. 13. *qui testam. fac. poss.* Quaedam Leges ex *hoc Libro* eo

per-

pertinent, uti *L.* 21. *de lib. et post. hered. instit. L.* 16. *de inj. rupt. irrit. fact. test.* aliaeque.

Aut quibus nos publice (2) *bellum* decrevimus :] Basilic. Ψηφιζόμεθα.

(1) Add. Goedd. *h.*
(2) Graecos legisse videri *publicum*, notat Leunclav. *Notator.* II. 132. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1531. add. Cramer. *h.* Sequitur : *ceteri* latrones *aut* praedones *sunt.* Hi differunt. Vid. Cujac. *h.* Explicuit hanc Legem Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 252. *seq.*

L. CXIX.

Idem *Lib.* III. *ad Quintum Mucium.*] Junge *L.* 9. *de testam. tutel.* (1).

(1) Add. Goedd. *h.* et Majans. *loc. modo cit. p.* 274. *seq.* ubi hanc Legem explicuit.

L. CXX.

Idem *Lib.* V. *ad Quintum Mucium.*] Ubi multa dixit de *Legatis* (1).

Uti legassit suae rei, ita jus esto (2).] Sic νομοθετεῖν, *Nov.* 22. *Cap.* 2. Est enim uti *Lex.* Rittersh. ad *Novell. Part.* VI. *Cap.* 1. *num.* 1. Νόμος, Priscus, *in Excerpt. de Legationib. pag.* 62. *Legem dicere*, *L.* 14. *qui test. fac. poss.* Cicer. *Philipp.* II. *Cap.* 42. *In publicis nihil est Lege gravius: in privatis firmissimum est testamentum.* Sic νομοθετεῖν, Chrysost. *ad Acta Apostol. Serm.* I. *p.* 615. [edit. Eton. 1612. *Tom.* IV.] (3).

Sed id interpretatione coangustatum est, vel legum, vel auctoritate jura constituentium (4).] Rob. Steph. prius illud *vel* non habet. Al. *sed id vel auctoritate legum coangustatum est, vel interpretatione jura constituentium*; et ita Balduin. *Scaevol. p.* 160. [in *Jurisprud. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 507.] (5). Ad rem facit Chrysost. *de Statuis, Homil.* XVI. *p.* 569. [edit. Eton. *Tom.* VI. De

Montfaucon. *Tom.* II. *p.* 163.] Add. Quinctilian. *Declam.* 308.

(1) Vid. Goedd. *h.* Late de hac Lege Heinecc. *Exercit.* XII. *Oper. Tom.* II. *p.* 485. *seqq.* et Majans. *ad* 50. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 306. *seqq.* Vid. et Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. ad L. Falcid. p.* 325. *seq.* Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XII. et laudatos superius ad *L.* 53. *pr. h. t.* Est etiam Dissertatio Jo. Frid. Hertelii, *de genuino sensu L.* 120. *de verb. signif.* Jenae, 1736. quam citat Schott. *in Supplem. Bibl. Jurid. Lipen.* voc. *verborum significatio.*

(2) Pari modo verba haec refert Gajus, *in Inst. Veron.* II. 224. de quorum varia lectione vid. Cramer. *h.* de eorumque restitutione in primis Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 320. *seqq.* quem sequitur F. A. Schilling. *Bemerkungen ueber Römische Rechtsgeschichte, p.* 97.

(3) Quae hoc loco tumultuarie, ut ita dicam, notavit Schultingius, eadem in ordinem redacta exhibuit in *notis suis ad Ulpian. Fragm. Tit.* XI. §. 14. *not.* 42. add. Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 1. *p.* 376. *seq.*

(4) *Jura constituentes* sunt *Jurisprudentes.* Vid. Jac. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 1. §. 2. Add. Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 541. *seqq.* Bynkerh. *Obs.* II 12. in fin. Pothier. *h. t. num.* 127.

(5) Alii aliter. Vid. Cramer. *h.*

L. CXXI. (1).

Quia non ex ipso corpore, etc.] Vid. Noodt. *de Usufruct.* I. 3. (2). Antiquitus usura *officio Judicis* adjudicata non est. Idem, *de Foen. et Usur.* III. 6. et *de Pactis, Cap.* XI. *in fin.* (3).

(1) Ad Tractatum *de usufructu* et *usu* hoc responsum refert Goedd. *h.*

(2) Add. Idem, *de Foenor. et usur.* I. 9. et Eckhard. *Herm. Jur.* I. 4. §. 144. qui existimat, JCtos hoc a Stoicis mutuatos esse, secutus Merill. *Obs.* I. 13. Sed vide Walchium, *ad Eckhard. d. loc.* Eleganter hanc Legem explicuisse Dietr. Rool L'Epie, *Diss. de usuris, Cap.* 4. Lugd. Batav. 1755. monet idem Walch. in

in Opuscul. Tom. I. *p.* 54. *not. c.* Expoſuit eam quoque Majanſ. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 319. *ſeqq.*

(5) Add. Finestr. et de Monzalv. *in Hermogen. Libb. Jur. epitom. Tom.* I. *p.* 468.

L. CXXII.

Idem *Lib.* VIII. *ad Quintum Mucium.*] Junge *L.* 45. *de Legat.* 2do. (1).

Quoniam ſingulari caſu hoc, filio, ad pluralem videtur tranſiiſſe, etc.] Rob. Steph. (2) *quoniam a ſingulari caſu, hoc est filio, ad pluralem* etc. Nihil muto.

Sed hoc facti, non Juris habet quaestionem: etc.] Vid. Merend. *Controv. Juris*, X. 8.

(1) Add. Goedd. *h.* et Brencman. *de Leg. Inſcription.* §. 17. in Jurispr. reſtit. Wieling. *Part. poster. p.* 164. Explicuit hanc Legem Majanſ. *loc. modo laud. p.* 340. *ſeq.*

(2) Etiam alii. Vid. Cramer. *h.*

L. CXXIII.

Idem *Lib.* XXVI. *ad Quintum Mucium.*] Junge *L.* 26. *de adq. vel amitt. poſſ.* (1).

Verbum erit *interdum* (2) *etiam praeteritum, nec ſolum futurum tempus demonſtrat.*] Haec Q. Mucii esse; reliqua, quae ſequuntur, Pomponii, putat Scip. Gentil. *Parerg.* I. 35. [in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1309.] Vid. Gell. *Noct. Attic.* XVII. 7. Facit huc Menard. *ad Ciceron. in Verr.* I. 42. *p.* 96.

Quemadmodum autem hoc verbum est *non ſolum praeſens, ſed et praeteritum tempus ſignificat: ita et hoc verbum* erit *non ſolum futurum, ſed interdum etiam praeteritum tempus demonſtrat.*] Haec verba forte luxata ſunt, cum ab *erit*, de quo ante dixit, pergendum fuerit ad *est*: quo pertinent exempla, quae ſequuntur.

(1) Add. Goedd. *h.*

(2)

(2) Veluti *subreptum erit*, in Lege Atinia. Grot. *in Flor. Sparſ. p.* 335. add. Majanſ. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 411. *ſeq.* ubi hanc Legem explicuit. Sequitur: *et cum Codicilli* etc. Forte pro *et* melius *ut*, monuit van de Water, *in not. MSS, Ut cum* etiam Al. Vid. Cramer. *h.* Leunclavius, *Notator.* II. 132. in Theſ. Otton. *Tom.* III. *p.* 1531. e Graecis a verbis: *et cum Codicilli*, novam periodum incipit.

L. CXXIV.

PROCULUS *Lib.* II. *Epistolarum.*] Junge *L.* 69. *de hered. inſtit.* (1).

Haec verba, ille aut ille, etc.] Graeci hic videntur hallucinati.

Disjunctivum est, veluti cum dicimus, aut dies aut nox est, etc.] Haec e Stoicorum Schola. Merill. *Obſ.* I. 2. (2). De *disjunctis* late Lopez. *Animadv. Juris Civ. Cap.* 20. *ſeqq.* [in Theſ. Otton. *Tom.* III. *p.* 474. *ſeqq.*] (3).

Ita non potest uterque esſe, ut posſit neuter esſe.] Rob. Steph. (4) *ita non potest utrumque esſe, ut posſit neutrum esſe.*

Ita non potest neuter esſe,] Rob. Steph. (5) *neutrum esſe.*

(1) Add. Goedd. *h.* Certum in hac Lege vestigium exſtare illius controverſiae, quae fuit olim inter prudentes in hac ſpecie: *ille aut ille tutor, heres, liber esto*, quaeque refertur et dirimitur a Justiniano in *L.* 4. *Cod. de verb. ſign.*, ait Cujac. *h.* add. Merill. *ad L. Deciſion. Justin. Cap.* 59. et Mascov. *de Sect. Sabinian. et Proculian. Cap.* 9. §. 33.

(2) Add. Mascov. *loc. modo cit. Cap.* 6. §. 2. Sed vid. Hoffman. *Disp. de Dialectica Vett. JCtor.* circa fin. praemiſſa ej. *Meletem. ad Pand.*

(3) Et Athan. Oteyza et Olano, *Paralipom.* I. 2. *et ſeqq.* in Theſ. Meerman. *Tom.* I. *p.* 381. *ſeqq.* Vid. et G. Dyemen. *de Formul. quibusd. copul. et disjunct.* in eod. Theſ. *Tom.* III. *p.* 324. *ſeqq.*

(4) Etiam Hal. Vulg. Al. Vid. Brencm. et Cramer. *h.*

(5) Etiam Al. Vid. Brencm. et Cramer. *h.* Sequentem

L. 125.

L. 125. ad Tractatum *de dote* referendam esse, rem ipsam arguere, et palam fieri ex *L.* 79. §. 1. *de jur. dot.* ait Goedd. *h.* Post verba: *interpretationem redigendam esse*, Gebauerum perperam ponere (?) monuit Cramer. *h.* Pro *nam qui ambigue loquitur, id loquitur, quod ex his, quae significantur, sensit*, Hotoman. *Obs.* XIII. 10. legere: *quae sensit, significatur*, sed nihil esse corrigendum, notavit van de Water.

L. CXXVI.

Idem *Lib.* VI. *Epistolarum.*] Junge *L.* 68. *de contrah. emt.* (1).

Amplius eo praestabitur nihil,] Et haec sunt verba promittentis (2).

(1) Add. Goedd. *h.*
(2) Hoc etiam velle videtur Cujac. *h.* et Pothier. *h. t. num. ult.* add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 23. *num. ult.* Locum hunc diversissime interpungi, notat Cramer. *h.* Post verba: *et adject*, Balduin. *in Jurispr. Mucian.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 537. addendum putat: *recte praestari.* Sed frustra, ut monuit van de Water, *in not. MSS.*

L. CXXVII.

Callistratus (1) *Lib.* IV. *de Cognitionibus.*] Quae et de *fideicommissis* fuere: quo *haec Lex* referri potest. Cujac. *h.*

(1) Vulg. *Paulus Lib.* II. *Manualium.* Vid. Goedd. *h.* Improbante Cujacio, *h.* Vid. ad hanc Legem etiam Forner. *Selection.* I. 21. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 31. *seq.*

L. CXXVIII.

Ulpianus *Lib.* I. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. ad *L. Jul. et Pap. Popp. p.* 274. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 211.] (1).

Spadonum] Unde dicti, Cujac. *Obs.* XVII. 24. (2).

Quo nomine tam hi, qui natura etc.] Vid. Augustin.

Emend.

Emend. III. 5. [in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1508. *feqq.*] Plin. *Hist. Natur.* XI. 49. (3).

(1) Et Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 158.
(2) Add. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 282. *feq.*
(3) Vid. et, fi lubet, Jac. Curtium, Ἐικασιῶν. I. 37. in Thef. Otton. *Tom.* V. *p.* 150. Merill. *Obf.* I. 25. et Franc. Ramos del Manzano, *ad L. Jul. et Pap.* III. 4. in Thef. Meerman. *Tom.* V. *p.* 287. *feqq. Thlibias* et *Thlafias* eosdem esfe, putat Ferand. Adduens. *Explication.* I. 47. in Thef. Otton. *Tom.* II. *p.* 553. de quo vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 406. *not.* 24.

L. CXXIX.

Paulus *Lib.* I. *ad Legem Juliam et Papiam.*] De *Legis* occafione vid. Jac. Gothofred. ad *L. Jul.* et *Pap. Popp. p.* 276. [in Thef. Otton. *Tom.* III. *p.* 215.] (1).

Qui mortui nascuntur, neque nati, neque procreati videntur, etc.] Vid. Hotomann. *Obf.* IV. 12.

(1) Et Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 79. *not. f.* add. Franc. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.* in Thef. Meerman. *Tom.* V. *p.* 453. *num.* 2.

L. CXXX.

Ulpianus *Lib.* II. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Occafionem *Legis* dat Jac. Gothofred. *loc. modo cit.* et Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 191. (1).

Non improprie (2) *quis dixerit* etc.] Sed nec *proprie.* Vid. Rittersh. *ad Novell. Part.* VII. *Prooem. num.* 2. Add. Cujac. *in Paratitl. ad tit. Cod. de legit. tutorib.* (3).

(1) Add. Franc. Ramos del Manzan. *loc. modo laud. p.* 444. *feq.*
(2) Quosdam legere *non proprie*, fed perperam, notant Alciat. *Paradox.* IV. 7. et Ant. Augustin. *Emend.* I. 3. in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1443.
(3) Et Caef. Costa, *Var. Ambig. Jur.* II. 19. in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1228.

L. CXXXI.

L. CXXXI.

DEM *Lib.* III. *ad Legem Juliam et Papiam.*] *Lib.* II. (1) Jac. Gothofred. *ad Leg. Jul. et Pap. Popp. p.* 286. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 219.] Diss. Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 242.

Fraus] Basilic. βλάβος.

Fraus et ipsa noxa (2) *dicitur, etc.*] Liv. XXXIX. 16. *A facineribus manus, mentem a fraudibus abstinuissent.*

(1) Hic error est: retinet enim Gothofred. *Lib.* III. sed hoc Ulpiani Fragmentum ad aliud *Legis Juliae* caput refert, quam Heineccius, quem etiam vide, *ibid. p.* 204. Add. Franc. Ramos del Manzano, *ad L. Jul. et Pap.* III. 6. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 293. *seqq.* ubi plura de *fraudis* et *poenae* differentia.

(2) Id est, *delictum, quod poenam mereiur:* sic *fraudem capitalem admittere* est tale quid delinquere, propter quod capite puniendus quis sit. Vid. *L.* 23. §. 2. *de Ædilit. Edict.* add. Cicer. *pro C. Rabirio, Cap.* IX. Veteres tamen *fraudem* quoque ponere solitos fuisse pro ipsa *poena*, monet Ulpian. *d. L.* 23. §. 2. Sic passim in XII. *Tabb. se fraude esto*, id est, *sine poena*, seu *impune esto.* Quin eodem sensu *sine fraude occidere* dixit quoque Paulus, *in Collat. Leg. Mos. et Rom. Tit.* IV. §. 2. ubi vide Pithoeum, *not.* 9. Ceterum pro *noxa* Rehd. habet *noxia.* Vid. Geb. *h.* De quarum vocum discrimine vid. citatos superius ad *L.* 1. §. 1. *si quadr. pauper. fec. dic.* add. Ruhnken. *ad Terent. Eunuch.* V. 2. *vs.* 13.

§. 1.

Inter multam autem et poenam multum interest, etc.] Vid. Argentr. *ad Cons. Brit. Tit.* 1. *Decis.* 33. *n.* 5. (1).

Multa specialis peccati, cujus animadversio hodie pecuniaria est:] Aliter Festus, *h. v.* Male Faber, *de Errorib. Pragmatic. Dec.* 97. *err.* 8. *cujus animadversio non nisi pecuniaria est.* Vid. Bachov. *ibid.* et Dion. Gothofred. *in not.* (2).

Specialis peccati] Basilic. ἰδικοῦ ἁμαρτήματος δεῖγμα.

Anim-

Animadversio] Basilic. ἐπιγραφὴ (3).

Verum capitis et existimationis] Basil. ἀλλὰ καὶ ἐγκληματική.

Item multam is dicere potest,] *Dicere non potest*, Faber, *de Errorib. Pragmatic. dict. loc.* (4) refutatus a Bachovio, qui tamen male pugnat pro *adjudicatio* in *seqq.*

Cui judicatio (5) *data est.*] Id est, *cui judicium publice datum est. L. 2. in fin. de jurisdiction.*

Magistratus (6) *solos* etc.] Urbanos scil. (7). Municipales intelligit Cujac. *h.* quod non probo (8). Sed vid. Averan. *Interpr. Juris*, l. 4. *num.* 32. *seqq.* et Urbani hoc jus habent non ex *mandatis*, sed *Lege Tarpeia.* Dion. Halicarnass. *Antiq.* X. *p.* 674. Excluduntur ergo *Logistae*, et similes. Facit huc *L. unic.* §. 2. *de via public.* Otto, *de Ædilib. Colon. Cap.* XIII. §. 5.

(1) De *mulctae* et *poenae* differentiis late agit Ramos del Manzan. *loc. modo laud. p.* 296. *seqq.*

(2) Add. Brisson. *Sel. Antiq.* l. 3. Breviter et accurate juris historiam de *mulctis* tradidit Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* l. 2. *Sect.* 1. §. 3. Late de *mulctis* egit Jo. Kool. *ad L. Ateriam Tarpejam de mulctis*, *Cap.* 3. *seqq.* in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1529. *seqq.* quaedam quoque habet D'Ajala, *ad L.* 1. *de aleator.* in *eod. Thes. Tom.* IV. *p.* 925. *seqq.*

(3) Heimbach. edidit ἐπιςροφὴ.

(4) Et *in Ration. ad L.* 2. §. *ult. de judic.* Franc. Ramos del Manzano, *ad L. Jul. et Pap.* III. 10. §. 2. legit: *Item mulctam is dicere potest, cui judioatio data est, Magistratus solus; et Praesides* etc. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 304.

(5) Al. *adjudicatio*, aut *jurisdictio.* Vid. Cramer. *h.*

(6) *Enim* inserunt Al. Vid. Cramer. *h.*

(7) Sic etiam Kool. *d. loc. Cap.* 4. et Merill. *Obs.* IV. 30. licet *Var. ex Cujac.* l. 3. *p.* 174. etiam magistratus *municipales* mulctae dictionem habere dicat: quapropter ab eo dissentit Os. Aurel. *Dispunct.* 3. in Thes. Otton, *Tom.* III. *p.* 702. Dubitanter loquitur Vinn. *de Jurisdict. Cap.* 7. §. *ult.*

(8) Quae in nota sequuntur, videntur postea et alio tempo-

pore a Schultingio adscripta, neque in altero exemplari in 4to reperiuntur: atque ejus generis sunt, ut, nisi mutatae sententiae indicia sint, saltem magnam ostendant dubitationem de ejus veritate. Etiam magistratus *municipales*, praeter Averan. et Otton. *locc. citt.*, intelligit quoque Franc. Ramos del Monzan. *loc. laud. p.* 306. *seqq.* Ant. Quintanaduegna, *de Jurisd. et imp.* I. 7. *num.* 6. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 258. Pothier. *h. t. num.* 100.

L. CXXXII.

Paulus *Lib.* III. ad *Legem Juliam et Papiam.*] Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Popp. p.* 284. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 218.] reponit *Lib.* II. (1). Dissentit Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 68. Vide ad *h. l.* ut et *seq. L.* 134. Cujac. *Obs.* XXVII. 27.

Ante diem decimum Kalendarum,] Vide Comm. *ad Ciceron. pro Quint. Cap.* 6. et *in Catilin.* I. 3. et *Philipp.* III. 8. *In ante diem quartum Kalendarum Decembris distulit* (2).

Post diem decimum Kalendarum] Sic Lactant. *de Mort. Persec. Cap.* 2. *Post diem* X. *Kal. April.* et Idem, de eadem re, *Divin. Instit.* IV. 10. *Ante diem* X. *Kal. April.* Vid. Comm. *ad priorem locum.* Add. Cleric. *de Arte Critic. Part.* II. *Sect.* 1. *Cap.* 10. §. 5.

Neque utro enim sermone undecim dies significantur.] Basilic. quoque, Οὐ δηλοῦμεν τὴν ἑνδεκάτην ἡμέραν. Sed Leonin. *Emend.* V. 1. 10. legit: *neutro enim sermone decimus dies significatur.* Et sic edidit Hug. a Porta e Veteri Codice. *Neutro enim sermone undecim* etc. Florentiae legi, testatur Augustin. *Emend.* IV. 6. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1535.] Vid. Brencman. *Histor. Pand.* IV. 4. *p.* 345. Noris. (3) *ad Cenot. Pisan. Diss.* II. *Cap.* 17. *p.* 345. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. Popp. p.* 220.

(1) Etiam Cujac. *h.* et *loc. laud.*
(2) Add. Jo. Costal. *Var. Lection.* in *Miscellan. Italic.* *Tom.* VII. *Pars* II.

erudit. p. 10. seq. Cort. ad Cicer. Epist. ad Famil. Lib. II. epist. 17. Erb. im Hugo's Civil. Magaz. V. B. p. 191. seqq.

(3) Qui ait, falsum esse Augustinum, et Florentiae legi, neque utro enim sermone etc. verum Brencman. loc. cit. monuit, Florentiae utrumque esse; sed alterum a prima, alterum a secunda manu, id est, a Librario alterum, alterum a Correctore. De varia hujus loci lectione vid. Geb. et Cramer. h. Neque utro tuetur quoque Jauch. de Negation. p. 63. 158. 161.

§. 1.

Falsum est, eam peperisse, cui mortuae filius exsectus (1) est.] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. loco supra cit.*

(1) Al. *extractus.* Sed vid. Idsing. *Varior. Cap.* 14. *p.* 121. *seq.* ubi eos quoque notat, qui pro *mortuae* reponunt *mortuus.* — Non obstat *L.* 141. *h. t.* ad quam vid. notata.

L. CXXXIII.

Ulpianus *Lib.* IV. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. p.* 289. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 222.] (1).

(1) Et Heinecc. *ad eand. Legem*, *p.* 287. add. Gell. *Noct. Attic.* XII. 13.

L. CXXXIV.

Paulus *Lib.* II. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad Leg. Jul. et Pap. p.* 284. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 218.] Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 86. 216. 217. 225. (1).

Anniculus etc.] Vid. ad *L.* 132. *pr. h. t.* (2).

Quia annum civiliter, non ad momenta etc.] Scil. in *hac Lege* (3).

Ad dies] Basilic. ἐξ ἡμέρας εἰς ἡμέραν.

(1) Add. Franc. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap. Lib.* IV.

Lib. IV. *Relq.* 34. *num.* 10. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 505.

(2) Ibiq. cit. Cujac. *Obs.* XXVII. 27. Sequitur: *trecentesimo sexagesimo quinto.* De varia horum verborum scriptura vid. Brencm. et Cramer. *h.* *Non exacto die*, id est, *non tantum exacto die*, Ant. Augustin. *Emend.* II. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1467. *Incipiente, plane non exacto die*, Fornerius. Vid. Cramer. *h.*

(3) Add. Rucker. *Diss. de Nat. et Civ. temp. comput.* *Cap.* 2. §. 11. et *Cap.* 5. §. 14.

L. CXXXV.

Ulpianus *Lib.* IV. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad Leg. Jul. et Pap.* *p.* 287. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 220.]

Vel qualem visu,] An *qualem qualem*? (1). Guil. Forner. *Select.* III. *ult.* [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 121.] dicit, Al. habere: *aequalem visu*, ipse legit: *inaequalem* (2).

Et magis est, ut haec quoque parentibus prosint:] Scil. ad capacitatem *solidi* juxta Cujacium, *ad Pauli Sentent.* IV. 9. §. 3. Sed Jac. Gothofred. *loc. modo alleg.* mavult id intelligere de *decimis*, de quibus egit Ulpian. *in Fragm.* *Tit.* XV. (3).

Nec enim est (4), *quod eis imputetur, quae, qualiter potuerunt, statutis obtemperaverunt*,] Inde volunt, sed nimis generaliter, eum, qui, quantum potuit, fecit, intelligi legem implevisse, vel violasse. De quo Cyriac. *Controv.* 577. *num.* 22. *seqq.*

Neque id, quod fataliter accesserit, matri damnum injungere debet.] Aliorum respectu igitur hi pro *liberis* non habentur.

(1) Ita Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *de reg. jur.* etiam quaedam editt. Vid. Cramer. *h.* Sed Burman. *Anthol. Latin.* *Tom.* II. *p.* 458. primum scriptum fuisse putat *ualem*, cui deinde perperam *q* praepostta fuit; sed corrigi debere *vel velualem*, id est, *vel belualem*, nisi malis *beluae aequalem visu.* Aliter Jo. Cannegiet. *Obs.* *Cap.* 13. §. 2. *p.* 424.

 (2)

(2) Ita quoque correxit Alciatus. Vid. Cramer. *h. Inaequalem visu* legit quoque Nic. Catharin. *Obs. et Conject.* III. 15. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 786. qui praeterea pro *an quia enixa est, prodesse ei debeat*, reponit, *an quae enixa est, prodesse ei debeant:* quoniam sequitur, *et magis est, ut et haec parentibus prosint.*

(3) Quod igitur *hic* docetur, pertinet ad *Legem Juliam et Papiam Poppaeam:* contra, quod reperimus in *L.* 14. *de statu homin.* Paulus scripsit, agens de *SCto Tertulliano*, uti constat ex *loco Pauli cit. Sentent.* ubi vide Cujac. et Schulting. *not.* 11. *et* 12. qui rationem quoqhe reddunt, quare in Lege Julia et Papia placuerit, etiam monstra parentibus prodesse, non item matri in SCto Tertulliano. Add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de statu homin.* §. 3. Eckhard. *in Hermen. Juris*, I. 5. §. 199. Notata superius ad *d. L.* 14. *de stat. hom.* Gluck. *ad Tit. de stat. hom.* §. 114. *p.* 66. *seq.* qui etiam alios laudat. Neque adeo necesse, ut statuamus, Ulpianum et Paulum hac in re dissensisse, cum Merillo, *Obs.* l. 35.; aut cum Wissenbachio, *de Emblemat. Tribonian. p.* 339. *d. L.* 14. interpolatam esse credamus. Immo C. F. Walchius, *in not. ad Eckhard. loc. cit.* existimavit, ne necesse quidem esse ad earum Legum *Inscriptiones* confugere, ut pugnam tollamus. De quo tamen dubito: hoc certum, plenam accuratamque harum Legum intelligentiam neminem habiturum, nisi qui unamquamque ad suam retulerit materiam, ex eaque illustraverit.

(4) Haec et quae sequuntur non esse Ulpiani, sed Triboniani, putat Nic. Catharin. *loc. modo cit. locosa* haec verba dicit Tussan. de la Rue, *Obs. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1507.

L. CXXXVI.

IDEM *Lib.* V. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. p.* 290. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 223.] qui non satisfacit. Vid. Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 95. *et* 314. (1).

(1) Add. Franc. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.*

Pap. Lib. V. *Reliq.* 1. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 439. *seq.*

L. CXXXVII.

Paulus *Lib.* II. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* IX. Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 234. (1).

Quae trigeminos pepererit (2).] Basilic. ἡ τρεῖς ἐν μιᾷ γαστρὶ γεννήσασα.

(1) Add. Ramos del Manzan. *loc. modo cit. Lib.* IV. *Reliq.* 21. *p.* 482. Jo. Mercer. *Conciliator. p.* 114. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 3. §. 1. *not.* 7.

(2) Aliud in *SCto Tertulliano.* Vide Paulum, *in Sent.* IV. 9. 2. ibique Schulting. *not.* 8. et Jo. Mercer. *loc. laud.*

L. CXXXVIII.

Idem *Lib.* IV. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 23. refert ad caput Legis Juliae *de poenis coelibum et orborum.* Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 98. *et* 542. (1).

Hereditatis appellatione bonorum quoque possessio continetur.] Vid. Contium, *de Heredit. et bon. poss. p.* 284.

(1) Add. Cujac. *h.* et Ramos del Manzan. *loc. supra laud. Lib.* IV. *Reliq.* 33. *p.* 498.

L. CXXXIX.

Ulpianus *Lib.* VII. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. Popp. p.* 96. *et* 529. (1).

Quae in continentibus Romae aedificiis fiant.] Vid. Cujac. *ad l.* 2. *h. t.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *ad eand. Leg.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 228. Cujacius, *loc. laud.* refert ad illud Legis Jul. et Pap. caput, quo civitas donata esset Latinis, *qui Romae aedificia perfecissent.* Etiam Jos. Fern. de Retes, *de interd. et relegat.* III. 3. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1253. et Pothier. *h. t. num.* 166.

De quo dubitat Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 5. §. 1. *not.* 6.

§. 1.

Ut jam in usu etc.] *Destinato* scil. Vid. Alciat. *h.*

L. CXL.

ULPIANUS *Lib.* VII. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Lege: *Paulus Lib.* VI. (1). Jac. Gothofred. *ad Leg. Jul. et Pap. Cap.* 33. Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 426. Junge *L.* 29. *de liberat. legat.*

Cepisse quis intelligitur, quamvis alii adquisiit.] Facit huc *L.* 171. *h. t.* Intellige autem *filiumfamilias* (2), qui habet *personam* Jure Civili. Aliud juris est in *servo*, et in casu *L.* 51. *de reg. jur.* ad quam vid. Jac. Gothofred.

(1) Ut Flor. est.

(2) Cujus solius capacitas itaque, si legatum ipsi relictum est, spectanda, non vero patris, cui adquirit: cepisse enim ipse Filiusfam. intelligitur, quamvis patri adquisierit. Neque adeo obstat *l.* 51. *all.* ubi non de *Jure adquisitionis* per Filiumfam. agitur, sed de *restitutione* et *fideicommisso*. In *servo* autem alia res est, in quem verbum *capiendi* non cadit, quippe qui tantum ex *persona domini* χαρακτηρίζεται. Ita Jac. Gothofred. *loc. cit.* add. Cujac. *h.* Aliter Goeddaeus. Vid. Pothier. *h. t. num.* 15.

L. CXLI.

ULPIANUS *Lib.* VIII. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 23. Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 98. *et* 344. (1). Junge *L.* 51. *de Legat.* 2do. *L.* 61. *de condit. et demonstr.*

(1) Non pugnat itaque *haec Lex* cum *L.* 132. §. 1. *h. t.* pertinent enim illae Leges ad diversas Juris quaestiones. Scil. *d. L.* 132. §. 1. pertinet ad SCtum, quod ad *L. Juliam et Papiam* factum est, et quod secutum est *Legem Juniam Norbanam.* Quo SCto cautum, *uti Latina, si ter enixa fuerit, Jura Quiritium conse-*

sequeretur. Ita enim rectius rem exposuisse videtur Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. Popp. p.* 216. *seqq.* quam Jac. Gothofredus, qui ita ipsa Lege Julia *Cap.* IX. cautum fuisse existimaverat. Hoc SCto, si Latina duos v. gr. filios jam pepererat, eique mortuae tertius excidebatur, non intelligebatur *ter enixa:* quoniam Legis beneficio, utpote mortua, frui non amplius poterat. Conf. J. P. Y. Diert. *Diss. ad L.* 26. *de statu homin., seu de Juribus nondum natorum. Cap.* 3. §. 8. Lugd. Batav. 1798. et Gluck. *ad Tit. de stat. hom.* §. 115. *not.* 79. *p.* 71. Sed quod in *L.* 141. docetur, scripsit Ulpianus, agens de illo Capite *Legis Juliae*, quo *poenae in orbos* statutae erant. Vid. Jac. Gothofred. et Heinecc. *locc. a Schulting. citt.* Ad quas poenas evitandas etiam partus excisus parentibus poterat prodesse. Vid. Heinecc. *d. l. p.* 98. Et profecto, quidni posset? cum etiam partus excisus utique legitimus partus sit. Vid. v. gr. *L.* 6. *pr. in fin. de inoffic. testam. L.* 12. *pr. de lib. et post. hered. instit. L.* 1. §. 5. *ad SCtum Tertull.* Cum autem JCtus dicat: *Etiam ea mulier* etc., adeoque de Jure *ipsius mulieris*, cui mortuae partus exsectus, loqui videatur; legem arbitror proprie pertinere ad casum, quo mulieri relictum quid est *in tempus liberorum*, vel *sub conditione liberorum.* Quo de casu Ulpianum quoque egisse *Lib.* VIII. *ad L. Jul. et Pap.* patet ex *L.* 51. *de Legat.* 2do. et *L.* 61. *de condit. et demonstr.* cum quibus Schultingius quoque *hanc Legem* conjungi voluit. Ut sensus sit, si mulieri v. gr. legatum relictum est sub conditione *si liberos habuerit*, ejus legati conditionem etiam tunc pro impleta haberi, si illi mulieri mortuae partus excisus sit: creditur enim nunc, cum moreretur, filium habere; non minus scil., quam vicissim maritus *sine liberis* decessisse non videtur, qui praegnantem uxorem reliquit. Vid. *L.* 187. *de reg. jur.* add. *L.* 20. *ad SCtum Trebellian.* Ceterum pro *edere possit* Graecos invenisse videri *ediderit*, notat Cramer. *h.*

L. CXLII.

Paulus *Lib.* VI. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid.

 Jac.

Jac. Gothofred. *ad Leg. Jul. et Pap. Cap.* 34. Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 431. *seqq.* Junge *L.* 89. *de Legat* 3^{io} (1).

Aut verbis tantum.] Vid. Jan. a Costa, *in not. ad* §. 8. *Instit. de Legat.* (2).

Vel ita, Publius Maevius, Lucius Titius, heredes sunto.] *Ex parte dimidia* addit Hotomann. (3) *Illustr. Quaestion.* 44., non improbante Bachovio, *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* 2. *Disp.* 13. *Th.* 3. *Lit. C. p.* 769. Sed, an non satis est, hoc subintelligi?

Ut Titius et Maevius veniant in partem dimidiam, et re et verbis conjuncti videantur.] Ergo et *Jus accrescendi* inter hos obtinet; etsi alio tendat Ant. Faber, *de Errorib. Pragmatic. Dec.* 49. *err.* 2. *num.* 11. (4).

(1) Add. Labitt. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 12. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 41.

(2) Et citatos superius ad *d. L.* 89. *de Legat.* 3^{io}.

(3) Qui et alia hic turbat. Vid. Cramer. *h.*

(4) Et *Dec.* 100. *error.* 10. Non tamen negat Faber, si in casu proposito v. gr. Titii portio hereditaria deficiat, eam soli Maevio accrescere, sed centendit, de solis *heredum*, non de *Legatariorum* conjunctionibus, hic sermonem esse, ut exempla ad unum omnia ostendunt: neque adeo agi de conjunctione, jus accrescendi inter *Legatarios* inducente, sed de ea, qua fit, ut *heredum* alter praeferatur alteri in jure accrescendi, quod inter illos ex juris necessitate obtinet, etiamsi non sunt conjuncti.

L. CXLIII.

Ulpianus *Lib.* IX. *ad Leg. Juliam et Papiam.*] Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* XXIV. refert ad *libertos centenarios*, et jungit *L.* 5. *de jure aur. annul.* add. Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 350.

L. CXLIV.

Paulus *Lib.* X. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* VI. referri vult ad

id,

id, de quo *L.* 1. *de Concubin.*; sed obstat *series.* Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 165. (1).

Libro memorialium (2)] Vid. Cujac. *ad L.* 2. §. 38. *de orig. jur.*

Pellicem apud antiquos etc. (3) *quam nunc vero nomine amicam, paulo honestiore* concubinam *appellari.*] Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 28. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 492.] legit: *quam nunc vero nomine concubinam, paulo honestiore amicam* etc. (4).

Amicam] Ita saepe in *Inscriptionibus* apud Gruterum. vid. *Indic. Scalig.* Etiam Σύμβιος. Merill. *Obs.* III. 15. *Uxor gratuita, ibid.* De *meretrice* sic Dion. Halicarnass. *Antiq. p.* 71. αἳ νῦν εὐπρεπεστέρα κλήσει ἑταῖραι προσαγορεύονται. et Latini Poetae saepissime (5).

Granius (6) *Flaccus in Libro de Jure Papiriano* (7) *scribit, pellicem nunc vulgo vocari, quae cum eo, cui uxor sit, corpus misceat:*] Vid. Selden. *de Jure Nat. et Gent.* V. 7. add. Festum, *h. voc. Pellices nunc quidem appellantur alienis succumbentes, non solum feminae, sed etiam mares. Antiqui eam proprie pellicem appellabant, quae uxorem habenti nubebat.* etc. (8). Plaut. *Cistellar. Act.* I. *Scen.* 1. *vs.* 59.

Viris cum suis praedicant nos solere:
Suas pellices esse ajunt.

Gravissimum hoc genus injuriae in uxorem. Senec. *Epist.* 95.

Quosdam eam] *Quondam eam*, Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 166. (9).

Quam παλλακὴν Graeci vocant.] Haec *concubina. Nov.* 89. *Cap.* 12. Add. Casaubon. *ad Spartian. in Ælio Vero, Cap.* 5. (10).

(1) Vid. et Franc. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap. Lib.* IV. *Reliq.* 2. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 441. Explicuit hanc Legem Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 132. *seqq.* et *Dissertationem ad h. l.* conscripsit Salom. Rendorp. Lugd. Batav. 1789.

Late de hac Lege egit quoque Gluck. *ad Tit. de concubin.* §. 1295. *p.* 366. *seqq.*

(2) De varia hujus vocis lectione vid. Cramer. *h.* Sed scribendum *memorialium*, docet quoque Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 6. §. 13. *not. q.* Trotz. *Memor. propag. Cap.* 1. *p.* 9. Rendorp. *Diss. laud. Cap.* 1. §. 1. Gluck. *loc. modo laud. not.* 12. *p.* 366. Wielingius, *Lection. Jur. Civ.* II. 11. *p.* 154. legit: *Libro* I. *memoralium*, sed sine auctoritate. Ceterum *Massurius* hic et alibi, veluti in *L.* 2. §. 47. *de orig. jur.*, scriptum quoque legitur *Florentiae.* Sed scribendum *Masurius*, prima syllaba correpta: uti patet ex Persio, *Sat.* V. *vs.* 90.

Excepto, si quid Masuri rubrica vetavit.

add. notata superius ad *d. L.* 2. §. 47. *not.* 8. Dissertationem de hoc JCto conscripsit P. N. Arntzenius, *in Novo Thes. Diss. Jurid.* Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* II. *p.* 46. *seqq.*

(3) Aliter hunc locum vertunt Graeci. Vid. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss. ult.* §. 5. et Gluck. *loc. modo cit. not.* 18. *p.* 371. Ceterum, an *pellex* unquam appellata fuerit, quae cum coelibe vivit, disputant VV. DD. *in Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 148. *seqq.* Sed vid. Herm. Cannegiet. *Diss. ad L. Numae de ara Junonis pellici non tangenda*, *Cap.* 4. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 355. *seq.* Georg. Jordens. *Diss.* I. *de Legitimatione*, *Cap.* 3. §. 7. in ead. Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 544. *seq.* Gluck. *d. loc. p.* 371.

(4) Ita quoque Mascov. *de Sect. Vett. JCtor. Ca*. 2. §. 1. *num.* 3., Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 11. *p.* 155. Corn. Ant. van Wachendorff. *Obs. ad LL. quasd. e Jur. Civ. Cap.* 3. §. 4. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 176. Sed receptam lectionem defendit Herm. Cannegieter. *Diss. modo laud. p.* 358. et Pothier. *h. t. num.* 165. Transpositione abstinendum censet quoque Puttman. *Conject. ad locos quosd. Jur. Civ. depravatos*, §. 3. in ej. *Opusc. Syllog. p.* 92. item J. B. Koehler. *Interpr. et Emend. Jur. Rom.* I. 5. *p.* 53. et Gluck. *loc. laud. p.* 368. Arntzenius, *Diss. modo laud. Cap.* 3. §. 1. *p.* 21. legit: *quam nunc vero nomine* (*amicam paulo honestiore*) *concubinam appellari.*

Ve-

Verum alio adhuc mendo hunc locum laborare, multi putant, et vel pro *quam* legunt *atque eam*, priorem syllabam *at* repetentes e literis finalibus praecedentis vocis *vivebat*, uti Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* 19. *p.* 115. vel alio modo verba legis corrigunt. Vid. Cramer. *h.* Sed nulla emendatione opus. Vid. Cannegieter. *dict. loc. p.* 557. *seq.* Koehler. *loc. cit.* van Wachendorff. *laud. Diss. p.* 175. et sane nihil difficultatis in hac constructione esse videtur, dummodo vocem *scribit* ex praecedentibus repetamus. Graecam constructionem esse, quam etiam Latini imitati sunt, monuit Heinrichius in literis ad Cramerum datis, quas Hic refert *p.* 147. *seq.* Nic. Catharin. *loc. laud.* legit: *appellari*, *granius scribit.* Sed perperam: sunt enim haec quoque Masurii verba, uti *sequentia* sunt Granii Flacci, quorum JCtorum testimoniis utitur Paulus, ut ostendat, voces *pellicis*, *concubinae*, *amicae*, antiquitus promiscue usurpatas fuisse, deinceps autem distingui eas coepisse: post latam scil. *L. Juliam et Papiam.* Vid. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 165. *seq.*

(5) Frequenter Comici. Vid. v. gr. Terent. *in Andria*, I. 3. *vs.* 11. et *Heautont.* I. 1. *vs.* 52.

(6) Ita Flor. est. Al. *Gajus* vel etiam aliter. Vid. Geb. et Cramer. *h.* Sed vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 156. *seq. not.* 2. et Wachendorff. *Diss. laud. p.* 174. *not. l.* De Granio Flacco Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 129. *seqq.* et Petr. Paul. Justi, *Spec. Obs. Critic. Cap.* XI. quem citat Stockman. *ad Bach. Hist. Jur.* I. 1. *Sect.* 2. §. 7.

(7) De quo vid. notata superius ad *L.* 2. §. 2. *de origin. jur. not.* 4. *et* 7. Desumtum hunc locum ex illa Commentarii parte, qua *Legem Numae de pellice* exposuit, conjicit Wesseling. *Obs.* I. 4. add. Herm. Cannegiet. *laud. Diss. p.* 362. et Jordens. *Diss. cit. p.* 345.

(8) Et Gell. *Noct. Attic.* IV. 3.

(9) Ita quoque Herm. Cannegieter. *laud. Diss. p.* 360. Rendorp. *dict. Diss. d. loc.* Gluck. *loc. cit. num.* 16 *p.* 269. *seq.*

(10) Et Herm. Cannegiet. *laud. Diss. p.* 355. *seqq.* Vid. et Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 59. *p.* 520. *seq.* et Scip. Gen-

Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1366.

L. CXLV.

Ulpianus *Lib.* X. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad Leg. Jul. et Pap. Cap.* 25. *et in not.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 250 *et* 251.] (1).

Virilis appellatione interdum (2) *etiam totam hereditatem contineri*,] Vid. Ant. Fabrum, *de Errorib. Pragmatic. Dec.* 49. *err.* 5. *num.* 5. Facit huc *L.* 150. *h. t.* *L.* 16. *in fin. de Legat.* 1°. §. 2. *Instit. de success. libertor.*, de qua vid. Cujac. *Obs.* III. 13. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 354. casum ponit ex *L.* 4. *de bonor. possess.*

(1) Ad illud Legis Jul. et Pap. caput, quod est de libertorum successione, de qua vid. §. 2. *Inst. de succ. libertor.*, etiam hanc Legem refert Labitt. *Us. Indic. Cap.* 2. §. 15. in Jurispr. rest. Wieling. *Part. poster. p.* 23. *seq.* et Pothier. *h. t. num.* 6.

(2) Si scil. nemo est, qui concurrat et concurrendo partem faciat.

L. CXLVI.

Terentius clemens *Lib.* II. *ad Legem Juliam et Papiam.*] *Lib.* III. mallet Jac. Gothofred. *ad Leg. Jul. et Pap. Cap.* VI. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 216.] et illustrat ex *L.* 5. *de testib.* Sed id non probo, cum et *sequens Lex* sit ex *Lib.* III., et hinc tamen separetur (1). Dissentit quoque Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. Popp. p.* 68. 189. 314.

(1) Add. Schulting. *ad Collat. LL. Mos. et Roman. Tit.* 9. §. 2. *not.* 8.

L. CXLVII.

Idem *Lib.* III. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* VIII. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 217.] (1). Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 208.

In-

Intelligantur.] Rob. Steph. (2) *intelliguntur.* Vid. Leeuwen, *ad Peckium de Arrestis*, *Cap.* 5. *num.* 13.

(1) Secundum quem liberi tres *Romae* nati munerum personalium immunitatem tribuebant, et docet Terent. Clemens *hic*, quinam *Romae* nati intelligantur. Aliter Merill. *Obs.* III. 33.
(2) Etiam Hal. Vulg. et Al. Vid. Cramer. *h.*

L. CXLVIII.

Gajus *Lib.* VIII. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 24. (1). Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 351.

Haec enim enunciatio, habet liberos, non habet liberos, *semper plurative* (2) *numero profertur*, *sicut et pugillares et codicilli.*] Augustin. *de Civit. Dei*, XVI. 40. *Sicut in Latinae linguae consuetudine liberi dicuntur pluraliter filii, etiamsi non sint uno amplius.* Sed vide Val. Guil. Forster. *Obs.* I. 5. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 908.] (3).

(1) Add. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 13. *not.* 2.
(2) Al. *plurali.* Vid. Cramer. *h.* Sed improbante Cujacio, *h.*
(3) Ubi docet, etiam aliquando in singulari numero *liberum* pro *filio* occurrere. add. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1390. Lyclam. *Membran.* VI. 12. Jac. Gronov. *ad quatuor Fragm. Marciani ex Lib.* 1. *Regul.* in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II. *p.* 661. *seq.* Heinecc. ad Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *liber.*

L. CXLIX.

Idem *Lib.* X. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. caduc. Cap.* 29. *et in not.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 234. *seq.*] Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 386.

Nam quem sine liberis esse, dicere non possumus: hunc, necesse est, dicamus liberos habere.] Ergo gaudebit *jure* ac-

accrescendi, quod tempore Gaji hisce dabatur. Jac. Gothofred. *loc. cit. in not. p.* 235.

L. CL.

Idem *Lib.* IX. *ad Legem Juliam et Papiam.* (1)] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 25. (2). Aliter Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 101. *et* 357.

Si ita a te stipulatus fuero, quanto minus etc.] Graeci *in Addend. ad Basilic. Tom.* I. Facit huc *L.* 145. *h. t.*

(1) Verba haec *ad Legem Juliam et Papiam* Florentiae *in margine* adscripta esse, notavit Brencm. *h.*

(2) Vid. et Cujac. *ad L.* 10. *h. t.* circa fin. et Goedd. *h.*

L. CLI.

Terentius clemens *Lib.* V. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 17. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 224.] (1).

Delata hereditas intelligitur, quam quis possit adeundo consequi.] Paulo aliter *L.* 13. *de adq. vel omitt. hered.* Tricatur Bachov. *ad Treutler. Vol.* II. *Part.* I, *Disp.* 15. *Thes.* 6. *Lit.* A. *p.* 968.

(1) Et Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 301. Aliter Franc. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap. Lib.* IV. *Reliq.* 27. *in fin.* in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 490. qui refert ad Tractatum *de poenis coelibum*, et jungit *L.* 52. *de Legat.* 2do. quae tamen non est ex eod. Libro.

L. CLII.

Gajus *Lib.* X. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. caduc. Cap.* 30. Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 396. (1).

(1) Caput certum Legis Jul. et Pap., ad quod haec Lex pertineat, vix notari posse, ait Cujac. *h.* add. Ramos del Manzan. *loc. modo cit. Lib.* IV. *Reliq.* 40. *num.* 4. *p.* 524. *seq.*

L. CLIII.

L. CLIII.

TERENTIUS CLEMENS *Lib.* XI. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* 27. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 232.] (1). Heinecc. *ad eand. Leg. p.* 357.

(1) Add. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 29. §. 3. *not.* 26. Aliter Ramos del Manzan. *loco modo laud. Lib.* IV. *Reliq.* 9 *num.* 4. *seq. p.* 463.

L. CLIV.

MACER (1) *Lib.* I. *ad Legem vicesimam* (2).] De occasione *Legis* vid. Cujac. *ad Pauli Sentent.* IV. 6. §. 3. *et ad L.* 3. *h. t.* (3).

Mille passus non a milliario (4) *urbis, sed a continentibus aedificiis numerandi sunt.*] Scil. ubi incipiebant. Facit huc *L.* 2. *h. t.* Add. Holsten. *Diss. de Milliario aureo* (5), ubi Antiquarios hic errasse probat. Add. Ryckius, *ad Tacit. Histor.* I. 27. et aliter lapides aliquot fuere in urbe (6), cum tamen semper dicantur esse ab urbe. Sepulchri *inter milliarium* II. *et* III. *ab urbe* mentio fit in *Inscriptione* apud Brisson. *Sel. Antiq.* III. 7. Nuper aliquis (7) ordinem verborum Legis invertit. Nec placet Otto, *de Tutel. Viar. p.* 592., sed dein rectius.

(1) *Marcellus*, Alciatus, sed male. Vid. Ant. Augustin. *Emend.* I. 4. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1444. Al. *Martianus.* Vid. Brencm. et Cramer. *h.*

(2) Ita quoque legitur *in Pand. Florentin.*, et eodem modo inscribitur *L.* 13. *de transactionib. L.* 37. *de religios. et sumt. fun. L.* 7. *qui testam. fac. poss.* et *L.* 68. *ad Leg. Falcid.* nisi quod omnibus iis in locis addatur vox *hereditatium.* Attamen vitiosam hanc esse scripturam et legendum *ad Legem vicesimae hereditatium*, vel *ad Legem vicesimariam*, aut *vicesimarum*, docuit Gronovius, *de Pecun. Vet.* III. 13. *p.* 218. *seq.* et Bachius, *in Hist. Juris.* III 1. *Sect.* 2. §. 5. *not. m.* add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 9. §. 5. *p.* 208. *in not.* et Schroder. *Obs. Jur. Civ.* I. 4. *p.* 31.

p. 31. De ipso autem hoc Vectigali vide Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 6. *not.* 1. et auctores ibi citatos.

(3) Add. Ramos del Manzan. *loc. modo laud.* I. 25. *p.* 113. et Conrad. *Parerg. p.* 392. *seq.*

(4) *Miliario* etiam in *Pand. Florent.* legitur: pro quo Al. male *muro.* Vid. Ant. Augustin. *Emend.* IV. 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1536. et Conrad. *d. loc.*

(5) Qui primus, quod sciam, auctor fuit, milliarios Lapides in viis Italiae numeratos fuisse a portis urbis, non vero a Milliario aureo, sive Columna illa aurea, vel potius deaurata vel auro ornata, quae ab Augusto in medio urbis sub Ædem Saturni posita est. Vid. Tacit. *Histor.* I. 27. ibique Lipsium. Quae Dissertatio Holstenii reperitur post notas ejus in Stephanum Byzantinum, *pag.* 388. *seq.* et cujus sententiae accedere videtur quoque Otto, *loc. cit. p.* 393. Sed contra Holstenium ex professo disputavit, et vulgarem opinionem defendere conatus est Otto Arntzenius, *Diss. de Milliario aureo, Sect.* III. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* II. *p.* 113. *seqq.*

(6) Propter urbis scil. amplitudinem, de qua vid. Plin. *Histor. Nat.* III. 5. Eodem argumento usus quoque est Otto, *loc. cit. p.* 393. Sed vid. Arntzen. *d. Diss. p.* 116. *seq.*

(7) Haud scio an non intellexerit Arntzenium, cujus *Dissertatio, modo laudata*, prodiit *Traject. ad Rhen.* 1728. ubi *Sect. ult.* §. *pen.* transpositionem verborum Legis, a Dion. Gothofredo *in not.* tentatam, legente, *non a continentibus aedificiis, sed a milliario urbis*, approbat: ad quam notam Gothofredi Schultingius adscripsit: *male.* Equidem nescio, quare Arntzenius verba Legis transponi voluerit, cum, licet Florentinam lectionem retineas, nihil tamen Legi inesse videatur, quod sententiae, quam ipse tuetur, quae et plurium aliorum VV. DD. est, obstaret. Immo videtur ea potius hac lectione confirmari. Etenim non docet Macer, milliarios lapides a continentibus aedificiis numerandos esse; sed, agens, uti recte monuerunt Cujacius et Ramos del Manzano, *locis supra citatis*, de tempore, intra quod testamentum post mortem testatoris aperiendum erat: quod fieri debebat a *praesentibus* intra triduum, vel quinque dies; ab *absentibus* vero intra eosdem dies, *ex quo supervenerant*,

rant, vid. Paul. *in Sentent. loc. cit.* ita ut iis primum *pro itinere* in *vicena millia passuum* singuli dies darentur. Vid. *L.* 3. *pr. h. t.* — haec igitur istum in modum explicans Macer, ea occasione docet, unde illi passus numerandi sint: scil. *non a Milliario urbis*, licet ab eo alioquin itinerum et milliariorum mensura dirigatur (quae itaque erat ratio dubitandi) *sed a continentibus aedificiis.* Ratio, mea sententia, nulla est alia, quam quae adfertur a Ramos del Manzano, *loc. cit.* quod nempe *Romae* appellatio demum finiatur *continentibus aedificiis.* Vid. *l.* 2. *pr. L.* 87. *h. t. l.* 4. §. 4. *de penu legat.*, neque existimetur *absens*, *qui intra continentia est.* Vid. *l.* 173. §. 1. *et l.* 199. *pr. h. t.* Sicuti igitur iis, qui intra continentia erant, non alii dies praeter illos tres vel quinque concedebantur, cum haberentur praesentes; sic quoque consentaneum erat, ut illi, qui aberat, ut Romam rediret, vicena pro itinere in dies singulos milliaria, non a *Milliario urbis*, sed a *continentibus aedificiis* numerarentur; ne scil. alioquin melioris hic conditionis esset: habebat enim amplius, *ex quo supervenerat*, eosdem tres vel quinque dies. Vid. et Schroder. *loc. supra cit.*

L. CLV.

Proximi (1) *appellatione* etc.] Basilic. ἐγγύτεροι.

(1) *Proximorum*, D. Goth. *in not. Proximi: hac appellatione* etc. Puttman. *de Licin. Rufin. p.* 26. ut notavit Cramer. *h.* Graeci Florentinam confirmant. — Puta in edicto, quo *proximis* cognatis defertur bonorum possessio, Pothier. *h. t. num.* 5.

L. CLVI.

Majore parte anni possedisse quis intelligitur., etc.] In interdicto *utrubi* (1).

(1) Vid. Cujac. et Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 6. §. 1. *not.* 6. *et* 9. add. Goedd. *h.*

L. CLVII. (1).

(1) Quosdam partem Inscriptionis in responsi contextum rejicere, sed male, monuit Goeddaeus, *h.* add. Cramer.

mer. *h.* Vitam Ælii Galli exhibet Majans. *ad* 30 JCtor. *Fragm. Tom.* II. *p.* 37. *seqq.* qui *ibid. p.* 54. *seqq.* hanc Legem explicuit. De *maceria* late Jo. Wunderlich. *de Usu Inscription. Obs.* 1.

§. 1.

Item via est, etc.] *Publica* scil. (1).

(1) Add. notata superius ad *L.* 13. *de servitutib.* et Marcil. *ad LL.* XII. *Tabb. Cap.* 52. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 275. — Ad seq. *L.* 158. vid. Ever. Gothofred. Lagemans. *Diss. de A. Cascellio JCto*, *p.* 92. *seq.* Lugd. Batav. 1823.

L. CLIX. (1).

Etiam aureos nummos aes dicimus (2).] Senec. *de Benefic.* V. 14. *Æs alienum habere dicitur, et qui aureos debet.* etc.

(1) Inscribitur: *Ulpianus Lib.* I. *ad Sabinum.* De qua Inscriptione vid. Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 26. *not. b.* Al. *ad SCtum.* Male. Vid. Ant. Augustin. *Emend.* I. 9. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1460. Senn. *ad edictum.* Vid. Cramer. *h.*

(2) Graeci haec vertunt: *καὶ τὰ νομίσματα νοῦμος λέγεται.* Perperam. Vid. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss. ult.* §. 5. et Reitz. *h.*

L. CLX.

Ceterorum et reliquorum appellatione etiam omnes continentur, etc.] Vid. Merend. *Controv. Juris*, XXII. 20. Add. *L. ult. in fin. de auro arg. legat.* (1).

Reliquorum] Vid. *L.* 95. *h. t.*

Nam tentat, etc.] Dion. Gothofred. *in not. Forte tentatur, vel tentari potest:* male (2).

(1) Et Ches. *Differ. Jur. Cap.* 3. *num.* 20. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 624.

(2) Eodem enim plane modo idem Ulpianus in *L.* 18. §. 2. *famil. ercisc. Idem tamen tentat*, — *praescriptis verbis posse eos experiri*, etc.

L. CLXI.

L. CLXI.

Non est pupillus, qui in utero est.] Goeddaeus, *h.* casum ponit ex *L.* 8. *de adq. vel omitt. heredit.* et quod ea occasione haec sint scripta. Quod non placet (1).

(1) Cujacius, *h.* refert ad tutoris dationem testamento scriptam. Conf. *L.* 19. §. 2. *de testam. tutel.* et Gluck. *ad Tit. de testam. tutel.* §. 1308. *p.* 235. Obstat tamen, quod non appareat, Ulpianum *Lib.* VII. *ad Sabinum*, *de tutela testamentaria* egisse. Licet igitur neque ego per omnia probem explicationem Goeddaei; cum eo tamen existimem, probabile esse, Ulpianum haec scripsisse occasione *Legis* 8. *all.* ubi docet, quomodo *pupillus* vel *pupilla* hereditatem sibi delatam adquirit, nempe *auctoritate tutoris*. Qua occasione optime addere potuit JCtus, *non esse pupillum, qui in utero est*, adeoque de eo se non loqui; quemadmodum nec se loqui ait de pupillis *heredibus necessariis*. Et sane illi, qui in utero est, omnia quidem jura integra servantur in tempus nativitatis. Vid. *L.* 3. *pr. si pars hered. pet.* Sed hereditatem interim *adquirere* non potest.

L. CLXII.

Pomponius *Lib.* II. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 14. *de vulg. et pupill. substit.* (1).

(1) Add. Goedd. *h.*

§. 1.

Sed vulgi sermone etc.] Qui in *interpretatione* spectandus (1).

(1) Conf. *L.* 3. *in fin. de supell. legat.* Facit huc notissimus locus Horatii, *de Arte Poëtic. vs.* 68 *seqq.* Quare autem *acciderit* sermone vulgi pro *moriatur* accipitur, vid. van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 35. *p.* 168.

L. CLXIII. (1).

Paulus *Lib.* II. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 10. *de bonor.*

possess. quae est ex *hoc Libro.* Ad *Legata* (2) non potest pertinere: nam de iis *hoc Libro* non actum, etsi ibi praecipue *talia* quaerantur.

(1) Vulg. Hal. ceterosque ante Taurell. hanc Legem inserere inter *L.* 160. *et* 161. notavit Brencm. *h.* Vid. et Cramer. *h.*
(2) Ad quae refert Goedd. *h.* — Ad seq. §. 1. vid. Nic. Catharin. *Obs.* III. 37. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 788. add. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 337. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1365. Torrent. *ad Sueton. in Caligul. Cap.* 8.

L. CLXIV.

Ulpianus *Lib.* XV. *ad Sabinum.*] Agens de *Legatis* (1).

(1) Jungenda haec Lex vel cum *L.* 17. *de Legat.* 1°., vel cum *L.* 5. *de testam. tutel.*, Labitt. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 11. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 41. add. Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 5. §. 175.

§. 1.

Partitionis (1) *nomen* etc.] Vid. Leonin. *Emend.* V. 5.

Non semper dimidium *significat:*] Al. *dimidiam partem*, teste Leonin. *loc. cit.* §. *ult.*

Potest enim juberi aliquis, et maximam partiri posse, et vicesimam, etc.] Al. *maximam partiri, potest et vicesimam* etc. Leonin. *dict. loc.* (2).

Sed si non fuerit portio adjecta, dimidia pars debetur.] Vid. *L.* 11. §. 6. *de interrogat. in jure fac.* Ulpian. *in Fragm. Tit.* 24. §. 25. et *Tit.* 22. §. *ult.* Sic et Marcus Imp. apud Vulcatium Gallicanum, *in Vita Avidii Cassii*, *Cap.* 12. Lactant. *de Mortib. Persecut. Cap.* 47. Facit huc Donat. *ad Terent. Eunuch.* V. 8. *vs.* 25. Hinc autem vulgo colligitur regula: *portionem qui dicit, nec adjecit quotam, dimidiam significat.* Sed hoc non sequitur ex *hac lege.* Vid. Leonin. *dict. loc.* §. 6.

(1) Vulg. Hal. Al. *portionis*. Vid. Cramer. *h.* eamque lectionem confirmare videri Graecos, notat Leunclav. *Notator*. II. 133. in Thes. Otton. *Tom*. III. *p*. 1531. Sed vid. Leonin. *loc. laud.*

(2) Ita quoque Jac. Voorda, *Diss. de Legat. Partit.* §. 5. *in not.* A. G. Pagenstecher. *Adversar. Jur.* I. 8. scriptum fuisse putat *posset* pro *posset et.* Aliter d'Arnaud. *Var. Conject.* II. 2. Equidem nihil mutem, modo Lex bene interpungatur, cum Taurellio, hoc modo: *potest enim juberi aliquis et maximam partiri: posse et vicesimam* etc. saepius enim ita loquuntur JCti Veteres. Vid. notata superius ad *L.* 18. *h. t.*

§. 2.

Habere, sicut pervenire (1), *cum effectu accipiendum.*] An pertinent ad *verba stipulationis* inter Legatarium partiarium et heredem? (2) de quibus vid. §. 3. *Instit. de fideic. heredit.* Add. *L. seq.*

(1) *Pertinere* scriptum fuisse, putat Bilderdyk. *Obs.* I. 23.
(2) Sic Pothier. *h. t. num.* 106.

L. CLXV.

Venisse ad heredem nihil intelligitur, etc.] Et hanc Legem de *eadem stipulatione* intelligo (1), de qua *L. praec.* §. *ult.*

(1) Etiam Pothier. *loc. modo cit.*

L. CLXVI.

Idem *Lib.* VI. *ad Sabinum.*] Agens de *Legatis* (1).

Urbana familia, et rustica (2), *non loco, sed genere, distinguitur:*] *Rusticae* durius ministerium. Senec. *de Ira*, III. 29. Aliud tamen hic est *genere:* pro quo Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 32. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 493.] substituit *munere.*

Potest enim aliquis dispensator non esse servorum urbanorum numero,] Etsi opus *rusticum* non faciat.

Veluti is, qui rusticarum rerum rationes dispensat, ibique habitet, etc.] *Ubique*, id est, *ubicunque*, Cujac. *in Not. posteriorib. ad* §. 1. *Instit. de servitutib.* (3). Nic. Catharin. *loc. cit. urbimque:* male. Aliter Pagan. Gaudentius, *Jurid. Exposition.* II. 25. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 383.] sed non expedit.

Non multum abest a Villico (4): *Insularius autem urbanorum* etc.] Nic. Catharin. *loc. cit. Non multum abest a Villico Insularius, tamen urbanorum* etc.

Et vicariis apparebit.] *Cibariis*, Cujac. *dict. loc.* et *h.* (5) ex *L.* 99. *pr. de Legat.* 3^tio^. Nic. Catharin. *loc. cit. diariis*, id est, *demenso servorum*, vel *rationibus domini.*

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.* etiam Pothier. *h. t. num.* 95.
(2) De utraque late et ex professo agere Laur. Pignorium, *Comm. de servis et eor. ap. Vett. minister.* notavit Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 6. §. 3. *not.* 13.
(3) Et *ad L.* 77. *de contrah. emtion.* et *ad L.* 1. *de servitutib.* Probat hanc emendationem Cujacii quoque Conrad. *Parerg. p.* 549. et Hier. van Alphen, *Diss. de Javolen. Prisc. Cap.* 3. §. 1. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* III. *Tom.* I. *p.* 53. Forte legendum *rurique*, notavit van de Water.
(4) Florentiae *Vilico.* Vid. Graev. et Oudend. *ad Sueton. in Claud. Cap.* XXXVIII. De ejus officio M. Cato, *de Re Rustic. Cap.* V. et Columell. XI. 1. De *Insulario* Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 95. *p.* 456. et Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 5. *p.* 213. *seq.* De varia hujus loci lectione vid. Cramer. *h.*
(5) Etiam Panciról. *Thes. Var. Lection.* II. 59. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1158. et Pothier. *loc. modo laud.*

§. 1.

Pernoctare extra urbem (1) *intelligendus est*, etc.] Vid. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 32. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1505.] (2).

(1) Cujacius, *Obs.* XXIV. 6. haec pertinere putat ad officium Tribunorum plebis, quibus abnoctare extra urbem non licebat. add. Idem, *h.* et *ad L.* 2. *h. t.*

(2)

(2) Add. Jac. Gothofred. *ad L.* 3. *Cod. Theod. de liber. causs. Tom.* I. *p.* 408.

L. CLXVII.

Ulpianus *Lib.* XXV. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 55. *de Legat.* 3^io^. (1).

Et alia ligna cocta, ne fumum faciant,] Ad quae nonnulli (2) referunt locum Diogenis Laërtii, I. 104. *Καὶ τοῦτο ἔφη θαυμασιώτατον ἑωρακέναι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ὅτι τὸν μὲν καπνὸν ἐν τοῖς ὄρεσι καταλείπουσι, τὰ δὲ ξύλα εἰς τὴν πόλιν κομίζουσιν.*

Sulpurata (3) *quoque de ligno* etc.] Vid. Pagan. Gaudent. *Jurid. Exposit.* II. 24. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 383.] (4).

(1) Add. praeter Cujac. et Goedd. *h.* etiam Labitt. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 20. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 46.

(2) Vid. Ægid. Menag. *ad dict. loc. Diogen. Laërtii.* Graecis haec sunt ἄκαπνα ξύλα. Adde J. M. Gesner. *ad Catonem, de Re Rustic. Cap.* 130. ibique Auson. Popma, Casaubon. *ad Trebell. Pollion. in Claudio, Cap.* 14. *p.* 891. et notata superius ad *L.* 55. §. 7. *de Legat.* 3^io^. add. et Barth. Barrienti, *Annot. Sylva, Cap.* 16. in Gruteri *Face Critic. Tom.* III. quem citat Cramer. *Supplem. ad Brisson. de Verb. Sign.* voc. ἄκαπνα, *Specim.* I. *p.* 35.

(3) Al. *sulphurata*, aut *sulfurata.* Vid. Geb. et Cramer. *h.*

(4) Secundum quem *sulfurata* sunt parvula ligna, utrimque sulphure illita, ad concipiendum ignem, silice in fomitem excussum. Sequitur: *sed et de* balanis *est.* De his vid. Brisson. *de Verb. Sign.* in voc. ibiq. Heinecc. In *L.* 55. §. 1. *de Legat.* 3^io^. dicuntur *lignis* contineri. Sed vid. Pothier. *Tit. de Legat. num.* 486. Quam mire hic variant Codd. et editt., vid. apud Cramer. *h.*

L. CLXVIII.

Paulus *Lib.* IV. *ad Sabinum.*] De *Legatis* agens. Idem *L.* 56. *de Legat.* 3^io^. (1).

(1) Add. Goedd. *h.*

L. CLXIX.

IDEM *Lib.* V. *ad Sabinum.*] Ubi de *emtione* egit et *venditione* (1).

Et testamentis,] Vid. *L.* 163. *h. t.* (2).

(1) Sic etiam Cujac. *h.* Sed Goeddaeus, *h.* ad *Legata* refert.
(2) Sequitur: *non ut etiam servitutes ei debeantur.* Vid. *L.* 90. *h. t.* ibiq. Cujac. add. Pagan. Gaudent. *Jurid. Exposition.* I. 17. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 358.

L. CLXX.

ULPIANUS *Lib.* XXXIII. *ad Sabinum* (1).] Junge *L.* 52. §. 2. *de donat. int. vir. et uxor.* (2).

(1) Al. *Lib.* XXX. *ad SCtum.* Male. Vid. Goedd. *h.*
(2) Sic etiam Cujac. *ad L.* 65. *h. t.* et Pothier. *h. t. num.* 108. Sed cum *L.* 57. *de Legat.* 1°. jungit Cujac. *in Not. ad h. l.*

L. CLXXI.

POMPONIUS *Lib.* XVI. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 4. *de act. rerum amot.* (1).

Pervenisse ad te recte dicitur, etc.] Add. *L.* 140. *h. t.*

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.*

L. CLXXII.

ULPIANUS *Lib.* XXXVIII. *ad Sabinum.*] Agens de *tutelis legitimis* (1).

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.*

L. CLXXIII.

IDEM *Lib.* XXXIX. *ad Sabinum.*] De *tutela dativa* agens (1).

Collegarum appellatione hi continentur, qui sunt ejusdem potestatis.] Casus in *L.* 19. §. 1. *de tutorib. et curatorib.* *da-*

latis etc. Contra haec vid. Jan. Langlaeum, *Semestr.* VII. 5. non obfervantem, hic explicari verbum *occasione certa* ufurpatum.

(1) Vid. *Cujac.* *h.* et *Obs.* VII. 34. probante Goedd. *h.*

§. 1.

Qui extra continentia urbis est, abest (1):] Facit huc *L.* 5. *de tutorib. et curat. dat.* etc.

(1) Vid. *L.* 199. *h. t.*

L. CLXXIV.

Idem *Lib.* XLII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 50. *de pactis.* *L.* 31. *de evictionib.* (1).

Qui enim dicit, furem non esse, de hominis propofito *loquitur:*] *Praesenti*, non *futuro*. Cyriac. *Controv.* 85. (2).

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.*
(2) Sequitur: *qui* furtis *noxaque* etc. Hal. et Vulg. *furto.* Vid. Cramer. *h.* Probante Fornerio, *h.*

L. CLXXV.

Pomponius *Lib.* XXII. *ad Sabinum.*] Egit et *illic* de *folutionibus* (1). Junge *L.* 27. *de verbor. obligationib.*

(1) Ad *formulas actionum in perfonam* hanc Legem pertinere, putat Cujac. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 93. Vid. et Goedd. *h.*

L. CLXXVI.

Ulpianus *Lib.* XLV. *ad Sabinum.*] De *obligationibus* et *ftipulationibus* agens (1).

(1) Ad *actionem hypothecariam* refert Cujac. *h.* Conf. Pothier. *h. t. num.* 202.

L. CLXXVII.

Idem *Lib.* XLVII. *ad Sabinum.*] In *hoc Libro* de *fidejusforibus*, ac fimilibus egit. Jac. Gothofred. ad *L.* 65.

3B 5 de

de reg. jur. accipit de acceptilatione, et jungit L. 8. de acceptilat. (1). Sed inscriptio repugnat.

Natura cavillationis, quam Graeci Σωρίτην (2), id est, acervalem syllogismum (3), appellaverunt, haec est, etc.] Idem L. 65. de reg. juris.

Cavillationis] Cicero pro sophismate usurpavit. Senec. Epist. CXI.

Ut ab evidenter veris, per brevissimas mutationes, disputatio ad ea, quae evidenter falsa sunt, perducatur.] Senec. Epist. 48. Scilicet nisi interrogationes vaferrimas struxero, et conclusione falsa a vero nascens mendacium adstrinxero, non potero a fugiendis petenda secernere. Add. Epist. 82. Vitiosum et captiosum hoc genus interrogandi, Cicero, in Lucullo [sive Acad. Quaest. Lib. IV.] Cap. 16. 28 et 29. (4). Nic. Catharin. Obs. Cap. 26. [in Thes. Otton. Tom. I. p. 491.] ita legit: ut ab evidenter veris per brevissimas argumentationes disputando, ad ea, quae evidenter falsa sunt, perducat. Non recte (5).

(1) Etiam Goedd. h.
(2) Verbum hoc varie mutatum. Vid. Ant. Augustin. Emend. IV. 16. in Thes. Otton. Tom. IV. p. 1552. et Cramer. h. Sed male. Vid. Duker. ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p. 161. not. 4.
(3) Abest haec interpretatio in Cod. Flor.
(4) Add. Cujac. h. Grotium, in Flor. Sparf. p. 338. seqq. Merill. Obs. I. 18.
(5) Etiam van de Water, in not. MSS. monuit, nihil esse mutandum, et eadem verba exstare in L. 65. de reg. jur. sed JCti Juliani. Egit de hac Lege quoque Cujac. Tract. V. ad African. in explic. L. 88. ad L. Falcid. Pothier. Tit. de postuland. num. 22. Add. Eckhard. Herm. Jur. I. 4. §. 127. et in not. In primis autem de Sophismate legenda elegantissima Jacobi Facciolati, Acroasis III. de Pseudomeno.

L. CLXXVIII.

Idem Lib. XLIX. ad Sabinum.] Junge L. 2. de hered. vel act. vend. Add. Cujac. h. et Obs. II. 30. (1).

(1)

(1) Ad *stipulationem emtae et venditae hereditatis* etiam refert Labitt. *Us. Indic. Cap.* 2. §. 18. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 27. et Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 5, §. 204. add. notata superius ad *L.* 2. cit. Sequitur in Lege: *nam corpora quoque* etc. Carpunt quidam hanc rationem. Sed vid. Houck. *Diss. de Ration. Vett. JCtor. falso suspect. Cap.* 2. §. 4. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 352. Pro *ambiges* Vulg. *ignores.* Hal. *abprobes.* Recta Florentina, eamque confirmare Basilic., notat Brencm. *h.* Vid. et Cramer. *h.* Egerunt de hac Lege etiam Panciról. *Thes. Var. Lection.* II. 156. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1278. et Ferand. Adduens. *Explication.* I. 54. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 560.

§. 2.

Persecutionis verbo extraordinarias persecutiones puto contineri, ut puta fideicommissorum, etc.] Vid. Ulpian. *Fragm. Tit.* 25. §. 12. (1). *L.* 70. §. 1. *ad SCtum Trebell.* Sande, *de Prohib. rerum alien. Part.* III. *Cap.* 4. *num.* 5.

(1) Ubi vid. Schulting. *not.* 29. add. Gebauer. *de Jurisdict. sec. doctrin. Roman. Cap.* 1. §. 11. in *ejus Exercit. Acad. Vol.* I. *p.* 456. *seqq.*

L. CLXXIX.

Idem *Lib.* LI. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 13. *de jurisdict. L.* 59. *de judiciis. L.* 55. *de re judic.* (1).

Inter haec verba, quanti ea res erit, etc.] *Formulae*, de quibus *hoc Libro* egit, et *dando Judice.*

(1) Add. Goedd. *h.*

L. CLXXX.

Pomponius *Lib.* XXX. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 1. *de loc. et itinerib. publ.*

Tugurii] Quod forte in *litore* ponetur, vel *loco publico.* Occurrebat haec vox in XII. *Tabb.* Vid. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 134. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 227.] (1).

(1)

(1) Add. Dirksen. *ad LL. XII. Tabb.* p. 475. Sequitur: *quod rusticae magis custodiae convenit, quam urbanis aedibus.* Vulg. Hal. Rehd. *quod rusticae rei magis custodiendae convenit, quam quod urbanis aedibus.* Vid. Brencm. et Geb. *h.* Isidorus, *Origin.* XIV. 12. *Tugurium casula est, quam faciunt sibi custodes vinearum ad tegimen sui, quasi tegurium, sive propter ardorem solis et radios declinandos, sive ut inde homines, vel bestiolas, quae insidiari solent natis frugibus, abigant.* add. Varron. *de Re rustic.* III. 1. §. 3. et *L.* 6. *in fin. de servit. praed. rustic.*

§. 1.

Ofilius (1) *ait, tugurium a tecto, tanquam tegularium, esse dictum*, etc.] Vid. Festum, *voc. tuguria* (2).

(1) „An, in *Libris ad Atticum?* Vid. *L.* 234. *h. t.* An *juris partiti?* Vid. *L.* 167. *h. t.* junct. *L.* 55. §. 4. *et* 7. *de Legat.* 3^{tio}." van de Water, *in not. MSS.*

(2) Add. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1380. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 388. *seq.* Grot. *in Flor. Spars. p.* 541.

L. CLXXXI.

Idem *Lib.* XXXV. *ad Sabinum.*] Ubi de *Salviano interdicto*, et de *pignoribus* tractavit (1).

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.* etiam Pothier. *h. t. num.* 167.

L. CLXXXII.

Ulpianus *Lib.* XXVII. *ad Edictum.*] An occasione *constitutae pecuniae?* Junge *L.* 1. *in fin. de constit. pecun.* (1). Cujacius, *h.* legit *Lib.* XXIX. quod non probo, et *mox* demum est Lex ex *Lib.* XXVIII.

(1) Add. Goedd. *h.* Sed emendationem Cujacii probat Jos. Fern. de Retes, *Opuscul.* V. 1. §. 10. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 242. Ait Lex: *Paterfamilias liber.* Al. verbum *paterfamilias* omittunt. Al. vocem *liber.* Vid. Cramer. *h.* Vocem *liber* abundare videri, notat quoque Pothier. *h. t. num.* 165. Vid.

ta-

tamen Cujac. h. et Lyclam. *Membran.* VII. 20. §. 2.

L. CLXXXIII.

IDEM *Lib.* XXVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. 5. 7. §. 11. *de institor. action.*

Tabernae appellatio etc.] Junge *L.* 185. *h. t.* (1).

Nempe (2) *ex eo, quod tabulis cluditur.*] Florentiae legitur *non ex eo* etc. (3). Best. *de Ration. Emend. Leg.* Cap. 1. §. 12. *num.* 5. *nomen ex eo* etc. (4) Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 30. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 492.] *nominatum ex eo* etc. putans literarum compendio scriptum fuisse *nom.*, indeque Librarios fecisse *non.*

(1) Add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 26. *num.* 7. et Hubert. *Diss. de Argentar. Vett. Cap.* 2. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 17. *seq.*
(2) Ita Haloand.
(3) *Nam ex eo* legit Grotius, *in Flor. Sparsion. p.* 342. probante Menagio, *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 5-6. Jauchius, *de Negation. p.* 109. *non quod*, fidem Baudozae male secutus. Vid. Cramer. *h.* Sed Florentinam probant Ant. Augustin. *Emend.* I. 2. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1438. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in *eod. Thes. eod. Tom. p.* 1392. Pothier. *h. t. num.* 210. Gluck. *ad Tit. de imp. in res dotal. fact.* §. 1282. *not.* 39. *p.* 430. Florentinam vel Noricam servandam, ait Marckart. *Probab. rec. Lection. Part.* I. *p.* 166. *seqq. Cluditur* pro *clauditur* Veteres dixisse, notum est. Sic Sueton. *in August. Cap.* 22. *Janum Quirinum ter clusit.* add. Bynkersh. *Obs.* VIII. 5. et Duker. *ad Flor.* III. 20. 13.
(4) Probante Brencman. *h.* etiam Reinold. *Opusc. p.* 716. et Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 10. §. 7. *p.* 233. Aliter Waechtler. *Opusc. p.* 457. et 491.

L. CLXXXIV.

PAULUS *Lib.* XXX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 4. *L.* 6. *de institor. action.* (1).

(1)

(1) Add. Goedd. *h.* et Cujac. *ad Libb. Paul. ad edicti in expl. L.* 4. *de instit. action.*

L. CLXXXV.

Ulpianus *Lib.* XXVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 183. *h. t.*

L. CLXXXVI.

Idem *Lib.* XXX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. 5. 7. *deposit.* et exemplum ex *L.* 24. *eod.* (1).

Commendare nihil aliud est, quam deponere.] Vid. quae notavit Pater [Joh. Schulting.] *ad M. A. Senec. Controv.* 12. *p.* 188. (2).

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.*
(2) Et notata superius ad *L.* 24. *deposit.* add. Otfel. *ad Caj. Instit.* II. 10. §. 4. *not.* 28. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1385. Duirsem. *Conject.* II. 2. §. 3. *p.* 178. *seq.*

L. CLXXXVII.

Idem *Lib.* XXXII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 4. *L.* 11. *de hered. vel act. vend.* Conf. *L.* 20. §. 15. *de hered. petit.* Ita bene Cujacius (1).

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 89. Ad *actionem emt. vend.* refert Goedd. *h.*

L. CLXXXVIII.

Paulus *Lib.* XXXIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 5. *de evictionib.* et conf. *L.* 57. *eod.* et *L.* 58. *de verbor. obligationib.* (1).

(1) Add. praeter Cujac. et Goedd. *h.* etiam Labitt. *Us. Indic. Cap.* 2. §. 19. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 28. Jo. Mercer. *Conciliator. p.* 117. Noodt. *Probab.* II. *ult.*

L. CLXXXIX.

Idem *Lib.* XXXIV. *ad Edictum.*] Ubi de *locatione conductione* egit (1).

Fa-

Facere oportere (2) *et hanc significationem habet*, etc.] Leonin. *Emend.* I. 17. late.

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.* etiam Pothier. *h. t. num.* 95.
(2) Al. *non oportere.* Jauch. *de Negation.* p. 88. *seq.* sed male. add. Leonin. *loc. laud.* Graeci quoque Florentinam confirmant. Sequitur; *et curaret*, *ne fiat.* Forte legendum *curet*, monuit van de Water, *in not. MSS.* *Curet* Senn. et Chev. Vid. Cramer. *h.*

L. CXC.

Ulpianus *Lib.* XXXIV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 35. *de donat. int. vir. et uxor.* et conf. *L.* 3. §. 1. *ead.*

Non eos (1), *qui ex provincia oriundi sunt.*] Ergo non pertinet ad speciem *L.* 38. *de ritu nuptiar.*

(1) *Duntaxat* addunt Vulg. Sed contra Libros scriptos et Graecos. Vid. Cramer. *h.* Late de hac Lege egit Conrad. *Parerg.* p. 489. *seqq.* ubi diversas ejus interpretationes recenset; ipse autem §. 5. *et seqq.* putat, Ulpianum hic definivisse, quinam *Provinciales* intelligantur in mandatis Principum, per quae nuptiae ejus, qui provinciam administrat, cum muliere provinciali interdicuntur. add. Gluck. *ad Tit. de judiciis*, §. 511. *not.* 85. *p.* 259. *seq.*

L. CXCI.

Paulus *Lib.* XXXV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *et* 3. *de divort. et repud.* (1).

(1) Add. Schulting. *ad Pauli Sentent. Lib.* II. *Tit. de adoptionib. not.* 1. in *Jurisprud. antejustin.* p. 516.

L. CXCII.

Ulpianus *Lib.* XXXVII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 50. *de furtis.* *L.* 52. *eod.* et conf. *L.* 9. *de in lit. jur.* Cujac. *h.* (1).

Minutulam (2)] Basilic. ἐλαχίστην.

(1) Ad *furti* quaestionem etiam refert Goedd. *h.*
(2) Al. *minusculam.* Vid. Brenem. et Cramer. *h.* Sed etiam

etiam Plautus, *Poenul. Prolog. Vs.* 28.

Pueros infantes MINUTULOS
Domi ut procurent.

et Macrob. *Saturn.* VII. 3. *irridendo coram* MINUTULAS *quaestiones.* De adjectione *plurima* Jac. Curtius, Ἐικαςῶν, IV. 7. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 251.

L. CXCIII.

IDEM *Lib.* XXXVIII. *ad Edictum.*] Et *hic* egit de *actionibus ex furto.*

L. CXCIV.

ULPIANUS *Lib.* XLIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 6. *L.* 8. *de bonis libertor.* (1).

Nam munus esse donum cum caussa,] *Donum, quod officii caussa datur,* Festus *voc. munus.*

(1) Agens de *donis* et *muneribus* a liberto praestandis. Cujac. et Goedd. *h.* De quibus vid. et Oisel. *ad Caj. Instit.* II. 9. §. 4. *not.* 49 et Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 251. — Pro *nuptalicium* Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 281. legi vult *nuptialicium.* Vid. de varia hujus vocis lectione Brencm. et Cramer. *h.*

L. CXCV.

IDEM *Lib.* XLVI. *ad Edictum.*] Agens, ut videtur, de *bonorum possessione tanquam ex familia.* Vid. Jac. Gothofred. *in not. ad LL.* XII. *Tabb. Tab.* V. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 169.] (1).

Pronunciatio sermonis in sexu masculino etc.] Vid. Merend. *Controv. Juris*, X. 9 (2).

(1) Add. Labitt. *Us. Indic. Cap.* 2. §. 17. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 25. *seq.* et Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 28. §. 7. *not.* 23.

(2) Add. Gluck. *ad Tit. de stat. homin.* §. 117. *p.* 112.

§. 1.

Familiae appellatio etc.] Vid. Sande, *de Prohibit. rerum alienat. Part.* III. *Cap.* 6. (1).

Ex

Ex ea familia, inquit, in eam familiam,] Vid. Jac. Gothofred. *loc. cit.* (2).

(1) Add. Dissertationem docte conscriptam Theod. Joh. Adr. van Lom, *de Familia.* Lugd. Batav. 1785. et Gluck. *ad Tit. de his, qui sunt sui vel alien. jur.* §. 129. *p.* 180. *seq.* Vid. et Averan. *Interpr. Jur.* III. 28. *num.* 7.

(2) Add. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 29. §. 1. *not.* 3. et in primis Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 383. *seqq.*

§. 2.

Jure proprio familiam dicimus plures personas, etc.] De quarum ordine vid. Chrysost. *in* I. *ad Corinth. Serm.* 34. *p.* 469. [edit. Eton. 1612. *Tom.* III.]

Plures personas] Alioqui familiae erunt imperfectae. Stob. *Serm.* 65. *p.* 414. *et* 415. (1).

Matremfamilias,] Vid. Cujac. *ad L.* 11. *de lib. et post. hered. instit.* (2).

Pater autem familias appellatur, qui in domo dominium habet, etc.] Vid. Pricaeum, *ad Luc.* XV. 29. Facit huc Lactant. *Divin. Instit.* IV. 3. *Dominum vero eundem esse, qui sit pater, etiam Juris Civilis ratio demonstrat.* etc. Salvian. *de Gubernat. Dei,* VII. *p.* 135. Chrysost. *in* I. *ad Corinth. Serm.* 34. *p.* 469. eleganter (3).

Denique et pupillum patremfamilias appellamus,] Tertullian. *de Virginib. Veland. Cap.* XI. *in fin. Materfamiliae vocatur, licet virgo, et paterfamiliae, licet investis.* Vid. de his nominibus Grotium, *de Jure Belli ac Pacis,* III. 14. §. 5. (4).

(1) Egregia est illa disputatio Hieroclis Philosophi. Sequitur: *quae sunt sub unius potestate, aut* natura, *aut* jure *subjectae.* Ubi *natura* non est nascendi sors, sed jus naturae, quod liberos in parentum potestate esse jubet; *jus* autem est jus Civile, quod strictius *jus* dicitur. Ita Heinecc. *in Praefat. ad Tom.* II. *Jurispr. Rom. et Attic. p.* 19. Additur: *Ut puta patremfamilias.* Vocem *patremfamilias* expungit D'Ar-

naud. *Conject.* I. 8. Aliter A. G. Pagenstecher. *Adversar.* I. 6. qui verba *puta patremfamilias* transponit post τὰ *sub unius potestate.* Jo. Cannegiet. *Disq. de Notis*, *num.* 23. *p.* 511. legit: *patrisfamilias.* Mihi nihil delendum aut mutandum videtur: recenset enim Ulpianus personas, e quibus *familia* constat, quorsum etiam pertinere *patremfamilias*, docet Gajus seq. *L.* 196. Pari modo Corn. Ant. van Wachendorff. *Obs. ad LL. quasd. ex Jur. Civ. Cap.* 1. §. 2. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 164. *seq.* et J. L. E. Puttman. *Interpr. et Obs. Cap.* 6. *num.* 1. *p.* 20. *seq.* Adversus D'Arnautium disputavit quoque Joach. Jo. Schwartz. *Spec. Obs. ad Varia JCtor. Fragm. Cap.* 4. §. 5. Lugd. Batav. 1750.

(2) Eam scil. quae jure antiquo *confarreatione*, *coëmtione*, aut *usu* in manum mariti convenerat. add. Aleand. *ad Caj. Inst.* II. 8. *pr. not. m.* Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 9. *not.* 2. Pith. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 16. §. 2. *not.* 5.

(3) *De dominio patrisfamilias* docta Dissertatio est Hieron. van Bassen Jongbloet. Lugd. Batav. 1785. add. Meerman. *Diss. de reb. manc. et nec manc.* §. 114.

(4) De constructione seqq. verborum: *quotquot* capita *ei* subjecta *fuerunt*, etc. singuli *enim* etc. vid. Noodt. *Obs.* I. 4. *in fin.* et J. B. Koehler. *Interpr. et Emend.* I. 4. *p.* 26. De varia hujus loci lectione vid. Brencm. et Cramer. *h.*

§. 3.

Servitutium (1)] Id est, *servorum.* Bynkersh. *Obs.* III. 14. (2).

(1) Al. *servientium*, aut etiam aliter. Vid. Brencm. et Cramer. *h.*

(2) Pari modo Pothier. *h. t. num.* 95. etiam Cujac. *h.* Van de Water notavit: „an legendum *servitiorum?*"

§. 4.

Item appellatur familia plurium personarum, quae ab ejusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur:] An et *spurii?* Vid. Cyriac. *Controv.* 209. *num.* 7. *seqq.* caute.

Ul-

Ultimi genitoris] Virg. *Æneid.* VII. *vs.* 49.
Tu sanguinis ultimus auctor (1).

(1) Ad verba seqq. *quasi a fonte quodam memoriae*, notavit van de Water: „Haec verba mendo laborare, non dubito. Forte emendandum: *fonte colendae memoriae.* Videtur aliquid deësse, quod divinare difficile est." Bilderdyk. *Obs.* I. 22. legit: *quasi a fonte quodam exortae*, verbis *sicuti dicimus familiam Juliam* parentheſi inclusis; vel *a fonte quodam communi ortae.* Heinrichius, notante Cramero, *h.*, Ulpiano etiam lenius succurri posse putavit, modo pro *quodam* legamus *eodem*.

§. 5.

Mulier autem familiae suae et caput et finis est.] Facit huc Labeo apud Nonium Marcellum, *voc. soror.* et apud Gellium, *Noct. Attic.* XIII. 10. *Soror, inquit, appellata est, quod quasi seorsum nascitur, separaturque ab ea domo, in qua nata est, et in aliam familiam transgreditur* (1). Non ita in *fideicommissis* semper. Vid. Cyriac. *Controv.* 281. *num.* 86. *seqq.*

Est.] Basilic. εἶναι δύναται.

(1) Add. Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum. hered. instit.* §. 1424. *p.* 158.

L. CXCVI.

Gajus *Lib.* XVI. *ad Edictum Provinciale.*] De *bonorum possessione* agens. Vid. ad *Leg. praec.*

Familiae appellatione et ipse princeps familiae continetur.] Ratio dubitandi est in §. 2. *praec. Leg.* (1).

(1) Ad verba seq. §. 1. *quia qui nascuntur*, etc. vid. Houck. *Diss. de Ration. Vett. JCtor. falso suspect. Cap.* 2. §. 4. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 355.

L. CXCVII.

Ulpianus *Lib.* L. *ad Edictum.*] Junge *L.* 3. §. 14. *de SCto Silan* (1).

(1) Add. praeter Cujac. et Goedd. *h.* etiam Labitt. *Us. Indic. Cap.* 2. §. 16. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 24. Ceterum, locum hunc ita interpungendum: Indicasse *est detulisse*: arguisse, *accusasse et convicisse*, notat Brencm. *h.* Quemadmodum jam distinxerat Alciatus, probante Ant. Augustin. *Emend.* I. 9. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1460. et Cujacio, *h.* Eandem interpunctionem secutus quoque est Cramer. *h.* Sed quam miror neglectam a Pothierio, *h. t. num.* 113.

L. CXCVIII.

Idem *Lib.* II. *de omnibus Tribunalibus.*] Junge *L.* 6. *L.* 8. *de reb. cor. qui sub tut. vel cura sunt* etc. (1).

Sed et si forte stabula (2) *sunt*,] Aliud in casu *L.* 4. *in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr.*

Plane si plurimum horti in reditu sunt etc. magis haec non sunt urbana.] Nec alienari poterunt ex *Oratione Severi.*

(1) Scripsisse haec Ulpianum occasione Orationis Severi, qua praedia minorum rustica et suburbana alienari sine decreto vetuit, docet quoque Cujac. *h.* et *Obs.* VII. 23. add. Goedd. *h.* Jo. Mercer. *Conciliator. p.* 199. *seq.* Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 8. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 155. Reinold. *Orat. de Leg. Inscription.* §. 12. apud Wieling. *d. loc. p.* 199. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 5. §. 200. Bav. Voorda, *Thes. Controv. Dec.* 28. §. 2. Gluck. *ad Tit. de reb. cor. qui sub tut. vel cur. sunt*, et §. 1381. *a. p.* 464.

(2) *Stabula* Pothier. *h. t. num.* 173. interpretatur: *Logis, hôtelleries. Meritoria*, diversoria, fullonica v. gr. aliave quae mercede locantur. *Praetoria, maisons de plaisance.* add. Cujac. et Goedd. *h.* et Brisson. *de Verb. Signif.* in vocc. De *vicis* vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 6. §. 2. *not.* 16. Sequitur: *quia urbanum praedium non locus facit, sed* materia. Non ex qua componitur (nam haec eadem esse potest, quae rustici aedificii) sed materia, quam praebet, id est, usum quem exhibet. Ita Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand.*

de

de servitut. praed. urban. p. 135. add. notata superius ad *L.* 2. *de servitut. praed. rustic.* Additur: *proinde hortos quoque, si qui sunt in aedificiis constituti*, etc. De his vid. Wieling. *in Praetermiss. ad Reinold.* in *Jurispr. restit. Part. poster. p.* 243.

L. CXCIX.

Idem *Lib.* VIII. *de omnibus Tribunalibus.*] Junge *L.* 6. *L.* 8. *de tutor. et curat. dat.* etc. et add. *L.* 5. *eod.* (1).

(1) Add. Cujac. *ad L.* 173. *h. t.* et *Obs.* VII. 34. et Goedd. *h.* In verbis: *in quo loco petitur*, τὸ *loco.* Flor. deletum est, et abest apud Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Cramer. *h.*

§. 1.

Abesse non videtur, qui ab hostibus captus est.] Is nunc, in quo statu sit, in pendenti est (1).

(1) Neque proinde tutor a magistratu dari potest. arg. *L.* 6. §. 1. *de tutelis.* add. *L.* 14. §. 2. *et L.* 15. *eod.* Captivus igitur *hic* non est instar *absentis:* is enim tutor dari potest. Vid. *L.* 5. *all.* Licet in aliis Juris quaestionibus ab hostibus captus pro *absente* habeatur. Conf. Pothier. *h. t. num.* 11.

L. CC. (1).

Haec stipulatio, noxis solutum praestari, etc.] Frequens in *venditione*, et *aedilitia.*

(1) Ad edictum *si ex noxali caussa agatur*, etc. refert Cujac. *ad Libb. Julian. Digestor. in expl. h. l.* add. Goedd. *h.*

L. CCI.

Idem *Lib.* LXXXI. *Digestorum.*] Junge *L.* 102. *de Legat.* 1°. *L.* 13. *de liberat. legat.* et add. *L.* 41. §. 5. *de Legat.* 3^{io}. (1).

Justa interpretatione recipiendum est, etc.]. Simile *L.* 59. *de rit. nupt.* Late P. Faber, *Semestr.* III. 24. Merend. *Controv. Juris*, X. 7. *et* 8. Sande, *Decis. Lib.*

 IV.

IV. *Tit.* 5. *def.* 9. Ant. Faber, *Cod. Sabaud. Lib.* VI. *Tit.* 19. *Def.* 4. (2). Vid. et Cyriac. *Controv.* 521. *num.* 46. *seqq.* et 522. *num.* 16. *seqq.* ubi et de *pronepotibus*, de quibus id negat, *num.* 52. De eadem re idem, *Controv.* 8. *num.* 40. *seqq.* late.

Justa interpretatione (3)] Non ex *ipso verbo.* Vid. Ant. Faber, *de Errorib. Pragmatic. Dec.* 29. *err.* 1.

Sicuti filiamfamilias (4) *contineri* etc.] Non in *fideicommissis.* Leonin. *Cons.* 97. *num.* 14.

Et patris nomine avus quoque demonstrari intelligatur.] Vid. Noodt. *in Comm. ad Tit. Pand. de testam. tut. in fin.* (5).

(1) Ad Tractatum *de Legatis* etiam refert Goedd. *h.* Sed Cujacius, *ad Libb. Julian. Digestor.* hanc Legem explicuit ad *Lib.* LXXX. *Julian. Digest.* eamque refert ad *L. Jul. et Pap.*

(2) Add. Forster. *Obs.* I. 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 909. et Vertr. Maur. *de Jur. liberor. Cap.* 42. in *eod. Thes. Tom.* III. *p.* 1072.

(3) Id est, ex interpretatione juris, ex Legum sententia, Cujac. *ad L.* 84. *h. t.* Si aliqua urgeat justa interpretandi ratio, Noodt. *loc. laud.*

(4) Graecos legisse videri: *filiumfamilias*, notat Leunclav. *Notator.* II. 134. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1532. Pro *respo debimus* Al. *respondimus*, vel *respondemus.* Vid. Br.acm. et Cramer. *h.* Sed vid. Forster. *loc. modo laud.* I. 3. *p.* 907. et Barth. *Adversar.* XXV. 14.

(5) Et Bynkersh. *Obs.* V. 5. In altero exemplari in 4to. additur: *Non in edictis.* Vid. *L.* 44. §. 2. *de rit. nupt.* et *L.* 20. *ad L. Jul. de adulter.* Brisson. *de Jure Connub.* [*Oper. Min. p.* 548. *in fin. et seq.*] add. Aleand. *ad Caj. Inst.* II. 8. §. 1. *not.* 14. et Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 121.

L. CCII.

Cum in testamento scriptum esset, etc.] *Responsum* hoc est (1).

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.*

L. CCIII.

L. CCIII.

Idem *Lib.* VII. *Digestorum.*] Junge *L.* 29. *loc. cond.* *L.* 15. *de Publican.* Facit huc *L.* 13. *Cod. Theod. de lustral. conlat.* [*Tom.* V. *p.* 17.] (1).

In lege (2) *Censoria* etc.] De qua Guil. Forner. *Select.* I. 25. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 57.] *Lex publici*, Tacit. *Annal.* XIII. 51. ubi jubetur proponi.

Servos, quos domo etc.] Rob. Steph. (3) *domum.*

Quod autem esset, usu suo, *magnam habuisse dubitationem:* etc.] Junge *L.* 28. *de auro arg. legat.* (4).

Quo in genere Iunctores,] *Unctores*, Guil. Forner. *loc. cit.* III. *ult.* (5).

(1) Hanc Legem belle illustrare Turneb. *Adversar.* XXVII. 1. monet Otto, *in Praef. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 13. in fin. add. Cujac. et Goedd. *h.*

(2) Id est, pacto, quod Censor locationi adjecerat. Merill. *Obs.* VI. 12.

(3) Et Al. Vid. Cramer. *h. Domum* hic esse *domicilium*, notat Gluck. *ad Tit. de judiciis*, §. 513. *not.* 42. *p.* 272. *seq.* Sequitur: *utrum pro his* hominibus *portorium* etc. De varia hujus vocis lectione vid. Cramer. *h.* qui lectionem *hominis* restituit tanquam primam scripturam. Conf. Brencm. *h.*

(4) Sequitur: *quibus se toleraret.* Graecam hanc locutionem esse, docet Otto, *in Alfen. Var. Cap.* 6. §. 1. in *Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 1655.

(5) Etiam Cujac. *h.* Sed Idem, *Obs.* XIV. 3. *junctores* retinet; quod nec improbat Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Sign.* voc. *junctor. Inunctores*, Goedd. *h.* quod etiam Heinrichio in mentem venerat, notante Cramero, *h.*, qui *ibid.* varias hujus loci lectiones refert.

L. CCIV.

Paulus *Lib.* II. *Epitomarum* (1) *Alfeni.*] Junge *L.* 28. *de cond. et demonstr.* (2).

(1) *Epistolarum*, Alciatus. Male. Vid. Ant. Augustin. *Emend.* I. 9. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1460.

(2) Add. Goedd. *h.* Quaedam de hac Lege Nic. Catharin.

rin. *Obs.* II. 44. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 783. et Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 15. *p.* 300. *seq.*

L. CCV.

IDEM *Lib.* IV. *Epitomarum Alfeni.*] Junge *L.* 40. *de contrah. emt.* (1).

Qui fundum vendidit, pomum recepit:] Id est, *reservavit. L.* 40. §. 3. *de contrah. emt.* Gell. *Noct. Attic.* XVII. 6. Plaut. *Trinumm. Act.* 1. *Scen.* 11. *circa fin.*

Posticulum hoc recepit, cum aedes vendidit (2).

Nuces,] Ovid. *Eleg. de Nuce*, vs. 6.

Nil ego peccavi: nisi si peccasse vocetur,
Annua cultori poma referre suo.

Plin. *Hist. Nat.* XV. 23. Sed vid. Macrob. *Saturnal.* II. 15. Menag. *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 8. Freher. *Parerg.* I. 5. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 864 *seq.*]

Et uvas duntaxit duracinas, etc.] Martial. *Xeniis, Epigr.* 19. Cujac. *h.* (3).

Quas Graeci τρωξίμους (4), *id est comestibiles, appellarent.*] Facit huc Paul. *in Sent.* III. 6. §. 77. Ita late quoque sumta videntur *poma* in Lege *Laurentium* apud Festum, *voc. armata.* Pro *palmulis*, Sulpic. Severus, *Dial.* I. *c.* 13.

(1) Add. Goedd. *h.*
(2) Add. notata superius ad *L.* 30. *de servitut. praed. rustic.*
(3) Add. Panciroll. *Thes. Var. Lection.* II. 158. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1281. Jac. Gothofred. *Animadv. Jur. Civ. Cap.* 8. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 287. Otto, *in Alfen. Var. Cap.* 5. §. 1. in *Tom.* V. *Thes. Jur. p.* 1655. Comm. *ad Sueton. in August. Cap.* 76.
(4) Apud Gebauer. male legi προξίμους, monuit Cramer. *h.* Sequens interpretatio a Cod. Flor. abest.

L. CCVI.

Vasa torcularia] Basilic. τὰ περὶ τὸν ληνὸν,

Se-

Serias] Graeci βούττεις (1) et addunt, καὶ οἱ κέραμοι. *Veluti si frumentum in his* addatur:] Rob. Steph. (2) *abdatur*. Varro, *Octogesi περὶ νομισμάτων* (3). *Addere in bulgam, in vesicam*, et *de Ling. Latin. Lib.* IV. p. 21. *Cum in dolium aut culeum vinum addunt rustici*. Fest. *voc. muries*. Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 1. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 485.] (4).

(1) Novo vocabulo, ait Cujac. *h.* et *Obs.* IX. 26.
(2) Et Vulg. Hal. *condatur*. Vid. Brencm. et Cramer. *h.*
(3) Apud Nonium Marcellum, voc. *bulga*, *Cap.* 2. §.76.
(4) Receptam lectionem defendit quoque Marckart. *Interpr. recept. Lection.* I. 20. §. 2. *p.* 131. et nihil mutandum, cum arida et liquida in vasa et mensuras *addi* dicantur Veteribus, monuit quoque Rucker. *in not. MSS.* Ceterum obstat huic loco *L. pen. de tritic. vin. ol. legat.* ad quam vid. notata. add. Cujac. *h.* et *ad Libb. Julian. ex Minic. Natal. in expl. h. l.*

L. CCVII.

Africanus *Lib.* III. *Quaestionum*.] Junge *L.* 22. *de oblig. et action.* (1).

Mercis appellatione homines *non contineri*,] Quos a *mercibus* distinguit quoque Cicer. *in Verr. Act.* II. *Lib.* V. *Cap.* 58. *Navibus, mancipiis, mercibus ademtis, in vincula conjectos esse mercatores, et in vinculis cives Romanos necatos esse arguo*. Quinctilianus tamen, *Declam.* VI. *Civis Romanus* merces *fio*. An *merx* (2)?

Et ob eam rem mangones (3) *non mercatores*, etc.] Quos et distinguit Senec. *de Benefic.* IV. 13. *Mercator urbibus prodest, medicus aegris, mango venalibus*.

Sed Venaliciarios appellari,] *Venalicii*, Cicero apud Non. Marcell. *h. voc. p.* 188. Vid. Burman. *ad Petron. Cap.* 29. *Mangonici venalicii*, Plin. *Hist. Nat.* XXI. 26. Add. Valef. *ad Amm. Marcellin.* XXII. 7. Tabernas habuere in foro ad Castoris. Senec. *de Constantia sapientis*, *Cap.* 13. Quaestus eorum inhonestus. Plaut. *Captiv.*

tiv. Act. 1, *Scen.* 1. *vs.* 51. Add. *L.* 44. §. 1. *de Ædil. Edict.*

(1) Ad *condictionem triticariam* refert Cujac. *Tractat.* III. *ad African. in expl. h. l.* et Goedd. *h.* Aliter Os. Aurel. *Dispunct.* 22. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 752.
(2) Hanc lectionem, a Schultingio acceptam, Burmannus in contextu admisit. Vid. Burman. *in notis ad dict. Declam.* VI. *Cap.* 17.
(3) Ἀνδραποδοκαπήλους Graecos eos vocare, notat Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *mango.* In veteribus Glossis Σωματέμπορος dicitur pro *mangone* ac *venalitiario.* Vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* II. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 187. *Mangones* tamen non solum *hominum* emtores venditoresque esse, sed et *rerum*, docet Oudendorp. *ad Sueton. in Vespasian. Cap.* 4. *p.* 831.

L. CCVIII.

Idem *Lib.* IV. *Quaestionum.*] Agens forte de *bonorum possessione* (1).

(1) Sic quoque Cujac. *Tract.* IV. *ad African. in expl. h. l.* Sequitur: *et non* singulas res *demonstrat.* Ita Vulg. probante Goeddaeo, *h.* Sed Flor. est *singulares*, pro quo Hal. *singulares res* (Taurell. *singularES*) quem plerique sequuntur. Vid. Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* 1. *num.* 4. §. 4. *p.* 18. et Eckhard. *Herm. Jur.* I. 2. §. 61. etiam Cramer. *h.*

L. CCIX.

Florentinus *Lib.* X. *Institutionum.*] Agens forte de *testamentis.* Add. *L.* 25. §. 10. *de adq. vel omitt. hered.* Cujac. *h.*

Coram Titio aliquid facere jussus, non videtur praesente eo fecisse, nisi is intelligat: etc.] Facit huc *L. ult. h. t.*

L. CCX.

Marcianus *Lib.* VII. *Institutionum.*] Agens forte de *Legatis* (1).

Is,

is, qui natus est ex mancipiis urbanis, et (2) *missus est etc.*] Conf. *L.* 166. *h. t.*

(1) Add. Cujac. *ad L.* 166. *h. t.*
(2) Apud Gebauer. vitio typographi legitur *aut.* Cramer. *h.*

L. CCXI.

Fundi appellatione omne aedificium et omnis ager continetur:] Ita in XII. *Tabb. usus et auctoritas fundi* (1), et in *L. Julia de fundo dotali.*

Locus vero sine aedificio, etc.] *Locus* apud Plinium sæpe dicitur, ubi quondam fuit urbs (2).

(1) Ex interpretatione JCtorum. Vid. notata superius ad *L.* 115. *h. t.* add. Cujac. *h.*
(2) Veluti *Hist. Nat.* IV. 5. *locus Pherae.* ubi vid. Harduin. Hinc quoque Ovid. *Fastor.* II. *vs.* 280.
Hic, ubi nunc urbs est, tum locus urbis erat.

L. CCXII.

Praevaricatores eos appellamus, etc.] Vid. *L.* 1. *de praevaricat.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. Quare Ulpianus *Lib.* I. *ad L. Jul. de adulter.* de *praevaricatione* egerit, vid. apud Hoffman. *ad L. Jul. de adulter. Cap.* 4. §. 5. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* I. *p.* 196. Ad verba: *qui caussam adversariis suis donant*, vid. J. F. Gronov. *Obs.* III. 23. *p.* 492.

L. CCXIII.

Cedere diem significat, incipere deberi pecuniam:] Alludit Tertullianus, *de Fuga in persecutione, Cap.* 12. *Sol cessit diem emtionis nostrae. Apud inferos emancipatio nostra est, et stipulatio nostra in coelis.*

Venire diem significat, etc.] Cicer. *pro Plancio, Cap.* 28. *Esse*, Cicer. *ad Attic.* VIII. 10. (1).

Ubi pure quis stipulatus fuerit,] Basilic. χωρὶς αἱρέσεως. Nimis stricte.

Et

Et cessit et venit dies: etc.] Dion. Gothofred. *in not. Accedo Hotomanni sententiae, dicentis, hanc subtilem differentiam, qua de hic agitur, non ex Ulpiani ingenio, sed ex Triboniani potius audacia fluxisse.* Perperam (2).

Ubi sub conditione, neque cessit, etc.] Jus quidem est *transmissionis*, vid. §. 4. *Instit. de verbor. oblig.* at *condici* solutum interim potest. *L.* 16. *pr. de condict. indeb.*

Pendente adhuc conditione.] Basilic. ἠρτημένῃ ἐπὶ τῆς αἱρέσεως.

(1) Add. Gronov. *ad Liv.* XXXIV. 6. §. 13.
(2) Add. Vinn. *ad* §. 2. *Inst. de verb. oblig.* ubi haec late explicantur. *Programma* Jo. Frid. Wahl. *quando dies obligationis cedere et venire intelligatur*, Goetting. 1761. citat Gluck. *ad Tit. de pact.* §. 334. *not.* 64. *p.* 452. — Ad seq. §. 1. vid. Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 9 §. 1. *not.* 12. et Fabrot. *adv. Salmas.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1280.

§. 2.

Lata culpa est nimia negligentia (1), etc.] Respicit Cicer. *pro Balbo, Cap.* 6.

(1) Loco *id est* Cod. Hafn. habere *legem*, et *quam* loco *quod*, notat Cramer. *h.* Sed contra auctoritatem Basilic. Vid. et *L.* 223. *pr. h. t.*

L. CCXIV.

Marcianus *Lib.* I. *Publicorum judiciorum.*] Junge *L.* 15. *de offic. Praesid.* Add. *L.* 1. *L.* 6. §. 2. *ad L. Jul. repetund.* (1).

Sed in summa in hoc ventum est, ut non quodcunque munus, id et donum accipiatur:] Ut cum dicimus *publica munera.* Recte Bachov. *ad Treutl. Vol.* II. *Part.* II. *Disp.* 19. *Thes.* 2. *Lit. E. p.* 79. D. Gothofr. *in not.* Hotoman. *ut quodcunque munus* etc.: male.

At quod donum fuerit, id munus recte dicatur.] D. Goth. *in not. at non quodcunque fuerit:* et hoc male (2).

(1) Add. Cujac. *ad L.* 194. *h. t.* De *Lege Julia repetundarum*, in qua *doni munerisque* mentio, Marcianum forte hic agere, notavit quoque P. Burgius, *Elector. Cap.* 18. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 359.

(2) Car. God. Winckler. *Opusc. Vol.* II. *p.* 101. legere: *an, quod donum fuerit, id munus recte dicatur?* notat Cramer. *h.* Sed, nec hoc melius.

L. CCXV.

Potestatis] Quo verbo usa videtur *Lex Fusia Caninia.* Etiam Princeps eam dubio procul habet; male tamen *vulgatam* lectionem inde explicat in *L.* 26. *de pignor. et hypoth.* (1) Merillius, *Variant. ex Cujac.* III. 13.

(1) Ad quam vid. notata. Ad seqq. verba: *in L. Aquinia* etc. vid. Adr. Pulv. *de rei furtiv. prohib. usucap. Cap.* 15. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 340.

L. CCXVI.

Ulpianus *Lib.* I. *ad Legem Æliam Sentiam* (1).] De qua Paulus, *in Sent.* IV. 12.

Verum est, eum, qui in carcere clusus est, etc.] Haec *Lex* usum non habet *jure novo.* Balduin. *in Justinian. Lib.* III. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 1154.]

(1) „Pertinet ad servos, quos poenae caussa a domino vinctos, *Lex Ælia Sentia* alios, quam *Dedititiorum* numero fieri, si manumitterentur, vetat. Inde tanquam in re odiosa restricta sunt *vincula*, quorum appellatio in aliis latius patet. *L.* 9. *ex quib. causs. major.* Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 1. §. 11. *not.* 38. et *ad Tit. Pand. ex quib. causs. major.* §. 5. Noodt. *ad eund. Tit.* Vs. *Ut initio dixi* etc." Rucker. *in not. MSS.* add. Ant. Augustin. *Emend.* I. 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1455. Cujac. *h.* Jo. Mercer. *Conciliator. p.* 112. Pothier. *h. t. num.* 234.

L. CCXVII.

Javolenus *Lib.* I. *ex Posterioribus Labeonis.*] Vid. Cujac. *h.*

In-

Inter illam conditionem, etc.] Qua quid facere debet (1).

(1) Veluti, *si, cum fari potuerit, aut postquam fari potuerit, Capitolium adscenderit.* Ita Cujac. *h.* Aliter Goedd. *h.* et Merill. *Obs.* VI. 8.

L. CCXVIII.

Papinianus *Lib.* XXVII. *Quaestionum.*] Agens de *formula* forte stipulationis *dare facere oportere* (1).

Verbum facere etc.] Generaliter sumtum: *hic* enim plus est, quam *factum* (2).

(1) Add. Cujac. et Goedd. *h.*
(2) De verbo *facere* quaedam Forner. *Selection.* I. 15. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 25. et Otto, *in Alfen. Var. Cap.* 5. §. 4. in *eod. Thes. Tom.* V. *p.* 1657. *seq.* — Ad seq. *L.* 219. vid. Cujac. *ad Lib.* II. *Papinian. Responsor. in expl. h. l.* et Ches. *Different. Jur. Cap.* 55. *num.* 9. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 795.

L. CCXX.

Callistratus *Lib.* II. *Quaestionum.*] Junge *L.* 48. *solut. matrimon.* (1).

Hos enim omnes suorum (2) *appellatione Lex* XII. *Tabb. comprehendit.*] Ex *Prudentum interpretatione.* Jac. Gothofred. *in not. ad LL.* XII. *Tabb. Tab.* V.

Totiens enim Leges etc.] In *genere*, non tantum *Lex Julia et Papia*, uti vult Merill. *Obs.* V. 10. (3).

Sed solis his succurrent, quos nominatim enumerent.] Uti *Lex Julia et Papia*, quae *jus antiquum* [id est, *jus accrescendi*] liberis et Parentibus testatoris dedit usque ad tertium gradum. Vid. Ulpian. *Fragm. Tit.* 18.

(1) Add. Cujac. *ad L.* 104. *h. t.* Labitt. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 10. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 41. Merill. *ad Callistr. Libb. Quaestion.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 628. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 5. §. 175. *p.* 542. Aliter Goedd. *h.* Vid. et de hac Lege Averan. *Interpr. Jur.* III. 26.

(2)

(2) Al. *liberorum.* Vid. Brencm. et Cramer. *h.* Male. Conf. Gajus, *in Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 16. §. 2. et Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *h. not.* 81. *p.* 171. Ceterum Trotz. *Memor. propag.* I. 2. §. 5. *p.* 125. his verbis subjungit verba §. 2. *D. quoque Marcus rescripsit*, etc. An sub appellatione Belgica *Kinderen* quoque contineantur *nepotes*, etc. vid. Sand. *Decis.* IV. 5. *Defin.* 10. *et seq.* Add. Voet. *ad Tit. Pand. ad SCtum Trebell. num.* 22. Zach. Huber. *Obs. rer. judic. Tom.* II. *Obs.* 1. van der Keessel, *Thes. Select. Jur. Holland. et Zeland. Thes.* 304.

(3) Etiam Franc. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap.* II. 7. *num.* 3. in Thes. Meerman, *Tom.* V. *p.* 138. Rectius Schultingius. Sequitur: *praestitum voluerint*, id est, dari aliquid voluerint, Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 15. *p.* 301.

§. 1.

Nepotes quoque ex filiis contineri,] Vid. ad *L.* 84. *h. t.* (1).

Filii enim appellatione saepe *et nepotes accipi*,] Non *semper*; nec fratris filiis vocatis *nepotes* admittendi. Vid. Cujac. *Consultat.* XLII.

(1) Add. Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* II. *p.* 261. *seqq.* ubi hunc §. explicuit.

§. 3.

Qui liberorum procreandorum animo et voto uxores ducunt (1),] Vid. Gell. *Noct. Attic.* IV. 3. Cujac. *ad Cap. ult. X. de conditionib. appositis.* Hotoman. *de Vet. ritu nupt. Cap.* 3. *et* 22. ubi putat, eas tantum, quae *usu* ducebantur, ad finem hunc receptas. Male. Add. Liv. *Epit. Libri* 59. Vid. et de *hoc voto.* Fest. voc. *quaeso.* Ulpian. *in Fragm. Tit.* 3. §. 3. (2). Justin. Martyr. *Apolog.* I. 71. Additum *tabulis nuptialibus*, Augustin. *de Civit. Dei*, XIV. 18. *Contra votum* vero veniunt liberi in *illegitimis* conjunctionibus. Augustin. *Confess.*

fuif. IV. 2. [*Oper. Tom.* I. *p.* 70. edit. Antwerp. 1700.] *Ut ex prole eorum, earumve diuturnitatis nobis memoriam in aevum relinquamus.*] Inde *liberi* dicuntur *monumenta.* Merill. *Obf.* III. 7. (3).

(1) Pothier. *h. t. num.* 98. verba: *parentes pios, qui liberorum — uxores ducunt,* parenthesi includit, referens ea ad praecedens τὸ *nos,* quasi dicere voluerit JCtus: *nos, inquam, parentes pios, qui* etc.

(2) Ubi vid. Schulting. *not.* 14. *et* 15. add. Noordkerk. *Obs. Cap.* 7. *p.* 133. *seq.* Inde ipsi liberi *vota* vocantur. Vid. Oudendorp. *ad Appulej. Metam.* IV. 81. *p.* 295. et Gronov. *Obs.* III. 25. *p.* 493. Sequitur: *nec enim dulciore nomine* etc. Vid. ad haec Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1389. qui *ibid. p.* 1368. docet, *concipere* et *parere* etiam de *viris* dici.

(3) Et *ad Callistr. Libb. Quaestion.* in Thef. Otton. *Tom.* III. *p.* 629. add. Trotz. *Memor. propag.* I. 2. *p.* 95. *seqq.*

L. CCXXI.

PAULUS *Lib.* X. *Responsorum.*] Junge *L.* 12. *de tutelis. L.* 25. *de tutorib. et curat. dat. L.* 3. *qui pet. tut. vel curat. L.* 100. *de solutionib.* (1).

Falsum tutorem eum vere dici, qui tutor non est,] Bynkersh. *Obs.* III. 13. *eum dici, qui vere tutor non est* (2).

(1) Add. Goedd. *h.* Ad Tit. *quod falso tutore auctore* refert Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. Responsor. in expl. h. l.*

(2) Aut alioquin *vere* hic accipiendum pro *recte*, uti alibi. Vid. Bynkersh. *d. loc.* Quod praefert Gluck. *ad Tit. de eo qui pro tutore* etc. §. 1372. *not.* 5. *p.* 302. S. Cruc. 11. *eum debere dici.* Vid. Brencm. et Cramer. *h.* Sequitur: *sive habenti tutor datus est, sive non.* Al. *si non habenti tutorem.* Al. *sive habenti tutorem.* Vid. Cramer. *h.* Sed quamcunque lectionem accipias, veram manere interpretationem Pothierii, *h. t. num.* 94. *nec referre, pupillus alium verum tuto-*

to-

torem habuerit, an nullum, recte monuit Gluck. *loc. modo laud. not.* 6.

L. CCXXII.

Et tam corpora, quam jura continentur.] Nihil muto (1), saepe ita ordo invertitur (2).

(1) P. Faber: *tam jura quam corpora.* Vid. D. Goth. *in not.*

(2) Vid. notata superius ad *L.* 1. *h. t.* Commentatus ad hanc Legem est Jos. Finestr. et Monzalv. *in Hermogen. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 656. *seqq.* qui *ibid. p.* 224. eam refert ad Tractatum *de pecunia constituta.*

L. CCXXIII.

Paulus *Lib.* II. *Sententiarum.*] Agens de *tutelis* (1). *Latae culpae finis* etc.] Id est, *definitio.* Sic Quinctilian. *Instit. Orator.* V. 10. et VII. 3. (2).

(1) Add. Cujac. *ad L.* 213. *h. t.* et *Obs.* VII. 8.

(2) Et *ibid.* II. 16. *in init. finis Rhetorices.* add. Schulting. *ad Paull. Sentent.* II. 4. *not.* 24. Aliter Ant. Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 76. *error.* 1. *in pr.* qui hoc sic interpretatur: non potest lata culpa extendi longius, quam ad eum usque gradum negligentiae et ignorantiae, ut quis non intelligat id, quod omnes intelligunt. Aliter rursus Greg. Lopez. *Animadv. Jur. Civ. Cap.* XVII. *num.* 11. *seqq.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 469. *seq.*

§. 1.

Amicos (1) *appellare debemus*, etc.] Facit huc *L.* 2. *pr. qui pet. tut. vel curat.* et Cicer. *de Petition. Consulat. Cap.* 4.

(1) Quare in materia de *tutelis* quaeri potuerit de *amicis*, docet Cujac. *locc. modo citt.* Vid. tamen Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 28. *not.* 3. et Goedd. *h.* Sed Cujacium laudat et sequitur Heinr. Ed. Dirksen, *Versuche zur Kritik und Auslegung der Quellen des Röm. Rechts*, *p.* 89. ubi plura de *amicis*. Vocem *familia-*

ritatis post τὸ *jure* transponit Rittershus. *ad Pauli Sent. d. loc. not.* 4.

L. CCXXIV.

VENULEJUS *Lib.* VII. *Stipulationum.*] Cujacius [*ad L.* 216. *h. t.*] refert ad Edictum *ex quib. causs. major.* Quod non video, etsi in Edicto illo *vincula* occurrant hoc sensu (1).

Vinculorum appellatione, vel privata, etc.] Quae hoc tempore in usu fuisse videntur. Rad. Forner. *Rerum Quotidian.* III. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 205.] (2).

Significant:] Rob. Steph. (3) *significantur*: recte.

(1) Ad Tractatum *de fidejussoribus* refert Goedd. *h.*

(2) De vinculis *publicis* et *privatis* vid. et Petr. Pantoja de Ajala, *de Aleator.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 931. *seq.*

(3) Etiam Al. Vid. Brencm. et Cramer. *h.*

L. CCXXV.

TRYPHONINUS *Lib.* I. *Disputationum.*] Junge *L.* 5. *de fugitiv.* (1).

Sed qui ipso facto fugae initium mente deduxerit:] Rob. Steph. (2) *sed qui in ipsum factum fugae, vitium mentis deduxerit.* et sic Constantinaeus, *Subtil. Enodat.* II. 25. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 598.] quasi nove. Cujacius *Florentinam* lectionem tuetur, quae tamen Latinas aures offendit. An pro *initium mente deduxerit* legendum: *in actum mentem deduxerit?* (3).

Ut etiam is,] An excidit *sit*? (4).

Si modo ejus mentis sit, ut occasione data id commissurus sit:] Vid. Senec. *de Benefic.* V 14. Pricaeus, *ad Matth.* V. 28. *in fin.*

Sed cum aliquo actu intelligi constat.] Vid. M. Senec. *Contr.* II. (5). Ceterum Plinius, *Hist. Nat.* XXVIII. 2. refert, servos tales, si nondum urbem essent egressi, Ves-

ta-

talium precatione retentos fuisse credi; sed hoc illis relinquimus.

(1) Ad *Aedilitium edictum* refert Cujac. et Goedd. *h.*
(2) Et Vulg. Vid. Brencm. *h. Vitium* pro *initium* etiam Gul. Forner. *Selection.* III. 50. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 121.
(3) Sed, an quidem satis Latinum quoque est *deducere mentem in actum?* Praeterea, admissa Schultingii emendatione, vel Stephani lectione, prorsus perit illud *fugae initium*, quod tamen, ni fallor, emphasin aliquam *hic* habet. Vult enim JCtus dicere, *fugitivum*, adeoque *vitiosum*, servum non haberi, qui fugiendi tantum consilium animo agitaverit, aut natura sua in fugam pronus sit; sed qui vitium mentis *ipso facto* demonstraverit, *fugam parans*, et *in ipsa fuga paranda deprehensus*, etiamsi nondum aufugerit. Licet itaque nec ego existimaverim, Trebatium aut Servium Sulpicium ita locutos fuisse, puto tamen, Tryphoninum, recentioris aetatis JCtum, ita scripsisse, uti *Florentiae* legitur, et *ipso facto fugae initium mente deducere*, dixisse pro *consilium, quod animo servus habuerit, ipsa fuga paranda*, id est, *initio fugae, prodere et probare.* Ceterum Haloander edidit: *qui in ipso facto.* Male. Vitium forte inde natum, quod Florent. τῷ *qui* otiosa manus adscripsit literam *n.* Vid. Brencmann. *h.* Ad verba: *ex animi propositione*, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 386.
(4) De varia hujus loci lectione vid. Cramer. *h.*
(5) Add. Bynkersh. *Obs.* III. 10.

L. CCXXVI.

Magna negligentia (1) etc.] Vid. Merill. *Differ. Juris*, *Cap.* 12.

(1) „*Magna*, non maxima, *negligentia culpa est*, scil. levis: nam eam culpa simpliciter posita significare solet. *Magna* vero, seu lata, *culpa dolus est*, scil. praesumtus. Ita Alciatus, *h.* [add. Noodt. *Probab.* I. *ult.* §. 10.] At Alber. Gentil. *h.* ait: *magna negligentia culpa est*, scil. lata; nam negligentia quaelibet est culpa. *Magna*, id est, affectata, *culpa dolus est*: nam in latiore aut lata non est dolus, etsi quid dolo

 proxi-

proximum. Denique Goeddaeus, *h.* *Magna negligentia*, quae summi gradus est, *culpa est*, scil. lata. *Magna culpa*, quae latam nimirum excedit, *dolus est*, aut eum certe repraesentat." Voorda, *in not. MSS.* Merillius, *loc. laud.* significari putat, magnam negligentiam esse magnam culpam, et magnam culpam esse dolum. Secundum Hasse, *die culpa des Röm. Rechts*, *Cap.* 6. §. 64. *p.* 276. sensus est: *grosse nachlässigkeit ist immer schuld, obwohl kleine es nicht immer ist; grosse schuld aber, also, da grosse nachlässigkeit, wen sie schuld ist, nur grosse schuld seyn kann, auch diese, ist immer dolus.* Ceterum, quatenus *lata culpa* possit dolo aequiparari, late disquirit Gluck. *ad Tit. de pactis*, §. 323. *p.* 339. *seqq.* ubi etiam alii laudantur. add. Langl. *Semestr.* VIII. 15. et in primis Hasse, *loc. modo laud. Cap.* 3. *p.* 96. *seqq.*

L. CCXXVII.

Idem *Lib.* II. *Manualium.*] Vid. Merill. *Differ. Juris*, *Cap.* 25. (1).

Eum, quem etc.] Florent. *tum, quem* etc. (2).

(1) Ubi in rationem inquirit, quare nullum *ex Libro tertio Manualium Pauli* Fragmentum in Pandectis exstet: sed de ipsa *L.* 227. agit *praeced. Cap.* 24. eamque pertinere ad edictum *de bonorum possessione unde legitimi*, ajunt Cujac. et Goedd. *h.*

(2) Vid Augustin. *Emend.* III. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. 1505. *Eum*, Rehd. Vulg. Hal. Vid. Cramer. *h.* Sequitur in §. 1. *Immo non tantum proximus heres, sed etiam scriptus.* „ Haec sic accipienda: immo is, qui non tantum proximus heres est, sed etiam scriptus est. Ut scil. excludantur dominus, qui per servum, et pater, qui per filiumfam. institutum heres factus est. Vid. *L.* 3. *L.* 8. §. 1. *de vulg. et pupill. subst.* Conf. Alciat. *h.* quem tamen hoc nomine, sed immerito, reprehendit Alb. Gentil. *h.*" Ita Voorda, *in not. MSS.*

L. CCXXVIII.

Idem *Lib. Sing. de Cognitionibus.*] Junge *L.* 29. *de* *tu-*

tutorib. et curat. dat. Egit de *muneribus publicis.* Add. Jac. Gothofred. *ad L. 2. Cod. Theod. de Decurionib.* [*Tom.* IV. *p.* 362.] (1).

(1) Sequitur: *qui in eod. municipio nati sunt.* Sic quoque Isidor. *Origin.* IX. 4. add. Jos. Fern. de Retes, *de interd. et releg.* I. 4. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1204.

L. CCXXIX.

Transacta finitave etc.] Vid. *L. seq.* (1).

(1) Add. Cujac. *h.* et *ad L. 42. §. 1. de jur. fisc.* et Goedd. *h.*

L. CCXXX.

Ut sunt judicio terminata etc.] Vid. *L. praec.*

L. CCXXXI.

Idem *Lib. Sing. ad SCtum Tertullianum.*] Junge *L.* 5. *ad SCtum Tertullian.*

Quod dicimus, eum, qui nasci speratur, pro superstite esse, etc.] Et matri obstare (1).

(1) Quo minus scil. ad successionem ab intestato v. gr. filii defuncti, qui *praegnantem uxorem* reliquit, admittatur. Conf. *L. 5. all.* et §. 3. *Inst. de SCto Tertullian.* Additur: *aliis autem non prodest, nisi natus.* Ergo non prodest matri ad *jus trium vel quatuor liberorum* consequendum. Conf. §. 2. *Instit. eod.* unde hanc Legem explicandam dixit Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de statu homin.* §. 1.

L. CCXXXII.

Gajus *Lib.* I. *de Verborum Obligationibus.*] Junge *L.* 70. *de fidejussorib.*

Et aestimationis] *Id quod interest*, intelligit Cujacius, *h.* optimo sensu (1).

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 169.

L. CCXXXIII.

Si calvitur (1),] Vid. Non. Marcell. *h. v. p.* 6. Plaut. *in Casin. Act.* II. *Scen.* 2. *vs.* 4.

Sopor manus calvitur.

Et moretur,] Al. *id est*, *moretur* (2), vel *est moretur*. Vid. Menag. *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 39. *voc. Calumniatores. p.* 265.

Inde et Calumniatores (3) *appellati sunt*, *quia per fraudem*, etc.] Ita *calumniari* apud Ciceronem, *Orat. post redit. in Senat. Cap.* XI. ubi vid. Hotoman.

(1) Hoc verbum ex LL. XII. Tabb., reliqua duo sunt Gaji, Ant. Govean. *Var. Lection.* I. 32. Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1371. De verbo *calvitur* plura Idsing. *Varior. p.* 57. *seqq.* et auctor. ibi laudd.

(2) Ita etiam Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. Tab.* I. *in probation.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 78. aliique plures. Vid. Cramer. *h.* et Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 146. Pro *et* recte alios emendare *id est*, vel *est*, observavit quoque Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de in jus voc.* §. 1. *Est*, Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Sign.* voc. *calvitur.* Sed H. J. Arntzen. *Diss. ad. L.* 2. *de in jus voc. Cap.* 2. *p.* 263. nihil mutandum putat, sed *et* accipiendum pro *id est.* Pari modo Gluck. *Opusc. Jurid. Fasc.* II. *p.* 312. *in not.*

(3) De his plura apud Brencman. *de L. Remm. exitu*, *Cap.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1582. *seqq.*

§. 1.

Post Calendas Januarias die tertio pro salute Principis vota suscipiuntur (1).] Inde *dies votorum*. Vid. Casaubon. *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 24. *Vota*, Capitolin. *in Pertinac. Cap.* 6. (2). Per Consules facta. Lamprid. *in Heliogab. Cap.* 15. De *votis* autem *hic* mentio, tanquam *causa vadimonii deferendi* (3). Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. Tab.* II. *in probationib.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 83.]

Post

Post Calendas Januarios die (4) *tertio*] Dion. Gothofred. *in not.*: *Haec tria sunt eadem, tertio Nonas, ante diem tertium Nonas, post Kalendas Januarias die tertio.* Eodem modo Leonin. *Emend.* V. 3. quod non probo (5).

(1) Quem morem etiam sub Principibus Christianis perseverasse, ex *L.* 1. *Cod. de oblat. votor.* observat Pothier. *Tit. de reg. jur. num.* 1180. add. Jac. Gothofred. *ad L.* 112. *Cod. Theod. de Decurionib. Tom.* IV. *p.* 484. De forma Principi salutem precandi quaedam habet Marq. Freher. *Parerg.* I. 6. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 869.

(2) Ipsum hunc diem *vota* per excellentiam dictum fuisse, erudite docet Schegk. *ad Vell. Paterc.* II. 48. 2. ed. Burm. *p.* 334.

(3) Sed vid. Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 196. In ipsis LL. XII. Tabb. de *vadimonio*, ejusque deferendi caussis legitimis actum non fuisse, docuit Bav. Voorda, *Diss. de Vadimonio*, *Cap.* 2. in Jurispr. antiq. Fellenberg. *Tom.* II.

(4) Non ipsis Kalendis, sed die tertio post Kalendas, seu tertio Nonas Januarii. Vid. Schegk. *loc. modo cit.* add. Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de feriis*, *Tom.* I. *p.* 141. et Otton. *de Aedilib. Colon. et Municip. Cap.* XI. §. 5. *p.* 389. Sed discrepare non nihil auctores, et verisimile esse, celebritatem illam triduo durasse, notat Torrent. *ad Sueton. in Neron. Cap.* 46. edit. Burm. *Tom.* II. *p.* 107.

(5) Vid. notata superius ad *L.* 132. *pr. h. t.* add. Corrad. *Quaestur. p.* 17. *seqq.*

§. 2.

Telum] Cujus meminere XII. *Tabb.* in Lege de *fure diurno.* Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. Tab.* II. *in probationib.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 86.] (1).

(1) Et Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in *eod. Thes. Tom.* IV. *p.* 1373. Non tamen de *furto* in LL. XII. Tabb. *Tab.* II. actum, putat Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb. Cap.* 4. *p.* 112 *seqq.* Sequitur: *admonet nos Ξενοφῶν*, etc. Locum esse in *Lib.* V. *ἀναβάσεως*, jam monuerunt Menag. *Amoen. Jur. p.* 378. et Ant. Au-

gustin. *Emend.* IV. 5. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1534. Vid. omnino de hoc loco, quae Heinrichius scripsit ad Cramerum, ab eoque inserta *notis suis ad h. l.*

L. CCXXXIV.

IDEM *Lib.* II. *ad Legem* XII. *Tabularum.*] *Illam*, ut videtur, *adversus hostem aeterna auctoritas esto* (1).

Quos nos hostes *appellamus*,] Verbo miti (2). Cicer. *de Offic.* I. 12. ubi vid. Comm. Sic Lacedaemoniis ξένοι, teste Herodoto (3).

Eos Veteres perduelles *appellabant*,] Ita damnati *perduellionis* dicti *hostes*. Tertullian. *Apologet.* Cap. 35. ubi Herald. (4).

(1) Vid. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. Tab.* III. *in not.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 165. et Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb.* *Cap.* 7. *p.* 222. *seq.* et *Cap.* 8. *p.* 263.

(2) Antiquis enim *hostis* erat peregrinus. Vid. Cicer. *loc. cit.* Add. Varron. *de Ling. Latin. Lib.* IV. *in pr.* Qua prisca significatione nomen *hostis* etiamnum occurrere videtur apud Plaut. *in Rudens.* *Act.* II. *Scen.* 4. *vs.* 21.

AM. *Cur tu aquam gravare, amabo, quam hostis hosti commodat?*

SC. *Cur tu operam gravare mihi, quam civis civi commodat?*

et *in Trinumm.* *Act.* I. *Scen.* 2. *vs.* 65.

Hostesn' an cives comedis, parvi pendere.

(3) *Lib.* IX. *Cap.* 11. Qui locus Herodoti tamen minus ad hanc rem pertinet, quippe hoc unum monentis, ξένους Lacedaemoniis dici eos, qui sunt βάρβαροι, non item addentis, ξένους ab iis vocari eos, qui sunt πολέμιοι.

(4) Add. Brisson. *de Formul. Pop. Rom.* II. 162. *seq.* et Bynkersh. *Obs.* V. 22. Additur: *per eam adjectionem indicantes*, etc. Vid. Menag. *Amoen. Jur.* *Cap.* 39. *p.* 522. et Scip. Gentil. *Orig. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1562.

§. 1.

§. 1.

Locuples (1) *est*, etc.] Vid. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. Tab.* III. *in probationib.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 91.] (2).

(1) Cajum *assiduus* scripsisse, putat Nic. Catharin. *Obs.* II, 6. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 779.
(2) Add. tamen Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb. Cap.* 7. *p.* 219. Pro *satis idonee* Al. habere: *satis et idonee*, et etiam Graecos, notat Cramer. *h.*

§. 2.

Verbum vivere etc.] In *LL.* XII. *Tabb. Tab.* III. *suo vivito* (1).

Ofilius ad Atticum] *Ad Appium*, vel *ad Attilium*, Scip. Gentil. *de Aliment. Cap.* 2. [*Oper. Tom.* III. *p.* 549.] Pro *Vulg.* vid. Menag. *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 42. (2).

Et stramenta] Sed vid. *L.* 45. *h. t.* Verum in XII. *Tabb.* sub verbo *victus* potuerunt et *stramenta* contineri, licet non item in *Edicto*.

(1) Add. Jac. Gothofred. *loc. modo laud. p.* 92. et Dirksen. *loc. modo cit. Cap.* 8. *p.* 251. Vid. et Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 229. *not.* 1. et Gluck. *ad Tit. de agnosc. et alend. liber.* §. 1285. *p.* 54.
(2) Qui olim conjecerat *ad edictum*, sed dein putavit nihil mutandum. add. Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 149. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1281. et Otton. *in Vit. Serv. Sulpic. Cap.* 8. §. 3. in *Thes. Jur. Tom.* V. *p.* 1611. *seq.*

L. CCXXXV.

IDEM *Lib.* III. *ad Legem* XII. *Tabularum.*] Jac. Gothofred. *ad. LL.* XII. *Tabb. Tab.* VI. *in probationib.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 111.] refert ad *usucapionem rerum mobilium* (1).

(1) Add. tamen Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb.* *Cap.* 12. *p.* 409. De discrimine hoc verborum *ferri*, *portari*, *agi*, disputant VV. DD. *in Opusc.* *de Latin. Vett. JCtor.* *p.* 178. *seqq.* De verbo *agi* vid. et C. F. Walch. *Opuscul.* *Tom.* I. *p.* 110.

§. 1.

Fabros tignarios] Flor. *lignarios* (1). Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb.* *Tab.* VI. *in probationib.* *p.* 112. refert ad *tignum junctum* (2).

(1) Pro *tignarios* vel *lignarios* secundum Gul. Forner. *Selection.* III. 30. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 121. Dubiam hanc lectionem dicit Heinecc. *ad Brisson. de verb. signif.* voc. *Faber.* Sed *tignarios* legendum, ait Cujac. *ad L.* 62. *h. t.* eamque lectionem in contextum recepit Cramer. *h.* add. Paul. *Sent.* III. 6. §. 50. ibiq. Schulting.

(2) Vid. et Dirksen. *loc. modo laud.* *Cap.* 12. *p.* 434.

L. CCXXXVI.

Idem *Lib.* IV. *ad Legem* XII. *Tabularum.*] *Illam* in *Tab* VII. (1) *quive malum carmen incantassit*, *malumve venenum faxit*, *duitve.* Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb.* *Tab.* VII. *in probationib.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 123.]

Qui venenum etc.] Juxta quosdam id tantum, quod mortiferum est, Quinctilian. *Declam.* 14. cui recte contradicitur. *Veneni* appellatio media est. Dion. Gothofred. *in not.* (2). (De cujusmodi verbis mediis vid. Eundem, *ad L.* 1. §. 3. *de servo corrupt.*) Vid. et Quinctilian. *Declam.* 246. et apud Eundem, *Declam.* 350. quaeritur, an comprehendatur sub eo *aqua frigida*, qua quis periit.

Adjicere debet, utrum malum, an bonum:] Alioquin volunt *caussa cadi.* Cyriac. *Controv.* 485. *num.* 4. *seqq.* sed id in quavis lingua non procedit (3).

Unde adjectione alterius nominis distinctio fit.] Flor. *nomine:* male. *Nominis* et Rob. Steph. (4) et sic bene

Jac.

Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. loc. cit.*

Admonet nos summus apud eos poëtarum Homerus (5), *etc.*] Sic et Apollon. Rhodius, *Argon.* III. *vs.* 801. *et seq.*

ῬΗ, καὶ φωριαμὸν μετεκίαθεν, ᾗ ἔνι πολλὰ
φάρμακά οἱ, τὰ μὲν ἐσθλὰ, τὰ δὲ ῥαιστήρι᾽ ἔκειτο.

[*Dixit et abiit allatum arculam, in qua multa*
Venena ei, partim bona, partim noxia posita erant.

edit. Jo. Shaw.] Quod, et alia habet quoque Scip. Gentil. *Parerg.* II. 14. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1331. *seq.*]

(1) *Tab.* VIII. Dirksen. *loc. laud. Cap.* 15. *p.* 619. *seq.*

(2) Add. Brisson. *de Verb. Sign.* in voc. Nic. Catharin. *Obs. et Conj.* IV. 3. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 791. Burman. *ad Quinctil. Declam.* 15. *Cap.* 5. *p.* 310. qui notat, JCtos propterea passim addere epitheton *mali* vel *boni*. Non tamen hoc esse sine exceptione, docet Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 15. *p.* 302. Plura hac de re H. G. van Vryhoff. *Diss. ad L.* 6. §. 5. *de division. rer.* etc. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 209. *seqq.* ubi hanc Legem explicuit.

(3) Sequitur: *cum id quod nos venenum* etc. Al. *quin id* etc. Vid. Cramer. *h.* qui putat, locum hunc tantum paulo aliter interpungendum esse, et post *mutat* ponendum (.).

(4) Etiam Vulg. et Al. Vid. Cramer. *h.*

(5) De hoc loco Homeri van Vryhoff. *loc. modo laud.* ejusque varias versiones Latinas refert Cramer. *h.* De auctoritate Homeri apud JCtos vid. Scip. Gentil. *Parerg.* II. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1319. *seq.* et Sam. Fermati, cujus de hoc argumento Dissertatio exstat in *Supplem. Thes. Meerman. p.* 537. *seqq.* (De utroque hoc opere Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 43. *p.* 427.) Vid. et Eckhard. *Herm. Jur.* I. 3. §. 106.

§. 1.

Glandis appellatione etc.] In *LL.* XII. *Tabb. Tab.* VIII.

VIII. de *glande legenda.* Ad quam vid. Jac. Gothofred. *in probationib. p.* 128. (1).

Apud quos (2) *omnes arborum* species] Id est, *fructus.* Vid. ad *L.* 26. §. 1. *Cod. de usuris* (3). Nihil est mutandum (4).

'Ακρόδρυα, *id est* (5), *extremitates arborum*,] Immo, *fructus.* Vid. Menag. *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 33. *p.* 198. *seq.* (6).

(1) Et Dirksen. *loc. laud. Cap.* 14. *p.* 494.

(2) *Exemplo Graeci sermonis, apud quos* etc. Loquendi ratio, Veteribus JCtis familiaris. Vid. J. B. Koehler. *Interpr. et Emend. Jur. Rom.* I. 4. *p.* 24. et notata superius ad *L.* 1. *pr. de pactis.*

(3) Ad cujus Legis verba: *in trajectitiis autem contractibus, vel specierum foenori dationibus*, sequentia notavit Schultingius: *Per* SPECIES *intelligit Imp. res fungibiles praeter pecuniam. L.* 16. *L.* 17. *Cod. eod. Bachov. ad Treutl. Vol.* II. *Part.* I. *Disp.* 3. *Thes.* 4. *lit. f. p.* 131. *Nov.* 32. *Cap.* 1. *et quidem* FRUGES, *Graeci* καρπῶν. *Ita vocem* species *usurpat D. Hieron. in Ezechiel.* VI. 18. *Locum habet quoque Jac. Gothofred. ad L.* 1. *Cod. Theod. eod. Vid. omnino Fabrot. ad Cujac. Paratitl. ad eund. Tit. Cod. Amm. Marcellin.* XXIII. 2. *Ergo nihil mutandum in L.* 236. *in fin. de verbor. signific.*

(4) Al. pro *arborum species* legunt: *baccarum*, aut *fructuum species.* Posterius mavult Menag. *loc. laud.* Heinrichius, *arborum fetus.* Vid. Cramer. *h.* qui ipse rectius receptam lectionem defendit, *in Supplem. ad Brisson. de Verb. Sign. Spec.* 1. *p.* 40. provocans quoque ad locum Hieronymi, a Schultingio etiam laudatum.

(5) Flor. haec interpretatio abest.

(6) Secundum quem ἀκρόδρυα hoc loco sunt fructus ipsi, poma, nuces, glandes, e ramo pendentes.

L. CCXXXVII.

IDEM *Lib.* V. *ad Legem* XII. *Tabularum.*] *Illam* in *Tab.* X. *Rogum bustumve* etc. *si dominus nolet, ne adjicito.*

in. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. Tab.* X. *in probationib.* [*p.* 158. et *in not. ad Tab.* X. *p.* 186.] (1). Aliter Dion. Gothofred. *in not.*

(1) Add. tamen Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb. Cap.* 18. *p.* 693.

L. CCXXXVIII.

Idem *Lib.* VI. *ad Leg.* XII. *Tabularum.*] Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. Tab.* XI. *in probationib.* [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 159.] (1) accipit de Lege, *nuptias Patriciorum cum plebe* vetante.

(1) Vid. et Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb. Cap.* 20. *p.* 704.

§. 1.

Detestatum etc.] Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. Tabb.* XI. *in probationib. p.* 140. refert ad *sacrorum detestationem* (1). Quod Cujacius *h.* ait, esse *testationem alteri factam, ut sacra susciperet.*

(1) Sed vid. Dirksen. *loc. modo laud. Cap.* 19. *p.* 701. *seq.*

§. 2.

Pignus (1) *appellatum a pugno:*] A *pago* vel *pigo* Scaliger. *Scaliger.* I. *p.* 85. Add. Menag. *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 323. (2). Pignoris notam fuisse manus compressionem, putat Gravina, *Origin. Jur. Civ. p.* 459. [edit. Lips. 1708.]

Unde etiam videri potest, verum (3) *esse, quod* (4) *quidam putant, pignus proprie rei mobilis constitui.*] Vid. et Salmas. *de Modo usur. Cap.* 12. *p.* 490. [et *Cap.* 15. *p.* 638.] etsi non semper recte. Interdum tamen res non traditur. Bachov. *de Pignorib.* I. 1. Pignus vero tale dicitur et *pignus depositum.* Vid. Paul. *in Sent.* II. 5. *pr.* (5). Jan. a Costa, *ad* §. 7. *Instit. de actionib.*

(1) Vid. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb. ad Tab.* XII.

XII. *in probation.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1591 et Dirksen. *loc. laud. Cap.* 21. *p.* 707.

(2) Et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 75. §. 1. Etymologiam *pignoris* Gaji Doctos plerosque rejicere, monuit quoque Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 236. *not.* 1.

(3) Juxta hanc etymologiam, quam vulgo probabant Schulting. *loc. modo cit.* §. 4. Pro *verum* Flor. factum *verbum*. Vid. Brencm. *h.*

(4) Ita Vulg. Hal. Al. Vid. Brencm. et Cramer. *h.* Flor. *quod* abest.

(5) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 4. *not.* 2. Hinc *depositio pignoris* apud Isidor. *Origin.* V. 25. De quo loco Isidori vid. Herm. Cannegieter. *Obs. Jur. Rom. p.* 326. *seq.* et Jo. Cannegiet. *Obs. Cap.* 17. *p.* 150.

§. 3.

Noxiae] Basilic. νόξιας (1).

(1) *Noxae* etiam Vulg. et Al. Vid. Cramer. *h.* De *noxae* et *noxiae* discrimine vid. notata superius ad *L.* 1. §. 1. *si quadr. paup. fec. dic.* Vid. ad hunc §. Jac. Gothofred. *loc. supra laud. in probation. ad Tab.* XII. *p.* 142. et Dirksen. *loc. cit. Cap.* 22. *p.* 710.

L. CCXXXIX. (1).

(1) *Pupillus est*, etc. Vid. Goedd. *h.* et Reinold. *ad Mercer. Conciliator. not.* 102. Sequitur in §. 1. *Servorum appellatio* etc. Vid. Interpp. *ad.* §. 3. *Inst. de jur. person.* In verbis *Imperatores nostri* τὸ *nostri* rectius abesse, ait Forner. *h.* Abest apud Hal. et ab Hafn. Vid. Geb. et Cramer. *h.*

§. 2.

Incola est, etc. (1).] Vid. Mevium, *ad Jus Lubec.* I. 2. *pr. num.* 53. *seqq.* ubi et de iis, qui officii caussa alicubi sunt: de quibus et *Art.* 2. *d. tit.*

Πάροικον, *id est* (2), *juxta habitantem*,] Non bene.

Qui alicujus oppidi etc.] Rob. Steph. (3) *qui in alicujus oppidi* etc.

(1)

(1) Sequitur: *domicilium suum contulit. Domicilium tulerunt*, Paulus, *in L.* 22. §. 2. *ad Municipal.* ubi vid. notata. add. Schulting. *ad Paul. Sent. Tit. ad municipal.* §. 3. *not.* 7. in *Jurispr. antejustin. p.* 214.
(2) Flor. haec interpretatio abest.
(3) Etiam Al. Vid. Geb. et Cramer. *h.* Sed saepe hanc particulam omitti, docet Jo. Cannegiet. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 7. §. 4. *p.* 221. quem vid. de his verbis, *ibid. Tit.* 4. §. 2. *p.* 200. add. Cujac. *h.*

§. 3.

Imperio magistratus extraordinarium] Rob. Steph. *extra ordinem* (1).

(1) Etiam Al. aut *extraordinario.* Vid. Cramer. *h.* et Gluck. *ad Tit. de tutelis*, §. 1299. *not.* 44. *p.* 43. Sequitur in §. 4. *Advena est, quem Graeci ἐπήλυδα vocant, id est, domo profugum, colonum advenientem, appellant.* Interpretatio haec rursus Flor. abest. Vox Graeca varie scribitur. Vid. Geb. et Cramer. *h.* Recta Florentina. Vid. Cujac. *h.* et Casp. Barth. *Adversar.* I. 1.

§. 5.

Decuriones quidam dictos ajunt ex eo, quod etc.] Aliter Otto, *de Ædilib. Colon. et Municip. Cap.* V. *pr.* et *in Praefat. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* XI. (1).

Decima pars eorum, qui ducerentur, consilii publici gratia conscribi solita sit.] Cicero tamen *Orat.* II. *de Lege agrar. Cap.* 35. ex colonis 5000. tantum *centum* Decuriones numerat (2).

(1) Ubi restituavit G. Fornerium, *Select.* I. 14. qui Pomnium sequitur. De *Decurionibus* vid. laudatos superius ad *inscription. Tit. de Decurion.*
(2) Sequitur in §. 6. *Urbs ab urbo appellata est*; etc. Vid. Scip. Gentil. *Origin. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1393. Pro *et Varus ait*, est qui legat: *et Varro ait*, sed perperam. Vid. Menag. *Amoen. Jur. Cap.* 39. *p.* 397. et Otton. *in Alfen. Varo, Cap.* 1. *in fin.* in *Thes. Jur. Tom.* V. *p.* 1636.

§. 7.

§. 7.

Oppidum ab ope dicitur, etc.] Cicero apud Festum, *h. v.* refert hoc ad ineptias Stoicorum. Vid. Cujac. *h.* et *Obs.* XI. 37. (1).

Quod ejus rei caussa moenia sint constituta.] Facit huc Juven. *Sat.* XV. *vs.* 153. *seqq.*

(1) Add. Scip. Gentil. *loc. modo laud. p.* 1594. et Menag. *loc. modo laud. p.* 315. et 266.

§. 8.

Quod magistratus ejus loci intra eos fines terrendi, id est, summovendi jus habet.] Aliter Menag. *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 39. *p.* 380. *seqq.* (1). Add. Salmas. *ad Trebell. Poll.* XXX. *Tyrann. Cap.* 25. *p.* 517. *seq.* (2).

(1) Add. Scip. Gentil. *loc. modo laud. p.* 1594. Sed defendit hanc derivationem Otto, *de Ædil. Colon. et Munic. Cap.* 13. §. 8. *p.* 481. *seq.*
(2) Quem sequitur Pothier. *h. t. num.* 211.

§. 9.

Et ideo, qui jurat suum non esse, etc.] Pone *servum*, qui noxam nocuit. Add. *L.* 21. §. 2. *de noxal. action.* (1).

(1) Add. Cujac. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 139. — Ad Inscriptionem seq. *L.* 240. vid. Schulting. *ad Paull. Sent. rubr. not.* 1. in *Jurispr. antejustin. p.* 211. *seq.* add. Zepernick. *Diatr. de Judic. Centumvir.* adject. Siccam. *de Judic. Centumv. p.* 365. *seq.* De ipsa Lege vid. et Herald. *de Rer. judic. auctorit.* II. 9. *num.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1196. Pro *motus Imperator* Al. *Titus Imperator.* Al. *motus Titus Imp.* Vid. Brencm. et Cramer. *h.* — Sequentem *L.* 241. explicuit Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 288. *seqq.* add. Balduin. *Jurispr. Mucian.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 510. *seq.* Cujac. *h.* et notata superius ad *L.* 5. §. 2. *ad exhibend.*

L. CCXLII.

Artemo autem magis adjectamento,] Rob. Steph. (1) *additamentum*.

(1) Etiam Al. aut *additámento*. Vid. Cramer. *h.* Vid. ad hanc Legem Cujac. et Goedd. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 146.

§. 1.

Quasta moeniana et suggrunda] Rob. Steph. (1) *suggrundia*.

(1) Etiam Vulg. Vid. Brencm. *h.* Hal. *subgrundae*, quod probat Gluck. *ad Tit. de servitut. praed. urban.* §. 667. *p.* 75. Pro *veluti tigna, trabes, quae immitteretur*, Cramer. *h.* ope geminationis, legit: *trabesque quae.* Vulg. et Hal. *immitterentur*, quod mavult Brencm. *h.*

§. 2.

Plumbum, quod tegulis *poneretur*,] Rob. Steph. (1) *pro tegulis*: non opus.

(1) Et Al. Vid. Brencm. et Cramer. *h.* quos etiam vide de varia vocis *hypaethri* scriptura: de quo plura Goedd. *h.* De usu *plumbi* in operibus apud Romanos quaedam habet Jac. Gothofred. *ad L.* 16. *Cod. Theod. de pistorib. Tom.* V. *p.* 183.

§. 3.

Sed eam quoque mulierem, quae virum non habuisset,] *Viro vidua*, Apulej. *Metam.* IV. *p.* 157. *edit. Elmenhorst.* [*Oudendorp. p.* 310.] Pro *virgine coelibe* sumitur etiam. Vid. Graevium, *ad Cicer. pro Coelio, Cap.* 7. qui derivat a *videre*, id est, *separare*, unde *dividere* (1).

(1) Labeoni adsentitur Scip. Gentilis, *Origin. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1365. Vid. et Ferand. Adduens. *Explicat.* I. 55. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 560. Goedd. *h.* Menag. *Amoenit. Juris Civ. Cap.* 39. *p.* 395. Duirsem. *Conject.* II. 2. *num.* 1. *p.* 165. *seq.*

add. Cujac. *h.* et *Obs.* XIV. 1. *Un contre-huis, une contre-porte*, Pothier. *h. t. num.* 22.

(2) Flor. *iterum.* Hal. *interdum* loco *iterum qui*, quod probat Cujac. *h.* et Majanf. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 191. Alias lectiones refert Cramer. *h.* Florentinam retineri posse, putat Goedd. *h.* A. G. van Meurs, *Diss. de Favore libertatis*, in *Thesibus annexis*, *Thes.* 20. pro *interim qui* legendum conjicit: *inter impages.*

(3) Sed vid. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Sign.* voc. *prothyrum.*

L. CCXLVI.

Nam etiam qui sistit, etc.] Haec jam sunt Pauli (1), Labeonem notantis. Forte *nam* sumit pro *atqui*; sed tamen quid excidisse, est verisimile.

Et qui mutum,] Alii (2) expungunt *mutum*, aut legunt *mente captum.* Vid. Goris. *Additam. ad Sandium, de Effestucatione*, *Cap.* V. §. 15.

(1) Ita quoque Pothier. *h. t. num.* 192.

(2) Cujacium τὸ *mutum* temere expungere, ejusque loco substituere *mente captum*, non tantum notavit Goedd. *h.*, sed idem notarunt quoque Jac. Gothofred. *ad L.* 124. *de reg. Jur. p.* 1060. Goris. *loc. a Schulting. laud.* Otto, *ad* §. 7. *Inst. de inutil. stipul.* Nemo tamen eorum locum expressit, quo id egerit Cujacius, et quem cum Cramero fateor me quoque ignorare. Certe *in Comm. ad h. l.* nihil mutat aut corrigit Cujacius, et *in Comm. ad d. L.* 124. *de reg. Jur.* tantum dicit: „quod ait haec Lex, *mutum* pro praesente haberi, ei obstat *L. ult. tit. prox.*" Pro *satis apte*, in seqq. verbis, etiamnum Flor. esse *satis acte*, notavit Brencm. *h.* secundum quem fortasse legendum *satis exacte. Satis apte*, Vulg. Sensus eodem redit. — Sequitur in §. 1. *et tota restitutio juris est interpretatio.* Id est, secundum Cujacium, *h.*, restitutio (scil. in tit. *ad exhibendum*) non tantum significat *corporis*, sed etiam *juris* et *caussae* restitutionem. Secundum Goedd. *h.* sensus est: totum id, quod in restitutionem venit, et quod restitui debet, a juris interpretatione proficiscitur. add. Pothier. *h. t. num.* 192. et Gluck. *ad Tit. de reivindic.* §. 588.

Jul. et Pap. III. 7. et 8. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 296. *seqq.*

(2) Etiam Hotoman. *Obs.* VIII. 16. Non tamen id statuere audet Wissenbach. *Emblem. Tribonian. Cap.* 7. *p.* 169. *seq.* quapropter cum eo hic consentit Wybo, *in Tribon. defens. p.* 199. Vid. Walch. *ad Eckhard. Herm. Jur.* I. 6. §. 248. *p.* 451.

L. CCXLV. (1).

Aut tabulae relegatae *catenis*,] Rob. Steph. (2) *religatae:* recte.

Non sunt aedium] Dion. Gothofred. *in not. Imo sunt.* *L.* 12. §. 13. *de instr. vel instr. leg.* Sed *illic* alio modo sunt affixae.

Non quo aedes perficiantur.] Et figuntur tantum, ne cadant.

(1) Goedd. *h.* jungit cum *L.* 15. *de action. emt. vend.* Sed haec Lex est *Ulpiani.*

(2) Etiam Hal. et Vulg. Literae *e* et *i* saepe permutantur. Vid. Gronov. *de Pecun. Veter.* I. 10. *in fin.* Etiam in Cod. Flor. Vid. Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 2. §. 80. add. Westenberg. *in D. Marco*, *Diss.* IV. §. 14. *p.* 63. *seq.* et Jo. Canneglet. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 22. §. 24. *p.* 101. et *Tit.* 24. §. 3. *p.* 110. Quare Veteres tabulas catenis religabant, vid. apud Trotz. *memor. propag.* I. 6. §. 5. *p.* 382. De varia vocis *lychni* lectione vid. Geb. et Cramer. *h.* Recta Florentina. Vid. Cujac. et Goedd. *h.*

§. 1.

Prothyrum (1),] Sic et in *L.* 12. §. 23. *de instr. vel instr. legat.*

Prothyrum, quod in aedibus interim (2) *qui fieri solet, aedium est.*] Salmas. *ad Spartian. in Pescenn. Nigro, Cap. ult.* *Prophurum* (3), *id est iterum, quod in aedibus fieri solet, aedium est. Itera* sunt *moeniana.*

(1) *Locum ante januam* interpretatur Ferand. Adduens. *Explication.* II. 45. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 612.

stant in nova edit. Basilicorum, quam adornare coepit Car. Guil. Ern. Heimbach. *Specim.* I.

(2) Vulgo *diversis* abesse, sed male, notavit Witte, *h.* — Non omnibus. Vid. D. Goth. *in not.* Dantur enim et aliae, in Pand. et Cod. passim exstantes, quae non reperiuntur in hoc Titulo. Catalogum exhibet Jac. Gothofred. *in Manual. Jur. Oper. Minor. p.* 1171. *seqq.* add. Petr. Fab. *ad rubr. h. t.* Tribonianum saepe amasse regulas et definitiones Veterum suopte ingenio interpretari, exemplis docet Merill. *ad L. Decision. Justinian. in expl. L. ult. Cod. per quas pers. nob. adq. p.* 76.

(3) Add. Cujac. et P. Fab. *ad rubr. h. t.*

(4) Add. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 5. §. 205. *seqq.*

L. I.

PAULUS *Lib.* XVI. *ad Plautium.*] Vid. Perrenon. *Animadv.* I. 10. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 605. *seq.*] (1).

Regula est, etc.] Haec Plautii sunt. *Per regulam igitur* etc. Haec Pauli. (2).

Quae rem] id est, *jus rei.*

Quae est,] *Quaequae est*, legit Jac. Gothofredus, vel saltem explicat.

Quasi caussae conjectio (3) *est:*] De qua vid. Ascon. Pedian. *ad Ciceron. in Verr.* I. 9. *Infinitae quaestionis propositio*, Mercer. *Opinion.* II. 16. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1604. *in fin.*]

Quae simul cum in aliquo vitiata est,]. Et casus aliquo modo a regula est diversus in circumstantiis. Jac. Gothofred. *h.* Add. *L.* 202. *h. t.* ibique Jac. Gothofred.

Perdit officium suum.] *Prodit* (4), Freher. *Parerg.* II. 15. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 922.] male; nec bene explicat. add. Gronov. *Obs.* III. 20.

(1) Ubi quaedam in hac Lege exposuit. add. Lyclam. *Membran.* VII. 45.

(2) Add. Pothier. *h. t. num.* 1.

(3) *Conjunctio*, Vulg. etiam Rehd. Vid. Geb. *h.* Probante Alciato, *Parerg.* V. 1. Hier. Elen. *Exercitation.*

tion. II. 21. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1448. Caldera, *Var. Lection.* III. 9. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 642. eamque lectionem ad Graeca propius accedere, ait Witte, *h.* Sed Florentinam retinent Jac. Gothofred. *h. p.* 729. et Otto, in Praef. *Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 28. qui etiam alios laudavit. add. Leunclav. *Notator.* II. 136. in *eod. Thes. eod. Tom. p.* 1532. et Balduin. *ad regul. Caton.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 419.

(4) Emendationem Freheri probat Gruterus, *ad Liv.* I. 15. §. 5. et perpetua est horum verborum confusio. Vid. Oudendorp. *ad Sueton. in Tiber. Cap.* 54. Sed vid. praeter Gronov. *loc. laud.* etiam Jac. Gothofred. *h. p.* 732. *seq.*

L. II.

ULPIANUS *Lib.* I. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 20. *qui test. fac. poss. L.* 7. *de bonor. possessionib.* (1).

Feminae ab officiis Civilibus etc.] Quae et *virilia* (2) dicuntur. *L.* 2. §. 1. *ad SCtum Vellej.* Columell. *Praefat. Lib.* XII. Non autem semper haec *publica* (3), sed in coetibus virorum peraguntur. Vid. Jac. Gothofred. *h.* add. *L.* 12. *de edend.* Officia civilia *domesticis* opponit Celsus, *de Re Medic.* I. 2.

Remotae sunt:] Facit huc *Liv.* XXXIV. 2. (4). Arnob. *Adv. Gentes, Lib.* VII. *p.* 247. *Immo quid feminarum genus, quas ab negotiis publicis conditio fragilitatis excepit?* Philo, *de Special. Legib.* [edit. Thom. Mangey, *Vol.* II. *p.* 327.] Lamprid. *Heliogab. Cap.* 4. 12. 18. Volebant has domos servare, Pricaeus, *ad Epist. Pauli ad Titum*, II. *vs.* 5. Sic et Graeci. Vid. Scholiast. *Sophocl. ad Oedip. Tyrann. vs.* 351.

Et ideo nec Judices esse possunt,] Selden. *de Jur. Nat. et Gent.* VII. 6.

Nec magistratum gerere,] Livius, XXXIV. Senec. *de Consolat. ad Helviam matrem, Cap.* XIV *Feminis honores non licet gerere.*



Nec postulare,] Juven. *Sat.* II. *Vs.* 51. *seq.*

Num quid nos agimus caussas, civilia jura
Novimus, aut ullo strepitu fora vestra movemus?

Nec pro alio intervenire,] Ut *Procuratrices* et *Cognitrices* (5). Jac. Gothofred. *h.* et *ad L.* 5. *Cod. Theod. de Cognit. et Procurat.* [*Tom.* I. *p.* 170.] De quo dubito ob *sequentia*.

Nec procuratores (6) *existere.*] Sic *defensor* de *foemina* in *L.* 2. §. 5. *ad SCtum Vellej.* Casaubon. ad *Trebell. Pollion.* XXX. *Tyrann. Cap.* 31. (7). Aliter paulo Servius, *ad Virgil. Æneid.* XII. *vs.* 159. Add. Festum, *voc. auctor*, ibique Comm.

(1) Add., praeter Cujac. et Jac. Gothofred. *h.* etiam Labitt. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 55. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 59.

(2) Recte quidem. Vid. *L.* 1. §. 5. *de postuland.* et *L.* 18. *Cod. de procurator.* Sed secundum Jac. Gothofred. huc non pertinet *L.* 2. §. 1. *ad SCt. Vellej.* ubi officium *virile* non est officium *civile* eo sensu, quo hoc loco sumitur; sed *officium virile* ibi est, quod requirit *constantiam animi virilis.* add. Noodt. *ad Tit. Pand. ad SCt. Vellej.* Vs. *Ait Senatus*, etc.

(3) Cujacius, *h.* officia *Civilia* et *publica* pro iisdem habet, etiam P. Faber, aliique. Sed ea distinguit Jac. Gothofredus ita, ut *publica* etiam quidem sint *Civilia*, non autem vicissim omnia *Civilia* sint *publica*: *publica* hic intelligens, quae cum publica auctoritate exercentur, quorum duo exempla hic memorantur, *Judicem esse*, scil. Pedaneum, et *magistratum gerere*; *Civilia* vero, quae, etsi privata auctoritate expediantur, tamen vel in Civitatis judiciorum conspectu transiguntur, quorum tria exempla memorantur, *postulare*, *pro alio intervenire*, *procuratorem existere*; vel certe privatim in coetus alicujus virorum conspectu: quorum postremorum occasione Ulpianus hanc regulam concinnasset.

(4) Conf. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 56. §. 1. add. Merill. *Obs.* V. 1. et Otton. *Diss. de Perpet. feminar. tutel. Cap.* 1. §. 8.

(5)

(5) Jac. Gothofredus propriè intelligit judicialem quandam operam, et *civile officium*, cognitoriae et procuratoriae ſimile, docetque, Cujacium aliosque id minus recte accipere de *intercesſione fidejusſoria*, SCto Vellejano prohibita.

(6) Hal. *curatores*. Male. Vid. Jac. Gothofred. et Witte, *h*.

(7) Add. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 2. §. 2. *not.* 5. et Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 6. *p.* 229. *ſeq.*

§. 1.

Item impubes omnibus officiis civilibus debet abſtinere.] Bynkersh. *Obs.* VI. 17. *impuberes* intelligit, qui *plenisſime puberes* non ſunt, id eſt, *annum aetatis* XVII. nondum impleverunt (1).

(1) Mea ſententia, minus recte: agit enim hic Ulpianus non de officiis *publicis*, de quibus hoc monere vix opus erat, ſed de *officiis civilibus*; in his autem ſunt, quae etiam minores, licet *plene* puberes non ſint, gerere posſunt, veluti *teſtes esſe in teſtamentis*. Vid. §. 6. *Inſt. de testam. ordin.* et Ulpian. *in Fragm. Tit.* 20. §. 7. add. Jac. Gothofr. *h*.

L. III.

Idem *Lib.* III. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 4. *de adq. vel omitt. hered.* Jac. Gothofredus refert ad *ſervum pupilli heredem inſtitutum*, qui pupillus circa aditionem hereditatis ejusque repudiationem nihil *velle* aut *nolle* poteſt (1).

Ejus eſt non nolle, qui poteſt velle.] Facit huc Senec. *de Benefic.* II. 18. *Si vis ſcire, an velim, effice, ut posſim nolle.* et *ibid.* VI. 21. *Sciam, inquit, ſolem ac Lunam nobis velle prodesſe, ſi nolle potuerint.* etc.

(1) De hujus Legis lectione, ſententia, facti ſpecie, item de Cujacii et Roberti disputatione, late egit Marckart. *Probab. rec. Lection. Part.* I. *p.* 27. *ſeqq.* laudatis etiam aliis auctoribus. Florentinam *non nolle* retinet quoque Jauch. *de Negation. p.* 63. *et* 110. Sed Vulgatam *nolle* amplecti etiam videtur Leunclav.

Notator. II. 158. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1632. Oriri diversam hanc lectionem ex servata aut neglecta lege geminationis, observat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss. ult.* §. 6.

L. IV.

Idem *Lib.* VI. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 6. §. 4. *de adq. vel omitt. hered.* Add. *L.* 74. §. 3. *eod.* Jac. Gothofred. *h.* (1).

(1) Regulam hanc caute accipiendam, monuit quoque Pothier. *h. t. num.* 8.

L. V.

Paulus *Lib.* II. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 9. *de adq. vel omitt. hered.* (1).

(1) Vid. Jac. Gothofred. *h.* add. Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 18. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 165. et Gluck. *ad Tit. quando ex fact. tutor.* etc. §. 1544. *not.* 1. *p.* 480.

L. VI.

Ulpianus *Lib.* VII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 24. *de adq. vel omitt. hered. L.* 2. *si quis omiss. causs. testam. L.* 8. *de mortis causs. donat.* (1).

Non vult heres esse, qui ad alium transferre voluit (2) *hereditatem.*] Faber, *de Errorib. Pragmatic. Dec.* 70. *err.* 9. accipit de eo, qui hereditatem *cedit:* de quo Ulpian. *in Fragm. Tit.* 19. [§. 12. *et seqq.*] Quod mihi dubium (3).

(1) Vid. Cujac. et Jac. Gothofred. *h.* add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de transaction.* §. 17. *p.* 353. et Zepernick. *Diatr. de Judic. Centumv.* adject. Siccam. *de Judic. Centumv. p.* 417. *seq.*

(2) Id est, revera transtulit, Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 15. *p.* 302.

(3) Fabrum refutavit Jac. Gothofred. *h. p* 756. Vid. et de hac Lege Fopp. ab Æzema, *Diss. Jur. Civ.* II. 17.

17. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. 832. et Lyclam. *Membran.* I. 10. §. 4.

L. VII.

Pomponius *Lib.* III. *ad Sabinum.*] Agens de *adquirenda hereditate.*

Jus nostrum non patitur, (1) etc.] Aliud saepe in *Statutis.* Vid. Sande, *Decis.* IV. 8. 9.

Earumque rerum naturaliter inter se pugna est, etc.] Juxta *mores Romanorum.* Grotius, *de Jure Belli ac Pacis*, II. 12. §. *ult.* (2). Sic *L.* 9. §. 7. *de pecul.* Cicer. *de Inventione*, II. 21. *Unius enim pecuniae plures dissimilibus de caussis heredes esse non possunt, nec unquam factum est, ut ejusdem pecuniae alius testamento, alius Lege heres esset.*

(1) In rationem inquirit Marckart. *Interpr. rec. Lection.* II. 24. *p.* 324. *seqq.* Jac. Voorda, *ad L. Falcid.* *Cap.* XI. *num.* 3. *p.* 262. *seq.* C. G. Haubold. *Exerc. de Caussis, cur idem et testato et intestato decedere non possit*, in ej. *Opusc. Vol.* I. *p.* 515. *seqq.* Rucker. *in not. MSS.* ait: „ratio mihi videtur esse, quia Lex XII. Tabb. dixit: *si intestatus decesserit, proximus agnatus familiam habeto.* Ergo nullum jus ex Lege habet agnatus, si testatus est: quodsi ergo ex parte aliquem instituit, reliqua pars necessario ipsi quoque adcrescit." Pati tamen hanc regulam quasdam exceptiones, docet J. L. E. Puttman. *Vindic. Diss. de querel. inoffic. testam.* in ejus *Opusc. Syllog. p.* 54. *in not.* Sed dubitari posset, an quidem verae exceptiones sint, quum *decedere* testatum et intestatum, et *ex post facto* testatum et intestatum fieri, differant. *In paganis* Jac. Gothofred. interpretatur *in paganis bonis.* Marckart. *loc. cit. p.* 527. *inter paganos.* add. Cujac. *h.* *l.*

(2) Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 55. §. 7. Sed reprobat hoc Jac. Gothofred. *h. p.* 758. Verba: *testatus et intestatus*, apud Hal. absunt. Vid. Geb. *h. l.*

L. VIII.

IDEM *Lib.* IV. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 5. *unde cognati.* Add. *L.* 2. *eod.* (1).

(1) Et Jac. Gothofred. *h.* Pertinere hanc Legem ad edictum *de capite minutis*, notavit Voorda, *in not. MSS.* add. Noodt. *ad Tit. Pand. de cap. minut.* Vs. *In hereditatibus* etc. et Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 18. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster.* p. 165. Vid. et de hac Lege Lyclam. *Membran.* III. 20. et Pothier. *h. t. num.* 5.

L. IX.

ULPIANUS *Lib.* XV. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 14. *in fin. de Legat.* 1°. (1).

Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur.] Late Cyriac. *Controv.* 153. (2).

(1) Ad Tractatum *de Legatis* hanc et seqq. Leges usque ad *L.* 20. pertinere, notavit Jac. Gothofred. *h.*
(2) Add. omnino Averan. *Interpr. Jur.* IV. 17.

L. X.

PAULUS *Lib.* III. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 18. *de usufruct.* add. *L.* 69. *eod.* (1).

Secundum naturam est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur (2) *incommoda.*] Facit huc *L.* 13. §. 1. *commodati vel contr.* Quinctilian. *Declam.* 361. *An jacturam debeo sentire, accessionem non debeo?* et contra, Terent. *Hecyr.* V. 3. *in fin.*

Multa ex quo fuerint commoda, ejus incommoda aequum est ferre.

Dio Cass. *Histor. Lib.* XXXVIII. *p.* 72. — Modo *utrumque* ex eadem ratione et caussa oriatur. Cyriac. *Controv.* 688. *num.* 49. *seqq.* et de contrario, *Controv.* 689. *num.* 100. *seqq.*

Commoda — incommoda.] *Utraque* in rebus humanis occurrunt. Themist. *Orat.* XXII. *p.* 267. (3). Et absur-

surdum, in accusanda vel probanda re, *alterius* tantum meminisse. Cicer. *de Legib.* III. 10.

(1) Vid. Cujac. et Jac. Gothofred. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 50.
(2) Flor. *sequentur.* Al. *sequerentur.* Vid. Brencm. *h.* — Non tamen hoc perpetuum esse, docet Lud. Vital. *Lection. Variar.* I. 18. *num.* 6. et II. 16. *num.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 642. *et* 680.
(3) Ubi senarium adfert Poëtae, pronunciantis *bonum et malum ex eadem radice nasci:* de quo monuit Wyttenbach. *Animadv. in Plutarch. de Sera Numin. Vindicta*, *p.* 48.

L. XI.

Pomponius *Lib.* V. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 6. *L.* 14. *quib. mod. usufr. vel usus amitt.* (1). Graeci *in Addend. Tom.* I. *Basilic.*

Id, quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.] Facit huc Cicer. *in Topic. Cap.* IV. *Quod enim semel testamento alicui datum est, id ab eo invito, cui datum est, auferri non potest.* etc. Add. Quinctilian. *Declam.* XIII. 8. *Profecto quidquid jure possidetur, injuria aufertur.* etc. Dion. Chrysost. *Rhodiaca*, *p.* 325. Κοινὸν δ' οὖν ἐπὶ πᾶσιν ὥρισαι δίκαιον, τὸ πάνθ' ὅσα δικαίως τὶς ἔλαβε, ἄν τε καθάπαξ τύχῃ λαβὼν, ἄν τε εἴς τινα χρόνον, — βεβαίως ἔχειν, καὶ μηδένα ἀφαιρεῖσθαι. *Communis igitur in omnibus praefinita est aequitas, qua omnia quae quis juste accepit, cujusque semel nactus est possessionem, etiam in aliquod certum tempus, — firmiter retinet, atque a nemine auferri debent.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* Aliter Cujac. *h.* qui speciem ponit ex *L.* 69. *de usufr.*, et quem sequitur Pothier. *Tit. de usufr. num.* 16. Vid. et de hac regula Idem, *h. t. num.* 469.

L. XII.

L. XII.

PAULUS *Lib.* III. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 5. 9. 15. *de usu et habit.* et add. *L.* 12. §. 2. *eod.* Jac. Gothofred. *h.* (1).

Interpretantur] *Interpretamur* Al. (2) et Basilic. etsi passive etiam *interpretantur* accipi possit (3).

1) Add. Cujac. *h.* Labitt. *Uf. Indic. Cap.* 3. §. 36. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 59. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de usu et habit.* Otton. *in Praef. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 14.

(2) Ita Rehd. Vid. Ceb. *h.*

(3) Add. Marckart. *Probab. req. Lection. Part.* I. *p.* 79. et Duker. *ad. Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 334. *Deponentia* saepe passive usurpantur. Vid. notata superius ad *L.* 19. *de jurisdiction.*

L. XIII.

ULPIANUS *Lib.* XIX. *ad Sabinum.*] De *Legatis* agens. Junge *L.* 4. *quando dies Leg. vel fideic. ced. L.* 20. *ad SCtum Trebellian.*

Non videtur cepisse, qui per exceptionem a petitione removetur.] Casum pone ex *L.* 12. §. 2. *de inoffic. testam.* (1) vel quod ante diem, etsi acceptet, tamen non transmittat, Jac. Gothofred. *h.* quod non placet, uti nec id, quod dein ponit (2).

(1) Conf. Cujac. *h.*

(2) Jac. Gothofredus speciem ponit, vel ex *L.* 12. *laud.*, quae recta est, vel in *Legatis in diem*, sive respectu transmissionis, sive ratione potestatis, seu juris Legatum relegandi. V. gr. Legatum alicui relictum est in diem, nunc, licet in antecessum testatus sit, se velle Legatum die existente acceptare, tamen non potest illud transmittere, si ante diem existentem moriatur. Similiter, non potest illud alii legare, si dies se vivo non exstiterit. Ratio in utroque casu secundum Jac. Gothofredum est, quoniam *non cepisse videor id, cujus dies, aut conditio non exstitit: a cujus videlicet petitione per exceptionem removerer.* Sed mi-

minus recte: vera ratio enim est, quoniam dies Legati, in diem *incertum* relicti, non cedit ante diem existentem. Vid. *L.* 21. et 22. *pr. quando dies Leg. vel fideic. ced.* Proinde ante diem existentem plane *nulla* est petitio; neque adeo etiam usu venit exceptio. Vid. *pr. Instit. de exceptionib.*

L. XIV.

POMPONIUS *Lib.* V. *ad Sabinum.*] Agens de *Legatis.*

In omnibus obligationibus, etc.] *Stipulationibus*, *Legatis*, etc. *L.* 12. *L.* 14. *de verbor. obligat.* (1).

Praesenti die debetur.] Facit huc M. Senec. *Controv.* III. 4.

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* Pro *ponitur* Vulg. *apponitur.* Sed Florentinam Graeci confirmant. Vid. Brencm. *h.* Esse haec verba Sabini, putat quoque Gujac. *h.*

L. XV.

PAULUS *Lib.* IV. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 72. *de Legat.* 3io. Add. *L.* 71. 73. 74. *eod.* (1).

(1) Pertinet itaque regula *h. l.* proprie ad *Legata*, eâque definitur, Legato *suorum*, veluti servorum, fundorum etc., etiam eos comprehendi, quos testator *pignori* vel *hypothecae* dedit: quoniam *is*, *qui actionem habet* etc. Neque adeo obstat *L.* 204. *eod.* quae de *commodo possessionis* accipienda est. Vid. Jac. Gothofred. *h.* et ad *d. L.* 204. add. Gluck. *ad Tit. de rer. division.* §. 174. *not.* 75. *p.* 485. Egit de hac Lege etiam Fabrot. *Adv. Salmas.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1269. Pro *recuperandam* Flor. legitur *reciperandam.* Vid. notata superius ad *L.* 33. *de adoption.*

L. XVI.

ULPIANUS *Lib.* XXI. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 39. §. 2. *de Legat.* 1°. Jac. Gothofred. *h.*

Imaginaria venditio non est pretio (1) *accedente.*] Vid. Pinel. *ad L.* 2. *Cod. de rescind. vendit. Part.* I. *Cap.* 2. *num.* 28. *et* 29.

(1)

(1) Pretio probabili, Grotius, *in Flor. Sparf. p.* 345. quoniam in imaginariis venditionibus nummus interveniebat. add. Jof. Fern. de Retes, *Miscellan.* I. 18. §. 3. in Thef. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 62. et Noodt. *ad Tit. Pand. de contr. emt.* Vs. *Satis de confensu*, etc.

L. XVII.

Idem *Lib.* XXIII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 10. *L.* 12. *quand. dies Legat. vel fideic. ced.* (1).

Cum tempus in testamento adjicitur, etc.] Graeci *in Addend. Tom.* I. *Bafilic.*

Sicuti in ftipulationibus promisforis gratia tempus adjicitur.] Vid. Sande, *Decif.* III. 16. 1. (2).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*
(2) Et Ant. Fab. *Conject.* XV. 3. *num.* 15. *feqq.* Pro *adjicitur* Hal. *additur.* Vid. Geb. *h.*

L. XVIII.

Pomponius *Lib.* VI. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 13. *quando dies Legat. vel fideic. ced.* (1).

Nam et fub conditione ftipulantes, omnimodo eis adquirimus, etc.] Ratio est in *L.* 26. *de ftipulat. fervor.*

Etiamfi liberatis (2) *nobis potestate domini*, etc.] Vox *domini* non debet deleri (3): de *fervo* enim agitur.

(1) Vid. ad hanc Legem etiam Cujac. *ad L.* 76. *et* 78. *de verb. oblig.*
(2) *Libertate nobis praeftita a dominis*, Rehd. Vid. Geb. *h.*
(3) Quod vult Hotoman. *Obs.* V. 2. *in fin.* Vid. Dion. Gothofred. *in not.* Neque pro *domini* legendum *demum* cum Ant. Fabro, *Conj.* XV. 7. *num. ult.* Vid. Jac. Gothofred. *h.*

Paulus.

Si filiusfamilias fub conditione ftipulatus, etc.] Huc translatum ex *L.* 78. *de verbor. obligat.* Male, cum *hic* regulae ex *Libris ad Sabinum* referantur, et quidem de *Le-*

Legatis. Jac. Gothofred. *h.* Augustinus, *Emend.* III. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1497.] docet, *haec* esse spuria (1).

(1) Add. Witte, *h.* Flor. desunt. Sed Hal. omnia habere praeter nomen JCti, parenthesi tamen ea includere, et addere in margine: *haec alias desunt*, notat Brencm. *h.*

L. XIX.

Ulpianus *Lib.* XXIV. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 14. §. 2. *quand. dies Legat. vel fideic. ced.* Jac. Gothofred. *h.* (1).

(1) Add. Cujac. *h.* et *Obs.* VII. 36. et Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 99. §. 4.

§. 1.

Non solet exceptio doli nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur.] Casum ex *eadem L.* 14. §. 2. ponit Jac. Gothofredus, quando pater Legatum, filio relictum, petit, quod potest, nisi aliud jusserit testator (1).

(1) Addit tamen Gothofredus, posse hujus §. speciem forte melius poni in Tractatu de *adimendis Legatis*, de quibus etiam egit Ulpianus *Lib.* XXIV. *ad Sabinum.* Vid. *Inscriptionem L.* 3. *de adim. vel transfer. Legat.* Haec videtur quoque esse sententia Pothierii, *h. t. num.* 1754. qui hanc Legem illustrat exemplo *L.* 34. §. 1. *de auro arg. legat.* Aliter Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 519.

L. XX.

Pomponius *Lib.* VII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 11. *de manum. testam. L.* 44. *de fideic. libertat.*

Quotiens dubia interpretatio libertatis (1) *est*, etc.] Et dubium, an illa competat. Jac. Gothofred. *h.* Ergo nihil mutandum (2). Pone, servo libertatem in testamento datam esse, et postea in eodem testamento eundem alii legari (3).

(1) Etiam Graeci ἰλευθερίας.
(2) Notat P. Fabrum, qui pro *libertatis* reponit *voluntatis*. Vid. Dion. Gothofred. *in not.* Ceterum, *de Favore libertatis*, deque multis privilegiis illi in Jure datis (quorum caussam e Stoicorum Philosophia quidam repetunt. Vid. Merill. *Obs.* I. 15. et Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 4. §. 141.) elegans Dissertatio est A. G. van Meurs, *Lugd. Batav.* 1783.
(3) Conf. *L.* 10. §. 1. *de manumiss. testam.*

L. XXI.

Ulpianus *Lib.* XXVII. *ad Sabinum.*] Casum ponit Jac. Gothofredus ex *L.* 3. §. 15. *in fin. de statulib.* (1).

Non debet, cui (2) *plus licet, quod minus est, non licere.*] Non procedit in *iis, quae strictae sunt interpretationis. L.* 7. §. 3. *de reb. eor., qui sub tut. vel cur. sunt* etc. (3) nec in *correctoriis.* Cyriac. *Controv.* 23. *num.* 22. *seqq.*

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 14.
(2) Hal. *cui, quod plus est, licet*, etc. Vid. Geb. *h.*
(3) Neque in *his, quae a Lege specialiter deferuntur.* Scip. Gentil. *de Jurisdict.* III. 20. *Oper. Tom.* III. *p.* 287. Add. Jac. Gothofred. *h.* Plura de *argumento a majori ad minus, et contra*, habet Val. Guil. Forster. *Obs. Succisiv.* II. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 942. *seq.* et regulam hanc saepe fallere, variis exemplis docuit quoque J. L. E. Puttman. *Adversar. Jur. univ.* I. 5. *p.* 86. *seqq.*

L. XXII.

Idem *Lib.* XXVIII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 7. *pr.* et §. 2. *de oper. libertor. L.* 33. *de jurejurand.* (1).

(1) *In personam servilem* nulla *cadit obligatio.* Scil. *ex contractu*, vel *quasi*, Jac. Gothofred. *h. Civilis* et *Praetoria*, Jan. a Costa, *ad rubr. Instit. de jur. person.*

§. 1.

Generaliter probandum est, etc.] Egit *hic* Ulpianus de

de *Contractibus*, in specie de *emtione venditione*. Junge *L.* 45. *de recept. qui arbitr. recep.* maxime *L.* 7. *de contrah. emt.* (1) et *L.* 17. *de verbor. obligationib.*

(1) Cui haec videntnr subjecta fuisse, Labitt. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 5. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 38. add. Jac. Gothofred. *h.*

L. XXIII.

Idem *Lib.* XXIX. *ad Sabinum.*] Agens de *adminiculis contractuum*. Jac. Gothofred. *h.* Junge *L.* 10. 12. 14. *de furtis*. *L.* 10. 12. *commod. vel contra.*

Contractus] Late, uti *L.* 20. *de judiciis*. Add. d'Avezan. *de Contractib. Cap.* 2. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 7. *seqq.*] qui de *hac Lege* agit *Cap.* 26. *et seqq.* (1).

Venditum,] Jac. Gothofred. putat accipiendum de *levissima culpa*, ob *L.* 14. *pr. et* §. 1. *de furtis*, quae ex *hoc Libro* est. Sed *custodia* illic aliter potest accipi. Idem huc adducit *L.* 1. §. 1. *de peric. et comm. rei vend.* quae ex Ulpiani *Libro* XXVIII. *ad Sabinum* est, et sic *L.* 36. *de action. emt.* *L.* 35. §. 4. *de contrah. emt.* *L.* 2. §. 1. *de peric. et comm. rei vend.* *L.* 3. *eod.* quae sane magis clarae sunt. Aliter tamen Ulpianus *L.* 5. §. 2. *commod. vel contra.*

Pignori acceptum,] De *levissima culpa* teneri creditorem, velle Ulpianum, putat Jac. Gothofredus, adducens, praeter alia, *L.* 19. *Cod. de pignorib. et hypothec.* *L.* 13. §. 1. *de pignorat. act.* quae tamen non potest hoc velle: et *L.* 22. *in fin. eod.* *L.* 14. *eod.* *L.* 8. *Cod. eod.* nihil tale evincunt, et contrarium *L.* 18. *D. eod.* *L.* 5. §. 2. *commod. vel contra*, quae est ipsius Ulpiani, et Modestinus in *Collat. Leg. Mosaic. et Roman. Tit.* 10. §. 2. et non video, auctores *hic* dissensisse, etsi non eodem modo semper loquantur.

Locatum,] In qua *levissimam culpam* praestandam jux-

ta Ulpianum, vult Jac. Gothofred., qui tamen, hoc regulariter procedere, non probat.

Item dotis datio,] In *hac* non ostendit Jac. Gothofredus, voluisse quosdam praestandam *culpam levissimam:* quod tamen opus fuerat, siquidem illa *in his quidem* de omnibus praemissis accipienda essent.

Tutelae,] Et in *hac* Veteres variasse, et Ulpianum voluisse *levissimam culpam* praestandam esse, non probat Jac. Gothofredus.

In his quidem et diligentiam,] Basilic. ἐν τούτοις δὲ καὶ ἐπιμέλεια. *Vulg.* et Rob. Steph. *quidam:* quod non damnem, quidquid dicat Jac. Gothofredus (2).

Legem enim contractus dedit:] Inde haec pacta dicuntur *Leges* et νόμοι. Vid. Fabrot. *ad Cujac. Paratitl. ad Tit. Cod. de pactis int. emt. et vend. composit.* et *Legibus*, *sive juri praestare.* Vid. Cujac. *in Comm. ad L.* 1. *D. de pactis* (3).

Contractus dedit.] Rob. Steph. (4) *contractui.*

(1) In eodem Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 483. *et seqq.* exstant quoque *Recitationes ad h. l.* Gulielmi Prousteau, Antecessoris Aurelianensis. Egerunt de hac Lege et alii, uti Ant. Contius, *Oper. p.* 242. *seqq.* P. Burgius, *Elector. Cap.* XII. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 350. *seqq.* Reinoldi, *Dissert. ad h. l.* in ej. *Opusc. p.* 303. *seqq.* Marckart. *Probab. recept. lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 90. *seqq.* J. L. E. Puttman. *Probab. Jur. Civ.* I. 9. *p.* 70. *seqq.* aliique.

(2) Vulgatam lectionem sequuntur etiam Cujac. *h.* Prousteau, *loc. cit. Cap.* 23. Gilb. Regius, *Enantiophan. Jur. Civ.* I. 19. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1489. Wissenbach. *in Disp. ad Instit. Disp.* 39. §. 6. Noodt. *ad Tit. Pand. mandat.* Vs. *Sed apparet*, etc. item Reinold. *dict. Diss.* §. 4. qui existimat, vitium ortum esse ex *siglis* Veterum. Sed Florentinam lectionem defendere conantur Marckart. et Puttman. *locc. citt.* qui verba illa *in his quidem et diligentiam* referunt ad proxime praecedens *negotia gesta*, et sic quoque Pothier. *h. t. num.* 981. et Gluck. *ad Tit. de negot. gest.*

§. 422

§. 422. *a. p.* 357. Equidem Schultingio aliisque, qui *Vulgatam* tuentur, facile concedo, non posse Florentinam lectionem hac ratione defendi, quod in omnibus illis negotiis, quae Ulpianus antea memoraverat, *diligentia*, seu *culpa levissima*, praestanda sit, vel saltem JCti hac in re variaverint. Summo jure Jac. Gothofredo, hoc statuenti, contradixerunt Schultingius aliique, uti Reinold. *dict. Diss.* §. 11. *et seqq.* Attamen, ut verum fatear, plura quoque *Vulgatae lectioni* videntur obstare. Nam 1mo. quidem non tantum *Florentiae* legitur *quidem*, sed conspirant quoque Graeci in Basilic. ἐν τούτοις δὲ etc. 2do. Si legamus *quidam*, nullam rationem video, quare Ulpianus illa verba *in his* etc. eo loco posuerit. 3^tio^. Non videntur illa verba *in his* etc. commode referri posse ad omnia exempla, quae praecedunt; quod tamen si *quidam* legamus, necesse est: quoniam satis manifesto JCtus novam quasi periodum incipit a verbo *item*, quae clauditur verbis *et dolum et culpam recipit*. Denique 4to. *Vulgatae lectioni*, mea quidem sententia, graviter obstat, quod, si eam sequaris, doctrina Ulpiani, *contra morem Veterum JCtorum*, vaga admodum sit et indefinita, cum incertum maneat, ad quaenam igitur negotia τὸ *quidam* referendum sit. Immo nullus, quod sciam, in Jure locus est, ubi Veteres ita loquuntur, *in quibusdam contractibus diligentiam praestari*. Sed si etiam *diligentia* praestanda veniat, tunc illud ad unumquodque negotium diserte monent. Ratio inde mihi videtur repetenda, quod Veteres non, uti nos solemus, *tres* classes contractuum fecerunt, sed *duas* tantum, nempe eorum, qui *dolum tantum*, et eorum, qui *dolum et culpam* recipiunt: ita Ulpianus *hic*, ita et in *L.* 5. §. 2. *commod. vel contra.* An autem in nonnullis eorum contractuum quoque *diligentia* (sic enim loquebantur Veteres: *culpae levissimae* nuspiam mentio, nisi in *L.* 44. *pr. ad Leg. Aquil.*) praestanda sit, alia quaestio est, quam *separatim* tractarunt, et ad unumquodque negotium, in quo ea usum habere posset. Vid. v. gr. *L.* 47. §. 5. *de Legat.* 1°. Eodem plane modo, uti illam quaestionem, an et in quibus contractibus *custodia* est praestanda. Hinc, ni fallor, lucem quoque capit vexatissima illa *L.* 13. §. 1. *de pignorat. act.* quae

etiam Ulpiani est, et ubi ait: *venit autem in hac actione* (*pignoratitia* scil.) *et dolus et culpa, ut in commodato* etc. Sensus, me judice, non alius est, nisi hic: *pignus* aeque ac *commodatum* pertinere ad eam contractuum clasfem, in quibus et *dolus et culpa* praestatur; proinde *pignus* non magis, quam *commodatum*, pertinere ad eam contractuum clasfem, in quibus *dolus tantum* praestatur. Sed an in utroque illo contractu, vel alterutro, *diligentia* quoque praestanda sit, alia est quaestio, de qua in Lege nihil monetur.

Vehementer itaque dubito, an *Vulgatae* cedere debeat *lectio Florentina*, quae praeterea auctoritate Basilicorum confirmatur, quaeque si non commodiorem, saltem aeque commodam interpretationem admittit, si cum Marckarto aliisque verba illa, *in his quidem et diligentiam*, referamus ad proxime praecedens *negotia gesta.* Sed, nonne paulo durius est, primum dicere, *in his quidem et diligentiam*, et deinceps *et dolum et culpam recipit*? Fateor, JCtum rectius locutum fuisse, si ita dixisset: *Item et dolum et culpam recipit dotis datio, tutelae* etc. Sed Ulpianum non semper tam accurate loqui, quin aliquando verborum ordinem turbet, aliis exemplis docuit Auctor, *Obs. Jur. Civ. Cap.* VII. *p.* 40. Forte JCtus, cum hanc periodum inciperet, de illo additamento nihil cogitavit, sed, uti ante factitaverat, sic quoque nunc voluit tantum alia adhuc exempla referre negotiorum, quae *et dolum et culpam* recipiunt. Scripsit igitur: *Item dotis datio, tutelae, negotia gesta*, ad quod exemplum ubi pervenerat, paululum substitit, et ὡς ἐν παρόδῳ monendnm putavit, *in his quidem et diligentiam*, intellige *exigimus, praestari placuit*, aut simile quid: nisi illud referre malis inter exempla turbatae constructionis, cujusmodi plura JCti Veteres, aliquando magis ad rem, quam ad verba, attendentes, commiserunt. Vid. Franc. Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* III. — deinde perrexit scribere *societas* etc. Fateor tamen hanc superesse difficultatem, quod non satis appareat ratio, quare Ulpianus de solis *negotiis gestis* monuerit, in iis et *diligentiam* praestari, cum tamen et alios memoraverit contractus, in quibus ea praestanda sit, *mandatum* puta et *commodatum*. Sed, praeterquam quod si-

similis, ut supra apparuit, difficultas moveri possit contra lectionem *vulgatam*, praeterea probe tenendum, Ulpianum in eo tantum esse, ut recenseat exempla contractuum; in quibus *et dolus et culpa* praestatur: cum itaque ad exemplum *negotiorum gestorum* quasi in transitu monuisset, *in his et diligentiam praestari*, forte non existimavit necesse, propterea in iis, quae ante jam scripserat aliquid mutare; forte etiam ideo, quod de *commodato* paulo ante idem jam docuisset. Conf. *L.* 10. *et* 12. *commod. vel contra.* et *mandatum* existimaverit, facile hac parte sub *negotiis gestis* comprehendi posse. Ceterum, si cui neque haec interpretatio sufficiat, existimetque, verba illa *in his quidem et diligentiam* non esse ipsius Ulpiani, sed ab aliena manu profecta, sive a Triboniano, sive, dum forte margini adscripta essent, temere textui inserta, is, licet lubens agnoscam, tali crisi non facile utendum, *hic* tamen me non valde adversarium habebit: certe ad disputationem JCti nihil faciunt, qui non in eo est, ut doceat, an et in quibus contractibus *diligentia* praestanda sit, de qua non magis *hic* est sollicitus, quam de altera illa quaestione, quinam contractus *custodiam* recipiant; sed ut doceat, quinam contractus *dolum malum duntaxat* recipiunt, quinam *dolum et culpam.* Cum tunc in *seqq.* addat, haec ita esse, nisi aliter convenerit: veluti si convenerit, ut in *deposito* quoque *culpa* praestetur; vel e contrario in *mandato dolus tantum.* Ita fere scripseram, quum notas Schultingii *ad h. t. Pand.* primum ederem. Tantum nunc addo, Florentinam lectionem etiam retinere Hasse, *ueber die culpa des Röm. Rechts*, *p.* 295. *seqq.* nisi quod pro *diligentiam* legere mavult *diligentia*, subintelligens *praestatur*; et cujus Viri Clar. rationes cum iis, quas attuli, possint conferri.

(3) Add. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 14. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 267.

(4) Etiam Hal. Vulg. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.* probante Jac. Gothofredo. Non tamen opus. Vid. Marckart. *loc. supra laud. p.* 99. *seq.* Porro verbis *ne dolus praestetur* Graeci addunt *in deposito.* Vid. Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss. ult.* §. 6. et pro *mortes*, *quaeque* Hal. et Vulg. habent *mortesque*,

 quae,

quae, atque Graecos quoque legisse videri *mortes*, *quae*, non *quaeque*, notat Leunclav. *Notator.* II. 137. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1532. Vid. tamen Marckart. *d. loc. p.* 100.

L. XXIV.

Paulus *Lib.* V. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 4. *de action. emt. vend.* (1).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*

L. XXV.

Pomponius *Lib.* XI. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 27. *L.* 29. *de evictionib.* Jac. Gothofredus casum ponit ex *d. L.* 29. §. 1. Speciem tamen, quam dat (1), nequaquam probo. An non posset intelligi melius, si ponatur casus ex *L.* 17. *eod.*?

Plus cautionis in re est, quam in persona.] Graeci, *in Addend. Tom.* I. *Basilic.*

(1) Species, cui Jac. Gothofred. *hanc Legem* aptat, haec est. Emi a te rem aliquam, quae tibi praestita est ex obligatione *naturali*, et duplum a te stipulatus sum, si res ea mihi evincatur. Postea rem illam culpa vel sponte desii possidere, et sic ad veterem dominum, *naturaliter* obligatum, res reversa est: adversus hunc ejus rei nomine ago, sed Judicio succumbo: non possum ego hoc casu dupli nomine adv. te agere, aut saltem, si agam, tutus eris opposita doli exceptione. Sed primo quidem ipsa species *d. L.* 29. §. 1. a Jac. Gothofredo non satis recte videtur proposita: nullus enim, quod sciam, casus est, quo res, ex obligatione *naturali* tradita, *ita ut retineri possit*, non simul transiret in dominium accipientis, adeoque, si amissa sit, non posset vindicari. Rectius igitur, mea sententia, illud in *dict. Leg. si possideret*, *retinere potuerit* etc. accipitur de re, *praescriptione* a venditore acquisita, quae olim quidem *exceptionem*, non vero *reivindicationem* tribuebat. Conf. Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. de praescription. long. temp.* Deinde, non recte ex *hac Lege* exemplum petitur regulae nostrae. In

In illa enim Lege de casu agitur, quo *culpa* ipsius emtoris res evicta est: quando cessat evictionis praestatio. Vid. *L.* 56. §. 3. *de evictionib.* Proinde eo casu *nihil* cautionis est in persona. Sed regula dicit, PLUS *cautionis est in re, quam in persona*; ergo ponit, *aliquam* cautionem *in persona* esse. Longe rectius igitur Schultingius exemplum peti vult ex *L.* 17. *eod.* ubi casus est, quo quis vendiderat et tradiderat rem alienam, sed cujus dominium postea erat nactus, veluti domino heres factus. Hoc casu si venditor rem istam vindicet, potest emtor eligere, utrum rem retinere malit opposita *doli exceptione*, an vero eam restituere et adversus venditorem agere evictionis nomine. Prius autem illud emtori merito conceditur, quoniam dolo facit venditor, petens rem a se venditam et traditam, et quoniam interest emtoris, rem retinere, cum *plus cautionis sit in re, quam in persona*, id est, quoniam commodius, et saepe quoque tutius, est emtori rem retinere, quam eam restituere, et postea adv. venditorem *evictionis* nomine agere. Ceterum, licet forte haec regula ad hanc vel similem speciem proprie pertineat, non dubium tamen, quin ea etiam pluribus aliis casibus aptari possit. Vid. Pothier. *h. t. num.* 17.

L. XXVI.

ULPIANUS *Lib.* XXX. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 14. *L.* 16. *pro socio. L.* 43. *famil. erciſc.*

Qui potest invitis (1) *alienare*, etc.] Ut socius suam partem. Jac. Gothofred. *h.* (2).

(1) *Invitis aliis*, Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss. ult.* §. 6. ope geminationis.
(2) Et *ad L.* 6. *Cod. Theod. de contrah. emt.* et Pothier. *h. t. num.* 470.

L. XXVII.

POMPONIUS *Lib.* XVI. *ad Sabinum.*] Agens de *pactis dotalibus*, et *rei uxoriae actione* (1). Junge *L.* 9. *de pact. dotal. L.* 8. *de act. rer. amot. L.* 11. 16. 18. *solut. matrim.*

Nec ex solemni *jure*] id est, *Civili*, Cujac. et Jac. Gothofred. *h.* (2).

Privatorum conventione quicquam immutandum est:] Conf. *L.* 12. §. 1. *L.* 5. *de pact. dotal.*

Quamvis obligationum causfae *possint* (3) *immutari*,] Id est, quae sunt de contractuum natura externa, et praestationes, quae moris sunt et consuetudinis. Jac. Gothofred. *h.* qui et addit illa, de quibus *L.* 44. *de oblig. et action.* Vinnius, *de Pactis*, *Cap.* 9. *num.* 5. intelligit *adminicula.* Strictius vero Noodt. *de Pact. et transact. Cap.* 19., ut prior (4).

Nisi tunc, *cum* etc.] Noodt. *dict. loc. nec si*, *cum etc.* (5).

Cum inchoatur actio (6),] Quae alsoquin non nasceretur, nisi addito tali pacto: et hoc de illis, quae privati sunt arbitrii.

(1) Proprie pertinere hanc regulam ad *pacta dotalia*, et speciatim ad *rei uxoriae actiones* soluto matrimonio, docet quoque Jac. Gothofred. *h.* add. Schulting, *ad Paul. Sent.* I. 1. §. 6 *not.* 15. *in fin.*

(2) Add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de pact.* §. 27. Noodt. *loc. laud.* Pothier. *Tit. de pact. num.* 58. et *h. t. num.* 974.

(3) *Initio* inferendum, putat Leunclav. *Notator.* II. 157. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1555.

(4) Scil. Noodtius quoque *obligationum caussas* intelligit eas, quae non pertinent ad *substantiam* contractuum, sed *ex more* iis insunt; si aliud non convenerit. — Sequitur: *et ipso jure*, *et per pacti conventi exceptionem.* Verba *ipso jure* Cujacius, *Obs.* II. 15. addita putat, quia exceptiones bonae fidei judiciis insunt. Aliter Idem, *h.*

(5) Aliter Jac. Gothofred. *h.* in fin.

(6) *Pactio*, Vulg. et Rehd. Vid. Geb. *h.* Male. Vid. Cujac. *h.* et Jan. a Costa, *in Praelection. ad illustr. quosd. Titt. locaque select. Jur. Civ. p.* 317. ibiq. Bav. Voorda. add. Witte, *h.*

L. XXVIII.

L. XXVIII.

ULPIANUS *Lib.* XXXVI. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 33. *de jure dot.* ubi emendanda *inscriptio* (1).

Divus Pius rescripsit (2) etc.] Haec non est *regula* Juris veteris, sed *Constitutio.*

(1) Nempe pro *Lib.* VI. legendum *Lib.* XXXVI. uti ad *eam Legem* notavit Schulting. Vid. et Jac. Gothofred. *h.*

(2) Vid. *L.* 20. *de re judic.* et ad eam notata.

L. XXIX.

PAULUS *Lib.* VIII. *ad Sabinum.*] Agens de *tutelis.* Jac. Gothofredus ponit casum ex *L.* 9. §. 5. *de auctorit. et consens. tut. et curat.* (1).

(1) Add. Gluck. *ad Tit. de auctorit. tutor.* §. 1339. *not.* 26. *p.* 457. Quomodo haec regula differat a *regula Catoniana*, docet Jac. Voorda, *Interpr. et Emend.* II. 22. Egerunt de hac regula quoque Averan. *Interpr. Jur.* IV. 22. Majans. *Disp.* XLIII. §. 2. *seqq.* J. L. E. Puttman. *Probab.* II. 2. *p.* 19. *seq.* et ad eam Dissertationem docte conscripsit Nic. Gerard. Wyckerheld Bisdom. Lugd. Batav. 1801.

L. XXX.

ULPIANUS *Lib.* XXXVI. (1) *ad Sabinum.*] Agens de *actionibus*, quae soluto matrimonio obtinent. Junge et *L.* 33. *de donat. int. vir. et uxor.*

Nuptias non concubitus, etc.] Quinctilian. *Declam.* 247. *Nam sicut coitus atque congressus citra jus non efficeret uxorem, ita uxor etiam citra haec manet.* etc. Alia mens Hebraeis. Selden. *de Jure Nat. et Gent.* V. 4.

Sed consensus facit.] *Pactio conjugalis*, Mornac. *ad L.* 32. §. 13. *de donat. int. vir. et uxor.*

(1) *Lib.* XXXV. legit Ant. Augustin. *Emend.* I. 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1451. et Labitt. *Us. Indic. Cap.* 6. §. 10. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 119. Sed vid. Jac. Gothofred. *h.* et Gluck. *ad Tit. de Sponsal.* §. 1191. *not.* 29. *p.* 396. Ab Ho-

to-

tomanni censura hanc regulam vindicat Sande, *h.* et *Decision.* II. 1. *Def.* 1. add. Perrenon. *Animadv.* I. 6. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 600.

L. XXXI.

Idem *Lib.* XLII. *ad Sabinum.*] Agens de stipulatione, *furem non esse*, etc. Junge *L.* 50. *de pactis.* *L.* 31. *de evictionib.* *L.* 174. *de verbor. signific.*

Quod enim impossibile est, neque pacto, etc.] Sed id non impedit, quo minus promittatur, *servum furem etc. non esse.* *L.* 31. *de evictionib.* Jac. Gothofred. *h.*

Ut utilem actionem, aut factum, etc.] Dion. Gothofred. *in not. Vulg. pactum.* Sic et Basilic. (1).

(1) Verba haec et alibi confunduntur. Vid. Heins. *ad Ovid. Heroid. Epist.* XX. *vs.* 18. Add. Bynkersh. *Obs.* I. 7. P. Faber, *h. in fin.* τὸ *ut* pro *ita ut* accipiens, legit: *ut stipulationem, aut pactum.* Ant. Fab. *Jurispr. Papin. Tit.* XI. *Pr.* 8. *Illat.* 9. *p.* 819. legit: *aut in factum.* Sed vid. Jac. Gothofred. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 973.

L. XXXII.

Idem *Lib.* XLIII. *ad Sabinum.*] De *adquirendo dominio*, vel *possessione*, agens (1). Junge *L.* 41. *de pecul.* *L.* 19. *mand, vel contra.* *L.* 29. *de contrah. emt.* *L.* 23. *de adq. rer. domin.*

Quod attinet ad Jus Civile, servi pro nullis habentur:] Cassiod. *Variar.* VI. 8. *Quid enim prius facerent inter servos jura publica, qui personam Legibus non habebant?* Philostratus°, *de Vita Apollonii Tyanensis*, VIII. 12. negat, servos habere *nomen* (2), id est, *cognomen.* Vid. *L.* 9. *Cod. de liberal. causs.* Fest. voc. *pilae.* Merill, *Obs.* V. 28. (3).

Quod ad Jus Naturale attinet, omnes homines aequales sunt.] Philo, *de Specialibus Legibus*, *Lib.* II. *p.* 616. [edit. Thom. Mangey, *Vol.* II. *p.* 322. Θεράποντες τύχῃ

μὲν

μὲν ἐλάττων κέχρηνται, φύσεως δὲ τῆς αὐτῆς μεταποιοῦνται τοῖς δεσπόταις. *Famuli fortuna et conditione inferiores sunt heris, natura autem communi pares.*] Chrysost. *ad Ephes. Homil.* XXII. [edit. Eton. 1612. *Tom.* III. *p.* 877. *seqq.* De Montfaucon. *Tom.* XI. *p.* 165. *seqq.*] Salvian. *de Gubernat. Dei*, III. *p.* 42. (4).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*

(2) Non negat Philostratus, servos habere nomen; sed tantum dicit, eum, cujus neque nomen, neque parentes, neque civitas etc. indicari possint, facilius probari servum esse. Locum Philostrati descripsit Merillius, *loc. cit.* Ceterum de *nominibus* servorum plura collegit J. A. Hultman. *Diatriba de Servis binominibus.* Lugd. Batav. 1750.

(3) Hinc *Liberti* vocantur *novi homines.* Vid. *L.* 27. §. 1. *de adim. vel transf. legat.* et Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de Libertin.* §. *ult.* Van de Water, *in not. MSS.* huc etiam refert locum Capitolini, *in Anton. Philosoph. Cap.* 7. sed qui *novi homines* ibi intelligendi sint, disputant Interpp. Vid. Casaub. et Salmas. *ibid.*

(4) Add. Merill. *Obs.* I. 15. Christ. Coler. *Parerg. Cap.* 59. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 386. *seq.* et d'Arnaud. *Diss. de Jure servorum*, *Cap.* IV. *et seq.* ubi late docet, etiam servos *Juris Naturae* participes esse, et *naturaliter* obligari et obligare.

L. XXXIII.

Pomponius *Lib.* XXII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 19. *L.* 22. *de condict. indeb. L.* 21. *ad SCtum Trebell. L.* 29. *de usurp. et usucap.* (1). Egit *hic* de *dominio* et *possessione.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* Pro *durior caussa est petitoris* Graecos legisse videri *deterior*, notat Leunclav. *Notator.* II. 158. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1535. add. Witte, *h.*

L. XXXIV.

Ulpianus *Lib.* XLV. *ad Sabinum.*] Tractans de *obliga-*

gationibus et *stipulationibus*. Junge *L.* 42. *pro socio. L.* 4. *de fidejussoribus* (1).

Ut id sequamur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur.] *Eo tempore.* Faber, *Cod. Lib.* IV. *Tit.* 9. *Def.* 21. Noodt, *de Foenor. et Usur.* III. 5. (2). Exempla apud Cyriac. *Controv.* 523. *num.* 25. *seqq.* Immo inde et verba latius sumuntur, et omissa supplentur. Leonin. *Cons.* XXI. *num.* 10.

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* et Noodt. *loc. laud.*
(2) Ubi docet, hoc non pertinere ad usuras in *stipulationem* deductas *sine certo modo:* quando *nullae* debentur, nisi Jure novo in casu *Nov.* 136. *Cap.* 5.

L. XXXV.

Idem *Lib.* XLVIII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 1. *de verbor. obligat. L.* 8. *de acceptilat. L.* 2. *de novat.* Vid. Raevard. *h.* (1).

Nihil tam naturale est, quam eo genere quidque dissolvere, quo colligatum est:] Cicer. *de Invent.* I. 42. *Quibus ex locis aliqua res confirmari potest, iisdem potest ex locis infirmari.* Facit huc Faber, *Cod. Lib.* I. *Tit.* 10. *Defin.* 1. *not.* 2. (2).

(1) Add. Cujac. et Jac. Gothofred. *h.*
(2) Add. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* l. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 136. *seq.* Val. Guil. Forster. *Obs. successiv.* II. 25. in *eod. Thes. eod. Tom. p.* 942. J. L. E. Puttman. *Probab.* II. 2. *p.* 20. *seq.*

L. XXXVI.

Pomponius *Lib.* XXVII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 5. *de hered. vel act. vend.* (1). Perrenon. *Animadv.* II. 24. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 656.] refert ad *L.* 8. §. 1. *ad Leg. Aquil.*

Culpa est, immiscere se rei ad se non pertinenti.] Puta, exigere pecuniam hereditati debitam, postquam eam vendideris: unde si illa perierit, venditori perit. Jac. Gotho-

thofred. h. (2). De curiositate hac in parte supervacua Rittershuf. *Sacr. Lect.* II. 6.

(1) Add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de negot. gest.* §. 1. et Gluck. *ad eund. Tit.* §. 415. *not.* 53. *p.* 319.
(2) Cujacius, *h.* exemplum ponit in eo, qui se liti ad se non pertinenti offert.

L. XXXVII.

Ulpianus *Lib.* LI. *ad Sabinum.*] Agens de *Judiciis.* Junge *L.* 15. *de jurisdict.* *L.* 59. *de judic.* *L.* 1. *de in lit. jurand.* *L.* 55. *de re judic.*

Nemo, qui condemnare (1) *potest*, etc.] Dion. Gothofred. *in not.* *Condemnare non potest.* *Vulg.* Florentina lectio recta est.

(1) Idem docet Paulus in *L.* 3. *de re judic.* ad quam vid. notata. add. Noodt. *de Jurisdict. et imper.* I. 15.

L. XXXVIII.

Pomponius *Lib.* XXIX. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 14. *de vi et vi armat.* *L.* 21. *quod vi aut clam.* Add. *L.* 1. §. *ult.* *L.* 2. *L.* 3. *pr.* et §. *ult.* *de vi et vi armat.* *L.* 15. §. 5. *quod vi aut clam.* Jac. Gothofred. *h.*

L. XXXIX.

Idem *Lib.* XXXII. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 33. *de adq. vel amitt. possess.* Casum ponit Jac. Gothofredus in eo, qui rei venditae possessionem, in mora existente venditore, sibi nanciscitur; qui possessionem nanciscitur recte: de quo vide (1).

(1) Obstat enim *L.* 176. *pr.* *h.* *t.* add. *L.* 33. *cit.* et *L.* 5. *eod.* Secundum Cujac. *h.* et *ad L.* 34. §. 4. *de Legat.* 2do. regula haec accipienda est de eo, in cujus persona factum conditionemve impleri oportet. Pari modo Majans. *Disp.* XXXIV. §. 29. Pro *in quo per alium morae sit.* Hal. *mora est.* Vulg. *in quo quis. alium perhorrescit.* Vid. Brencm. *h.* Mire, et hanc solam vitiosam ait Charond. *h.* add. P. Fab. *h.*

qui

qui legit: *mora fit.* Hotomannus, *in quo quid per alium morae fit*, ut monuit van de Water, *in not. MSS.* qui ipse mavult: *mora fit.*

L. XL.

Idem *Lib.* XXXIV. *ad Sabinum.*] Junge *L.* 20. *de aqua et aq. pluv. arc.* et add. *L.* 19. *eod.* et casus erit facilis (1).

(1) Vid. Jac. Gothofred. *h.*

L. XLI.

Ulpianus *Lib.* XXVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 34. §. 6. *et seq. de jurejurand.* quo *haec Lex* proprie pertinet, quod vidit et Merill. (1) *Obs.* II. 19. et Jac. Gothofred. et res non difficilis. Ceterum *haec Lex*, ut et *Leges sequentes* ex *Libris ad Edictum*, melius inter *L.* 158. *et L.* 159. fuissent collocatae. Jac. Gothofred. *h.*

Non debet actori licere, quod reo non permittitur.] Nisi ratio sit diversitatis. Vid. Merend. *Controv. Juris*, VII. 16. (2).

(1) Qui tamen Legem hanc jungere mavult cum *L.* 61. *de judic.*

(2) Et Voet. *ad Tit. Pand. de procurator. num.* 8. circa fin. add. Cujac. *ad Nov.* 69.

§. 1.

In re obscura melius est favere repetitioni, (1) etc.] Junge *L.* 26. *de condict. indebit.* (2).

(1) D. Goth. *in not.* legendum putat: *retentioni.* Sed hanc emendationem merito improbare Ant. Fabrum, *de Errorib. Pragm. Dec.* 85. *error.* 9. monuit Voorda, *in not. MSS.*

(2) Add. Cujac. et Jac. Gothofred. *h.* et Merill. *loc. modo laud.*

L. XLII.

Gajus *Lib.* IX. *ad Edictum Provinciale.*] Agens de pe-

periculo *pluris petitionis*, vel *solutionis*. Jac. Gothofred. *h*. Sed vide, an non posfint haec accipi de *jurejurando*, de quo in ordine Edicti *hoc loco* Gajus videtur egisse, et quod heres etc. juste recusant. Facit huc *L*. 11. §. 2. *de act. rer. amot.* (1).

Qui in alterius locum succedunt, etc.] Graeci *in Addend. Tom.* I. *Basilic.*

Haec ita de herede dicta sunt, etc.] Totam hanc clausulam ad finem usque Legis a Triboniano esse, putat Faber, *de. Errorib. Pragmatic. Dec.* XXV. *error.* 7. *num.* 3. ubi quaedam carpit.

(1) Add. Cujac. *h*.

L. XLIII.

Ulpianus *Lib.* XXVIII. *ad Edictum.*] Agens de *commodato*, vel *actionibus ex facto alieno.*

Nisi Lex impedit.] A Triboniano *haec* esse, censet Merill. *Obs.* IV. 9. (1) quem merito Jac. Gothofred. *h*. notat, sed non nominat.

(1) Vid. et Otton. *in Praef. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 32. P. Faber, *h*. exemplum ponit in *praescriptione fori* initio litis opponenda.

§. 1.

Quotiens concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine (1), etc.] Aliud igitur in *exceptionibus*; nec debuere haec a *prioribus* divelli. Jac. Gothofred. *h*.

(1) Id est, *de re eadem* competentes. Vid. Herm. a Vianen, *de Concursu actionum*, *Cap*. 2. §. 1. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p*. 277. et Gluck. *ad Tit. de edendo*, §. 284. *d. not.* 71. *p*. 22.

L. XLIV.

Idem *Lib.* XXIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 7. *et L.* 9. *de tributor. actioh.* ubi *in fin.* haec verba (1).

(1) Ait Lex: *Totiens in heredem* damus *de eo*, etc. Subintelligitur *actionem*, more Graecorum. Vid. Leunclav. *Notator.* II. 138. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1533. Vulg. Hal. Rehd. vocem *actionem* inserunt. Vid. Brencm. et Geb. *h.* sed frustra. Vid. J. L. E. Puttman. *Probab.* II. 9. *p.* 59.

L. XLV.

Idem *Lib.* XXX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 22. *L.* 24. *de pignor. act.* *L.* 1. 5. 7. *depositi* (1).

Neque pignus,] Sed res esse potest pignoris loco. *L.* 13. §. 8. *de act. emt. vend.* Add. Cyriac. *Controv.* 524. *num.* 3. (2).

Neque emtio,] Senec. *de Benefic.* VII. 4. *Nemo rem suam emit.* (3).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*
(2) Et Bachov. *de Pignorib.* II. 14.
(3) Additur: *neque* locatio *rei suae.* Id est, *conductio.* Vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 235. Saepe hae voces confunduntur, uti et *emtio venditio.* Vid. notata superius ad Inscript. Tit. *de action. emt. vend.*

§. 1.

Privatorum conventio juri publico non derogat.] Pone casum ex *L.* 4. *de pignorat. action.* *L.* 1. §. 7. *et* 10. *depositi* (1).

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 64.

L. XLVI.

Gajus *Lib.* X. *ad Edictum Provinciale.*] Junge *L.* 6. *locat. conduct.* *L.* 49. *de furtis.* Adde casum ex *L.* 22. *de pignorat. action.* (1).

(1) Et Jan. a Costa, *ad* §. 10. *Inst. de oblig. quae ex delict.* Vid. de hac regula, praeter P. Fabrum, et Jac. Gothofred. *h.*, etiam Cujac. *Obs.* VIII. 39.

L. XLVII.

ULPIANUS *Lib.* XXX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. §. 14. *depositi.* Sic Jac. Gothofred., qui hoc modo defendit *inscriptionem.* Sed obstat §. 1. (1). Labittus, *in Usu Indic. Cap.* 2. §. 23. reponit *Lib.* XXXI. bene (2).

Consilii non fraudulenti nulla obligatio est:] Cicer. *ad Attic.* XVI. 7. *Quid debet, qui consilium dat, praestare praeter fidem?* Facit huc Ovid. (3) *Metam. Lib.* XIII. *vs.* 519.

Non haec sententia tantum
Fida, sed et felix; cum sit satis esse fidelem.

Curtius, III. 8. *Neminem stolidum consilium capite luere debere. Defuturos enim, qui suaderent, si suasisse periculum esset.* Idem in *Judice*, Quinctil. *Declam.* 300. et *Imperatore*, *Declam.* 348.

(1) Nisi dicamus cum Gothofredo, posteriorem hujus Legis partem ex alio Ulpiani Libro desumtam; atque ita saepe Leges Codicis Tribonianum consarcinasse, monuit van de Water, *in not. MSS.* add. Wieling. *in Praetermiss. ad Lablit. et Schmucc.* in *Jurispr. restit. Part. poster. p.* 217. qui etiam alios laudavit.

(2) Probat etiam Noodt. *ad Tit. Pand. mandat.* Vs. *Utcunque erit*, etc. ubi et docet, quomodo *mandatum* a *commendato* et *consilio* possit discerni. add. Idem, *Probab.* IV. 12. et Gluck. *ad Tit. mandat.* §. 960. *p.* 365. *seqq.*

(3) Etiam locus Demadis, a Grotio citatus, *in Flor. Spars. p.* 346.

§. 1.

Socii mei socius, meus socius non est (1).] Hic §. est ex *Lib.* XXXI. *Ulpiani.* (2). Unde dubito, an vera sit *inscriptio Legis?* nam non solent ea, quae ex diversis libris sunt, simpliciter jungi. — Dion. Gothofred. *in not. Non idem in amico amici mei.* etc. Vid. et *L.* 2. *Cod. Theod. de inoffic. testam.* ibique Jac. Gothofred. [*Tom.* I. *p.* 201.]

(1) De his quaedam quoque monuit Jens. *in Strictur. ad Pand. p.* 519.
(2) Vid. *L.* 20. *pro socio.*

L. XLVIII.

Paulus *Lib.* XXXV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *L.* 3. *de divort. et repud.* (1).

Quidquid in calore iracundiae, etc.] Facit huc Senec. (2). *de Ira*, II. 3. *Illa est ira, quae rationem transilit, quae secum rapit. Ergo illa prima agitatio animi, quam species injuriae incussit, non magis ira est, quam ipsa injuriae species: sed ille sequens impetus, qui speciem injuriae non tantum accepit, sed approbavit. Ira est concitatio animi, ad ultionem voluntate et judicio pergentis.* Add. Gail. *Obs.* II. *Cap.* 106. *num.* 9. *et seqq.*

(1) Ex qua haec repetita. add. praeter Cujac. et Jac. Gothofred. *h.*, etiam Labitt. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 28. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 48.
(2) Et Cicer. *de Offic.* I. 38. *Ira procul absit, cum qua nihil recte fieri, nihil considerate potest.* add. Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XLIV. §. 6. *seq. p.* 379. *seq.* Sequitur: *ideoque brevi reversa uxor*, etc. In *d. L.* 3. *de divort.* Dicitur: *ideoque per calorem misso repudio, si brevi reversa uxor*, etc. Vid. Puttman. *Adversar. Jur. Univ.* II. 1. *p.* 9.

L. XLIX.

Ulpianus *Lib.* XXXV. *ad Edictum.*] Agens de *tutoribus. L.* 1. 5. 7. *de adm. et peric. tutor.* (1).

Alterius circumventio (2) *alii non praebet actionem.*] Add. *L.* 3. *quand. ex fact. tutor.*

(1) Add. Labitt. *loc. modo laud. Cap.* 2. §. 24. *p.* 33.
(2) Vocem *circumventio* Labittum cum P. Fabro, eosque secutum Jac. Gothofredum, sensu non *patiente*, sed *agente* accipere pro dolo a tutore in circumveniendo alium commisso, notat Wieling. *in Praetermiss. ad Labitt. et Schmucc.* in Jurispr. restit. *Part. poster. p.* 218. Aliter Cujac. *h.* Vid. Pothier. *h. t. num.* 35.

L. L.

L. L.

PAULUS *Lib.* XXXIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 9. *de nexal. action.* (1). Unde casus apertus.

Culpa caret, qui scit, sed prohibere non potest (2).] Sed, an non debeat rem indicare, MEV. *ad Jus Lubec.* IV. 8. 6.

(1) Add. Cujac. et Jac. Gothofred. *h.*
(2) Sanae rationis vox, ait Puttman. *Opusc. Jur. Crim.* *p.* 58. *in not.*

L. LI.

GAJUS *Lib.* XV. *ad Edictum Provinciale.*] Junge *L.* 5. 7. *de bon. libert.* et pone, libertum Patrono quidem relinquere portionem debitam, sed eum onerare fideicommisso. Non obstat *L.* 140. *de verb. signific.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. Sed Cujacius, *ad L.* 13. *h. t.* pertinere hanc Legem putat ad *querelam inoffic. testam.*, et jungit cum *L.* 10. §. 1. *de inoffic. testam.* Secundum P. Fabrum, *h.* vitiosa est Legis inscriptio, eaque pertinet ad *LL. Juliam et Papiam.* Vid. Pothier. *Tit. de verb. signif. num.* 15.

L. LII.

ULPIANUS *Lib.* XLIV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 10. *L.* 12. *de bon. libertor.* *L.* 1. *L.* 3. *si quid in fraud. patron.* (1).

Non defendere videtur, non tantum qui latitat, sed et is, qui praesens negat se defendere, aut non vult suscipere actionem.] Et sic igitur *hac ratione* potest quid fieri in fraudem Patroni, uti fit in fraudem creditorum. *L.* 3. §. 1. *quae in fraud. creditor.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*

L. LIII.

PAULUS *Lib.* XLII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 4. *L.* 9. *de bon. libertor.* *L.* 5. *si quid in fraud. patron.*

Cujus per errorem dati repetitio est, ejus consulto dati donatio est.] Ac poterunt a Patrono talia revocari (1), si ipse inde fraudetur.

(1) *Actione Faviana* scil., de qua intelligendam esse *hanc regulam*, eamque a Paulo adhibitam, cum quaereretur, an *huic actioni* locus esset, nec ne, latius docuit Jac. Voorda, *Interpr. et Emend.* II. 1. add. Gluck. *ad Tit. de condict. indeb.* §. 834. *not.* 54. *p.* 123.

L. LIV.

Ulpianus *Lib.* XLVI. *ad Edictum.*] Agens de *bonorum possessione.* Junge *L.* 2. *unde legitimi. L.* 1. *unde cognati. L.* 2. *de gradib.* Facit huc *L.* 3. §. 7. *de bonor. possess. L.* 4. *Cod. qui admitt. ad bonor. possess.* etc. Jac, Gothofred. *h.*

Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse haberet (1).] Lactant. *Divin. Instit.* I. 15. *circa fin. Quis enim tam demens, qui consensu et placito innumerabilium stultorum aperiri coelum mortuis arbitretur; aut aliquem, quod ipse non habeat, dare alteri posse* (2)? Concil. Carthag. *Can.* 33. *Quando danti locus non est, utique nec accipienti prodest.*

(1) Vulg. *habet.* Vid. Brencm. *h.* Etiam Rob. Steph.
(2) Et Senec. *de Benefic.* V. 12: *nemo potest, quod non habet, dare.* Exceptiones tamen esse in *L.* 46. *de adq. rer. dom. L.* 21. *pr. de adq. vel amitt. possession. L.* 63. *L.* 72. *de usufr.* monuit Voorda, *in not. MSS.*

L. LV. (1)

Gajus *Lib.* II. *de Testamentis ad Edictum Urbicum.*] Junge *L.* 14. 16. 18. *si quis omiss. caussa testam.* et casum pone ex *L.* 1. §. 5. *L.* 5. *L.* 6. *pr. et* §§. *seqq. L.* 17, 19. 22. *eod.* Jac. Gothofred. *h.* (2).

(1) Male Hal. Legum ordinem hic invertere, notavit Ant.

Ant. Augustin. *Emend.* III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1502.

(2) Varia hujus regulae exempla adfert quoque P. Faber, *h.* et Pothier. *h. t. num.* 12.

L. LVI.

IDEM *Lib.* III. *de Legatis ad Edictum Urbicum.*] Ad *haec* igitur pertinet regula in specie, ut in casu *L.* 10. §. 1. *de reb. dubiis.* Fingi potest et species in *commorientibus.* Vid. Jac. Gothofred. *h.*

Semper in dubiis (1) *benigniora praeferenda sunt.*] Gregor. Nazianz. *Orat.* 39. *p.* 636. [edit. Colon. 1690.] Εἰ δὲ ἀμφίβολον, νικάτω τὸ φιλάνθρωπον. *Quodsi res dubia est, vincat humanitas et facilitas.* Facit huc Capitolin. *in Anton. Pio, Cap.* 3. *in fin.*

(1) Non autem, si Lex *clara* est, sed dura. Vid. *L.* 12. §. 1. *qui et a quib. manumiss.* etc.

L. LVII.

IDEM *Lib.* XVIII. *ad Edictum Urbicum* (1).] Agens de *Legatis.* Casum ponunt in *L.* 79. *ad L. Falcid.* Add. *L.* 11. §. 5. *eod.*; vel in *L.* 34. §. 1. *et seqq. de Legat.* 1°. *L.* 66. *de Legat.* 2°. §. 6. *Instit. de Legat.* (2).

(1) Imo, *Provinciale*, ut Flor. et aliae editt. Vid. Laur. Theod. Gronov. *Emend. Pand. Cap.* 25. *p.* 73.

(2) Add. Jac. Gothofred. *h.* Sed, quamvis Lex proprie ad *Legata* pertineat, vis tamen ejus in multis cernitur negotiis. Vid. Herm. a Vianen, *de Concursu actionum, Cap.* 2. §. 1. in Nov. Thes. Disf. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 277. Pothier. *h. t. num.* 27.

L. LVIII.

ULPIANUS *Lib.* II. *Disputationum.*] Junge *L.* 7. *de tutel. L.* 6. *quod cum eo, qui in alien. potest. est. L.* 32. *L.* 36. *de peculio* (1).

Ex poenalibus caussis non solet (2) *in patrem de peculio*

actio dari.] De hac regula Faber, *de Errorib. Pragmatic. Dec.* 78. *err.* 4. sed minus recte (3).

(1) Add. Noodt. *ad Tit. Pand. de peculio*, Vſ. *Daturus igitur actionem* etc.

(2) De hac locutione vid. Cujac. *Obs.* VIII. 39.

(3) Hic ſcil. Legem ita intelligit: *non ſolet*, id est, non ſolet, *priusquam* filius ſit condemnatus, ſed quidem, *postquam* filius condemnatus fuerit. Sed praeterquam quod admodum frivola videatur haec interpretatio, ea quoque nititur falſa hypotheſi. Scil. verum quidem est, etſi ex delicto conventus ſit filius, tamen post ſententiam in patrem dari *actionem judicati. L.* 3. §. 11. *de pecul.* Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 55. §. 5. Sed, *actio* illa *judicati* non ex *poenali cauſſa*, ſed *quaſi ex contractu* oritur: *ſicuti* enim *ſtipulatione cum filio contrahitur*, *ita quoque judicio*, ut ipſe JCtus addit in *d. L.* 3. §. 11. *Actio* igitur illa *judicati* nihil pertinet ad regulam nostram, quae dicit: *ex poenalibus cauſſis non ſolet* etc. Vide porro Jac. Gothofred. *h.*

L. LIX.

Idem *Lib.* III. *Disputationum.*] Junge *L.* 21. *L.* 29. *ſolut. matrimon. L.* 4. *de mag. conveniend. L.* 12. *de donationib.* (1).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*

L. LX.

Idem *Lib.* X. *Disputationum.*] Junge *L.* 1. *de adm. rerum ad civit. pertin.* Jac. Gothofredus caſum ponit in *Syndico*, qui alium, res civitatis gerentem, non prohibuit (1).

Sed et ſi quis ratum habuerit, quod gestum est, obſtringitur mandati actione.] Sic et in *L.* 1. §. 6. *quod juſſu.* Obſtat *L.* 9. *de negot. gest.* (2). Jac. Gothofredus putat, *regulam hanc* procedere, cum negotia fuere ejus, qui ea rata habet, ab initio ſcil. (3).

(1)

(1) Add. Gluck. *ad Tit. de negot. gest.* §. 419. *not.* 5. *p.* 334. *seq.*
(2) Ad quam vid. notata.
(3) Aliter Jan. a Costa, *in not. ad* §. 1. *Instit. de obligat. quasi ex contr.* Vid. et Greg. Lopez. *Animadv. Jur. Civ. Cap.* 51. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 492. *seq.* et Huber. *in Praelect. ad Tit. Pand. de negot. gest.* §. *ult.* Ipse Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de negot. gest.* §. 5. regulam hanc accipit de casu, quo *dominus jam ab initio adfuit, non autem rem probavit, sed vel deliberavit, vel etiam vetare voluit, sed non potuit, verum postea ratam habuit.* Pluribus hac de re egit Aug. Gerh. Besier. *Diss. de ratihabitione, Cap.* 3. §. 2. Lugd. Batav. 1778.

L. LXI.

Idem *Lib.* III. *Opinionum.*] Junge *L.* 7. *de offic. Praesid. L.* 4. *de munerib. et honorib. L.* 2. *de operib. public.* (1).

(1) Add. Cujac. *h.* et Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 5. §. 189. *p.* 560. Falli autem Jac. Gothofredum, putantem, *Ulpiani Libros Opinionum*, e quibus haec etiam Lex desumta est, non esse veteris illius Ulpiani, sed alicujus posterioris, qui sub Constantino vixisset, supra jam notatum est ad *L.* 11. *de alien. jud. mut. causs. fact.*

L. LXII.

Julianus *Lib.* VI. *Digestorum.*] Agens de *hereditatis petitione* (1).

Hereditas nihil aliud est, quam successio in universum jus, etc.] Ergo et *jus* in nos *omne* confert (2).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* et Noodt. *ad Tit. Pand. de hered. petit.* Vs. *Ut ut erit*, etc.
(2) Sequitur; *quod defunctus* habuerit. Hal. *habuerat.* Vulg. *habuit tempo mortis.* Vid. Brencm. *h.* *Hubuit* fortasse legendum, monuit van de Water, *in not. MSS.* atque ita scriptum in *L.* 24. *de verb. signif.* ad quam vid. notata.

L. LXIII.

Idem *Lib.* XVII. *Digestorum.*] Agens de *marito, de dote convento.* Jac. Gothofred. *h.* (1).

(1) *Sine dolo malo.* Paulum in *L.* 24. *pr. de usur.* dixisse: *juste*, id est, *ex caussa probabili*, notavit Bynkersh. *Obs.* VIII. 12. circa fin.

L. LXIV.

Idem *Lib.* XXIX. *Digestorum.*] Junge *L.* 13. *de liber. et post. hered. instit. L.* 5. *L.* 37. *de hered. instit. L.* 26. *de vulg. et pupill. substit.*

Ea quae raro accidunt, non temere in agendis negotiis computantur.] Id est, *non considerantur, non praevidentur facile.* Jac. Gothofred. *h.* qui casum ponit in *pluribus postumis natis simul* (1).

(1) Add. Cujac. *h.* et *ad Libb. Julian. Digestor. in expl. h. l.* et Pothier. *h. t. num.* 55.

L. LXV.

Idem *Lib.* LIV. *Digestorum.*] Junge *L.* 17. *de acceptilat.* ad quam *hanc Legem* refert Jac. Gothofred. *h.* (1).

Ea est natura cavillationis, etc.] Vid. ad *L.* 177. *de verb. signific.* et Merill. *Obs.* I. 18. (2).

(1) Cujacius, *ad Libb. Julian. Digestor. in expl. h. l.* eam jungit cum *L.* 11. *de adim. vel transfer. Legat.*
(2) Add. Mascov. *de Sect. Sabinian. et Proculian. Cap.* 6. §. 3. in fin.

L. LXVI.

Idem *Lib.* LX. *Digestorum.*] Junge *L.* 18. §. 2. *de mort. causs. donat.* Jac. Gothofred. *h.*

Marcellus:] Scil. *notat*, quod et *Vulg.* (1) habet. *Desinit* etc.

(1) Vulg. *ait.* Hal. *notat.* Vid. Brencm. *h.*

L. LXVII.

L. LXVII.

Idem *Lib.* LXXXVII. *Digestorum.*] Ex quo nulla alia Lex superest.

Quotiens idem sermo duas sententias exprimit,] Adeoque *ambiguus* est (1).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* Sequitur: *ea potissimum* excipiatur, *quae* rei *gerendae aptior est.* Hal. *accipiatur.* Vid. Geb. *h.* et pro *rei* Al. legere: *juri et rei*, ut Graecos τῷ δικαίῳ καὶ πράγματι, observat Val. Guil. Forster. *de Jur. interpr.* II. 4. §. 20. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1039. Δικαίῳ καὶ Synops. inserit. Vid. Witte, *h.*

L. LXVIII.

In omnibus caussis id observatur, ut, ubi personae conditio locum facit beneficio, etc.] Etsi *rebus* etiam detur, ut *L.* 87. §. 1. *de Legat.* 2do Add. Cyriac. *Controv.* 687. passim, maxime *num.* 25. qui et de *rebus Ecclesiasticis* agit.

Beneficio] Ut, quod vocant, *competentiae* (1).

Ubi vero genus actionis id desiderat, etc.] Verbi gratia *dotis*, sive *rei uxoriae.*

(1) Vid. Jac. Gothofred. *h.* add. Noodt. *ad Tit. Pand. solut. matrim.* circa fin. et Gluck. *ad eund. Tit.* §. 1279. *not.* 66. *p.* 560.

L. LXIX.

Invito beneficium non datur.] *Assignationis. L.* 1. §. 7. *de assign. libert.* (1). — Scil. quod a privato datur privato (2). Lactant. *Divin. Instit.* V. 30. *Non est beneficium, quod ingeritur recusanti* (3). Quinctilian. *Declam.* VII. 4. *Omnium beneficiorum ista natura est, ut non sit necessitas, sed potestas*, etc. Interdum aliter. *Novell. Leonis* 102. Senec. *de Benefic.* II. 14 *Sunt quaedam nocitura impetrantibus, quae non dare, sed negare, beneficium est*, etc. et *ibid. Cap.* 18. *Aliquando beneficium accipiendum*

dum est et invito. et V. 19. *Non est dubium, quin beneficium sit etiam invito prodesse: sicut non dedit beneficium, qui invitus profuit.* Calp. Flacc. *Declam.* XLI. *Misericordiae vestrae maximum munus est, servare nolentem* (4).

(1) Add. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. quib. mod. toll. oblig.* et Pothier. *h. t. num.* 15.

(2) Vid. Jac. Gothofred. *h.*

(3) Similiter Cassiod. *Variar.* I. 38. *Non est beneficium, quod praestatur invitis.* et Plaut. *in Trinum.* III. 2. *vs.* 12. *Nullum beneficium esse duco id, quod, cui facias, non placet.* Loca haec habet Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 3. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 250. ubi quoque inquirit, an haec regula in *caussa libertatis* officium suum perdat.

(4) Add. Schulting. *Diss. ad L.* 1. §. *ult. de quaestion.* §. 17. et Averan. *Interpr. Jur.* II. 5. §. 6.

L. LXX.

Ulpianus *Lib.* II. (1) *de officio Proconsulis.*] Junge *L.* 6. *de offic. Proconf.* (2).

(1) Legendum: *Lib.* I. uti Flor. et in aliis etiam editt. Gothofredi.

(2) Add. Labitt. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 28. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 48.

L. LXXI. (1).

Idem *Lib.* II. *de officio Proconsulis.*] Junge *L.* 9. *de offic. Proconf.* ubi emendanda *inscriptio* (2).

(1) Apud Hal. hanc sequens praecedit. Male. Vid. Ant. Augustin. *Emend.* III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1502.

(2) Nempe pro *Lib.* I. legendum *Lib.* II. ut ad eam Legem notavit Schultingius. Vid. et Jac. Gothofred. *h.* Contra, Labittus, *loc. modo cit. Cap.* 6. §. 10. *p.* 119. hujus Legis Inscriptionem emendat ex Inscriptione *d. L.* 9.

L. LXXII.

Javolenus *Lib.* III. *ex posterioribus Labeonis.*] Junge

L. 10.

L. 10. *de supell. legat.* *L.* 28. *de reb. dubiis.* *L.* 24. *quib. mod. ususfr. vel usus amitt.* et casum pone in *L.* 11. §. 2. *de pignorib. et hypoth.* (1).

Fructus rei est etc.] Idem *L. ult. de usuris.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*

L. LXXIII. (1).

Quo tutela redit, eo hereditas pervenit, etc.] Facit huc Cajus, *in Instit.* I. 7. §. 1. *L. ult. Cod. de legit. tutel.* Alii, *eo tutela redit, quo hereditas pervenit* (2): male.

(1) De Inscriptione hujus Legis vid. Ant. Augustin. *Emend.* I. 4. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1445. *seq.* item Brencm. et Geb. *h.*

(2) Vid. Hotoman. *Obs.* VI. 5. Vel, *quo hereditas redit, eo tutela pervenit.* Vel, *quo hereditas pervenit, eo tutela redit.* Vid. Jac. Gothofred. *h.* et Oisel. *ad Caji Instit. loc. citat. not.* 5. et quos plures citat Gluck. *ad Tit. de legitim. tutor.* §. 1316. *not.* 11. *p.* 345. *seq.* Sed nihil mutandum: licet enim frequentior sit argumentatio ab hereditate ad tutelam, nonnunquam tamen Juris auctores quoque a tutela argumentantur ad hereditatem. Sic Cajus, *in Instit. dict. loc. Is, qui proximus fuerit ad tutelam, ipse proximus est ad hereditatem.* et Justin. *in L. ult. Cod. alleg. Ne videantur ex eo, quod ad tutelae gravamen non veniunt, successionis emolumentum amittere.* add. Jac. Gothofred. *h.* Ceterum de *tutela legitima* hanc regulam intelligendam esse, plus quam manifestum est.

§. 1.

Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ei, quem in suis heredibus, cum moritur, habuit, etc.] Quales et *exheredati* tunc sunt (1).

(1) Ergo iis quoque a patre *jure* testamento tutor dari potest. Add. Noodt. *ad Tit. Pand. de testam. tutel.* Vs. *Hoc loco et illa occurrit quaestio*, etc. et Gluck. *ad eund. Tit.* §. 1306. *p.* 216. — Sequens §. 2. pertinet ad *interdictum quod vi aut clam.* Vid. Cujac. et Jac. Gothofred. *h.*

§. 3.

§. 3.

Ut intelligi non possint:] Cum possint legi.

Perinde sunt, ac si scripta non essent.] Vid. *L.* 2. *de his, quae pro non script. hab.* (1).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* — Ad seq. §. 4. vid. et Noodt. *de Pact. et transaction. Cap.* 8. *et* 21. Brenckman. *de Eurematic. Cap.* 1. §. 6. Jo. van der Hinden, *ad Voet. Comm. ad Tit. Pand. de pactis*, §. 12.

L. LXXIV.

Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.] Jac. Gothofredus, *h.* refert ad *jurisdictionis prorogationem* (1). De *illa* sane *hoc Libro* egisse etiam videtur.

(1) Aliter Cujacius, *ad Libb. Papinian. Quaestion. in expl. L.* 33. *de rec. arbitr.* et Raevard. *h.* Generalissimam esse hanc regulam, et infinitis speciebus aptari posse, recte monuit Pothier. *h. t. num.* 25.

L. LXXV.

Idem *Lib.* III. *Quaestionum.*] Ubi de *restitutionibus in integrum* et de *Arbitris* egit.

Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam.] Jac. Gothofredus, *h.* casum ponit in *L.* 30. *de minorib.* quae huic jungenda; ut et in *L.* 8. *de collation.* (1) vel in *L.* 21. §. 5. *de rec. qui arbitr. recep.*

(1) Quacum hanc Legem jungit Labitt. *Us. Indic. Cap.* 5. §. 37. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 60. Vid. et Jac. Gothofred. *ad L. ult. Cod. Theod. de testam. Tom.* I. *p.* 390.

L. LXXVI.

Idem *Lib.* XXIV. *Quaestionum.*] Jac. Gothofred. jungit *L.* 18. *de tutel. et ration. distrah. L.* 2. *de separation.* quae tamen sunt ex *Lib.* XXV. Sed vult, Papinianum et in *hoc Libro* de *adquirenda hereditate* egisse.

In

In totum (1) *omnia, quae animi destinatione agenda sunt*, etc.] Uti *aditio hereditatis.*

(1) Id est, *in toto jure.* Pothier. *h. t. num.* 8. add. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaestion. in expl. h. l.* et Jac. Gothofred. *h.*

L. LXXVII.

IDEM *Lib.* XXVIII. *Quaestionum.*] Agens de *acceptilatione*, ut videtur, et ponens *ea occasione* regulam.

Actus legitimi, etc.] Vid. Leonin. *Emend.* II. 17. (1).

Qui recipiunt diem vel conditionem,] Jac. Gothofredus notat, in *Archetypo* additum fuisse *non* (2). Ipse legit *rejiciunt.* Rob. Steph. *non recipiunt.* Noodt, *in Comm. ad Tit. Pand. de tutorib. et curat. dat.* VI. *Dixi, qui habeant jus dandi tutoris*, etc. accipit de casu, quo haec *ex facto* sunt addita (3).

Veluti mancipatio (4),] De qua Brummer. *ad L. Cinciam, Cap.* 13. (5).

Hereditatis aditio, etc.] Vid. Alciat. *Parerg.* III. 4.

Nonnunquam tamen actus suprascripti tacite recipiunt, quae aperte comprehensa vitium adferunt: etc.] Facit huc *L.* 195. *h. t.* Hanc regulam pertinere tantum ad diem vel conditionem ex arbitrio hominis appositam, non vero ad eam, quae ex Juris, seu Legis necessitate inest, docet Leonin. *loc. cit. num.* 11.

(1) De *hac Lege*, deque *actibus legitimis*, eorumque natura et numero, item an et quomodo differant a *Legis actionibus*, multi multa scripserunt. Vide, praeter Cujacium, *ad Libros Papiniani Quaestionem in expl. h. l.* aliosque a Schultingio allatos, Brisson. *Select. Antiq.* IV. 20. Maranum, *ad. h. l. Oper. p.* 620. *seqq.* P. Fabrum, *Semestr.* II. 22. *seqq.* Meerman. *Diss. de Rebus manc. et nec mancipi, Cap.* 246. *seqq.* et quos plures recensent Trekell. ad Brisson. *loc. cit.* A. C. Stockman. *in not. ad Bach. Hist. Jur.* II. 2. *Sect.* 4. §. 3. Haubold. *Instit. Jur. Rom. priv. historico-dogmatic. Lineamenta*, §. 228. qui-

quibus add. H. E. Dirksen, *Beiträge zur kunde des Röm. Rechts*, *p.* 221. *seqq.* et Gluck. *ad Tit. de auctorit. tutor.* §. 1337. *p.* 428. *seqq.* *Legis actiones* et *actus legitimos* non differre, putavit Cujacius, *Obs.* XV. 16. quem etiam alii sequuntur. Vid Dirksen. *d. loc. p.* 225. *not.* 3. add. Jo. Gotfr. Sammet. *Opusc. p.* 200. *seq.* Bynkershoek. *Obs.* VII. 13. *plura*, inquit, *de Legis actionibus actibusque legitimis dicuntur, quam sciuntur.* Jac. Gothofredus, *h. actus legitimos* dicit esse *solennia quaecunque hominum negotia, quae publice, privatim, solenni modo rituque, seu solennitate a Lege inducta, celebrabantur:* putatque *actuum legitimorum* appellationem latius patere, quam *Legis actionum*, immo *actus legitimos* ambitu suo *has* complecti. Quod posterius tamen an quidem satis probatum a Gothofredo sit, dubitat Schultingius, *in Enarrat. Tit. Pand. de origin. jur.* §. 6. *in fin.* Rucker. *in not. MSS. ad L.* 4. *de adoption.* ait: „*Legis actiones* sunt actus *jurisdictionis voluntariae*, talis est *adoptio* in specie sic dicta, non etiam *arrogatio*, quae non ad *jurisdictionem* pertinet, sed supremae potestatis auctoritatem desiderat. Ab his Legis actionibus differunt *actus legitimi* in *L.* 77. *de reg. jur.* qui sunt negotia solemnia, quae tam *privatim* quam *publice*, sed solemni modo et ritu, celebrantur, adeoque *extra jus* quoque fiunt, nec ad *jurisdictionem* magistratuum pertinent, nisi forte *tutoris dationem* excipias. Schulting. *ad Caj. Inst.* I. 5. *pr. not.* 2. et II. 1. *not.* 75. Sic *mancipatio* est quidem *actus legitimus*, sed non est *Legis actio: Legis actionibus* enim adscribi non solent, quae *privatim* peraguntur, ut plerumque peragebatur *mancipatio*. Sed v. gr. *cessio in jure*, quae magistratus *jurisdictionem* desiderabat, ut et *mancipatio*, quae occasione *adoptionis* et *emancipationis* fiebat, est *Legis actio*. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 19. §. 3. *not.* 16." Cum his conferri merentur, quae habet Dirksen. *loc. modo laud.*

Longe alia de *actibus legitimis* est sententia L. J. F. Hoepfneri, *Dissertatione de Legis actionibus actibusque legitimis*, lingua Germanica conscripta, quae adjecta est ejus Commentario *ueber die Heineccischen Institutionen*, *p.* 902. *seqq.* Sed quem refutarunt Reichard. et Weber., citati a Gluck. *d. loc. p.* 430. *not.* 38.

(2)

(2) Et quidem haud ita recens, ut testis est Taurell. in Annot. Testatur quoque Brencman. h. in omnibus scriptis, quae vidit, adesse negationem, eamque lectionem latius confirmavit Dirksen. loc. cit. et Gluck. d. loc. not. 54. Etiam Cod. Coislin. Basilic. habet: μὴ ἐπιδεχόμεναι ἡμέραν. Vid. Witte, h.

(3) Ita verba, qui recipiunt diem vel conditionem, interpretatur quoque Cujac. Obs. XV. 16. id est, quibus aperte adjicitur dies vel conditio, hoc modo lectionem Florentinam qui recipiunt defendens. Vid. Dion. Gothofred. in not. ubi notavit Schultingius, Cujacium sequi Gravinam, de Orig. Jur. Civ. II. p. 445. et seq. [edit. Lipf. 1708.] Sed hanc interpretationem paulo duriorem esse, docuerunt Jac. Gothofred. h. et Meerman. Diss. laud. Cap. 249. qui ipse legit quia non recipiunt, ibid. Cap. 250. aut potius verba illa, qui recipiunt diem vel conditionem. tamquam supervacua, expungenda existimat, ibid. Cap. 251. Quia non displicet quoque H. Cannegieter. Obs. Juris Rom. IV. 7. p. 393.

(4) Ita Flor. Sed in Vulg. constanter emancipatio. Vid. Witte, h.

(5) Add. Interpp. ad Caji Instit. I. 6. §. 3. Bynkersh. Opusc. de Reb. manc. et nec manc. Cap. 1. Meerman. laud. Diss. Cap. 258. et seqq. Scheltinga, Diss. de Emancipationib. Cap. 3. in Jurispr. antiq. Fellenb. Tom. II. p. 484. seqq. et quos plures citat Haubold. loc. supra laud. p. 279. seq. De antestato autem, cujus quoque in mancipationis ritu meminit Cajus, dict. loc. in primis videndus est Clar. Chr. Saxe, in Observat. Antiquario-Philolog. ad vetus Chirographum Thesauri Muratoriani, mancipationis formulam continens. Traject. ad Rhenum, 1757. Alios etiam citat Haubold. d. loc.

L. LXXVIII.

Idem Lib. XXXI. Quaestionum.] Junge L. 9. de statu homin. L. 32. de adoptionib. L. 11. de captiv. et postlim. reverf.

Non quid habeat actor,] Jac. Gothofred habebat, Dion. Gothofred. in not. Non quid non habeat, Balduin.

etc. Sic et Jauchius, *de Negationib. p.* 185. (1).

Sed quid *per adversarium* etc.] *Quidquid*, Jac. Gothofred., qui in *arrogato per fraudem* casum ponit ex *L.* 5. §. 6. *de minorib.* Facit huc *L.* 33. *de adoptionib.* (2).

(1) Add. Idem, *ibid, p.* 186. Negationem Graeci quoque tuentur. Vid. Witte, *h.*

(2) Add. Majans. *Disp.* XII. §. 19. *in fin.*

L. LXXIX.

Idem *Lib.* XXXII. *Quaestionum.*] Junge *L.* 61. *de ritu nupt. L.* 15. *de his, quae ut indign. L.* 74. *de condit. et demonstr.* Ergo pone, quid relictum in *fraudem Legis.* Jac. Gothofred. *h.*

In jure civili,] Quando *Lex* fraudem punit et commemorat.

L. LXXX.

Idem *Lib.* XXXIII. *Quaestionum.*] Junge *L.* 14. *de his, quae ut indign.*

In toto jure generi per speciem derogatur,] Vid. *L.* 41. *de poenis.* Jac. Gothofred. *h.* (1).

Et illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.] Et vincit Legem *generalem*, etsi postea factam. Cyriac. *Controv.* 554. *num.* 86.

(1) Add. Bynkersh. *Obs.* III. 2. Voorda, *in not. MSS.* ait: „Quum positiones hujus Legis per interjectam §. non modo non disjunctae sint, sed etiam conjunctae per τὸ *et*, apparet, hac Lege non duas contineri regulas, sed unicam. Igitur verba posteriora explicandorum priorum caussa videntur adjecta, et indicare, quemadmodum generi per speciem derogatur. Sensus igitur videtur esse: generi per speciem ita derogatur, ut illud habeatur potissimum, quod ad speciem directum est."

L. LXXXI.

L. LXXXI.

Quae dubitationis tollendae causa etc.] Ex *L.* 36. *pr. mandat. vel contra* (1).

(1) Add. Eckhard. *Hermen. Jur.* I. 5. §. 189.

L. LXXXII.

Idem *Lib.* IX. *Responsorum.*] Junge *L.* 42. *de oper. libert.* et add. *L.* 47. *eod.* Jac. Gothofred. *h.*

Donari videtur, quod nullo jure cogente conceditur.] Idem *L.* 29. *pr. de donationib.* cujus *inscriptio* (1) hinc emendanda. Jac. Gothofred. *h.*

(1) Nempe pro *Lib.* XII. ibi legendum *Lib.* IX., ut ad eam Legem notavit Schultingius. add. Cujac. *h.* et *ad Libb. Papinian. Responsor. in expl. h. l.*

L. LXXXIII.

Idem *Lib.* II. *Definitionum.*] Junge *L.* 49. *de adq. vel amitt. possession.*

Non videntur (1) rem *amittere,* etc.] *Peculium* v. gr. filiusfamilias vel servus. Jac. Gothofred. *h.* (2).

(1) *Non videtur,* Graeci, Singulari numero. Vid. Witte, *h.*

(2) Aliud exemplum adfert Pothier. *h. t. num.* 15. add. Cujac. *ad Libb. Papinian. Definition. in expl. h. l.*

L. LXXXIV.

Paulus *Lib.* III. *Quaestionum.*] Junge *L.* 21. *de condict. indeb.* (1).

Cum amplius solutum est, quam debebatur, cujus pars non invenitur, etc.] Facit huc *L.* 26. §. 4. *de condict. indeb.*

(1) Et *L.* 21. *de Jur. Fisci* Jac. Gothofred. *h.* add. Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. Quaestion. in expl. h. l.*

§. 1.

Is natura debet, etc.] Junge *L.* 60. *de condict. indeb.*

deb. (1). Male Cujacius, *h.* et d'Avezan. *de Contractib.* *Cap.* 5. [in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 14. *seq.*] putant, ex *naturali jure* non esse obligationem: et illi sumunt tunc *jus naturae* improprie.

Quem Jure gentium] *Solo*, non *Civili*. Confundit et haec Cicer. *de Offic.* III. 5. *Neque vero hoc solum natura, id est, Jure Gentium, sed etiam legibus populorum, quibus in singulis civitatibus respublica continetur, eodem modo constitutum est.* etc. ubi Comm. et Senec. *de Benefic.* III. 14. *Aequissima vox est, et Jus Gentium prae se ferens, redde quod debes* (2).

Oportet,] Verbum, habens *necessitatem*, Gregor. Nyssen. *Advers. Apollinar.* *p.* 285.

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*
(2) Alia etiam loca, ubi *jus naturae* et *jus Gentium* confunduntur, habet Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de just. et jur.* §. 13.

L. LXXXV.

Idem *Lib.* VI. *Quaestionum.*] Junge *L.* 55. *de donat. int. vir. et uxor.* *L.* 45. *solut. matrim.* *L.* 18. *L.* 28. *de act. rer. amot.*

Melius est.] Ut in formula actionis rei uxoriae, *quantum aequius melius* (1).

(1) Vid. *L.* 82. *in fin. de solution.* Cicer. *de Offic.* III. 16. Jac. Gothofred. *h.* Eadem regula exstat in *L.* 70. *de jur. dot.* Pard. Pratej. *Geminat.* I. 46. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 525. Ant. Augustin. *Emend.* I. 7. in *eod. Thes.* *Tom.* IV. *p.* 1451.

§. 1.

Non est novum, etc.] Non est *regula*, sed *vitium* potius regulae *L.* 140. §. 2. *de verbor. obligat.* ubi et Paulus docet, illam esse non semper veram. Ceterum, Veteribus hanc rem controversam fuisse, censet Merill. *Variant. ex Cujac.* III. 8. Distinguentes vid. Cujac. *ad*

 Lib.

Lib. VIII. *Respons. Papin. in expl. L.* 5. *ad L. Falcid.* et *ad Lib.* XII. *Respons. Papin. in expl. L.* 31. *de donationib.* Jac. Gothofred. *h.* Scip. Gentil. *de Divid. et individ. obligat. Cap.* 13. [*Oper. Tom.* I. *p.* 142. *in fin. et seq.*] Vinn. *ad* §. 14. *Instit. de Legat.* (1).

Ut, quae semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus exstiterit, a quo initium capere non potuerunt.] Facit huc *L.* 15. *in fin. qui satisd. cog.* Add. Cyriac. *Controv.* 277. Junge *L.* 51. *de excusationib.* ubi et casus.

(1) Add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 25. et Pothier. *h. t. num.* 44.

§. 2.

Quotiens aequitate desiderii etc.] Junge *L.* 51. *in fin. de excusationib.* unde casum formant Cujacius, et Jac. Gothofredus, *h.*

Aequitate] Basilic. et Rob. Steph. (1) *aequitatem:* bene.

Naturalis ratio.] Id est, *ratiocinatio.*

Justis decretis res temperanda est.] Etiam per magistratus. Add. *L.* 6. *de Legat. praest. contr. tab. bonor. poss. petit.* Principis decreto facilius, ut *L.* 84. *de adq. vel omitt. hered.* Add. Cujac. *ad Lib.* XVI. *Quaest. Papin. in expl. d. L.* 84. (2).

(1) Etiam Vulg. et Hal. Vid. Brencm. *h.* add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 382. *not.* 5.
(2) Et Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 4. *a.* §. 7. *not.* 27.

L. LXXXVI.

Idem *Lib.* VII. *Quaestionum.*] Junge *L.* 30. *de testam. milit. L.* 12. *de bonor. possess. sec. tab.* Jac. Gothofredus refert eo, quod filius emancipatus *actionem injuriarum* non confert, *etsi lis sit coepta.* Facit huc *L.* 2. §. 1. *de collation.*

Non solet deterior conditio fieri eorum, etc.] Aliud

L. 51. §. 1. de heredit. petition. (1). — Ergo *injectio manus* etc. tunc bene fiunt. Peckius, *de Arrest. Cap. 4. num. 5.* ubi Leenwen.

Qui litem contestati sunt,] Et sic quasi contraxere. Facit huc *L. 29. de novationib.*

(1) Sed vid. Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. Quaestion. in expl. h. l.*

L. LXXXVII.

Idem *Lib. XIII. Quaestionum.*] Agens de *creditorum privilegiis.* Junge *L. 71. de jure dot. L. 44. de adm. et peric. tutor. L. 22. de tut. et ration. distrah.* Junge et *L. 5. de separation.* et casum pone in *L. ult. eod.* cum Jac. Gothofred. *h.*

Prospiceretur,] Rob. Steph. et Hal. (1) *prospicitur.*

(1) Etiam Vulg. et scripti. Vid. Brencm. *h.* Τὸ *denique* Jac. Gothofred. *h.* interpretatur *proinde.* Von Savigny, *das Recht des Besitzes, p. 50. exempli gratia,* add. Brisson. *de Verb. Signif.* in voc.

L. LXXXVIII.

Scaevola *Lib. V. Quaestionum,*] Junge *L. 127. de verborum obligat.* ubi eadem verba (1).

Nulla *petitio*] id est, *non valida* (2).

(1) Et ad quam vid. notata. add. Labitt. *Us. Indic. Cap. 3. §. 23.* in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p. 46.* et Wieling. *in Praetermiss. ad Labitt. et Schmucc. ibid. p. 220. seq.*

(2) Vid. Cujac. et Jac. Gothofred. *h.* Voorda, *in not. MSS.* ait: „*petitio* hic significat *jus*, seu *facultatem petendi.* Vid. *L. 127. de verb. oblig. L. 40. sub. fin. de reb. cred.* qua facultate etiam caret, qui petere nequit propter *exceptionem. d. L. 40. sub fin.*"

L. LXXXIX.

Paulus *Lib. X. Quaestionum.*] Junge *L. 30. de liberat. legat. L. 82. de legat. 2do. L. 26. de usu et usufr. legat.*

gat. Jac. Gothofredus, *h.* casum ponit in *Legatorum* petitione valida, nisi nemo sit heres ex testamento.

L. XC.

In jure] Id est, *Legum interpretatione.* Jac. Gothofred. *h.* (1).

Spectanda sit.] *Est*, Rob. Steph. (2).

(1) *In quaestionibus juris*, Cujac. *ad Libb. Paul. Quaestion. in expl. h. l.*

(2) Etiam Vulg. et Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

L. XCI.

Idem *Lib.* XVII. *Quaestionum.*] Junge *L. ult. de sentent. pass. et restitut.* (1).

Quotiens duplici jure etc.] Graeci in *Addend. Tom.* I. *Basilic.* Add. *L.* 1. §. *ult. si a parent. quis manumiss. sit.* et pone, ex *SCto Tertulliano*, vel *Orphitiano*, bona deferri ei, qui et antiquitus potuit venire.

(1) Add. Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. Quaest. in expl. h. l.* et Jac. Gothofred. *h.*

L. XCII.

Scaevola *Lib.* V. *Responsorum.*] Junge *L.* 15. *de dol. mal. et met. except. L.* 135. *de verbor. oblig. L.* 62. *de fidejussorib. L.* 5. *rat. rem hab.*

Si librarius (1) *in transcribendis stipulationis verbis errasset*, etc.] Vid. Cyriac. *Controv.* 408. De *testamentis*, *Consil. JCtor. Batav.* I. III. 130. De *sententiis*, Mev. *Part.* VII. *Decis.* 304. distincte.

In transcribendis] Id est, *redigendis in scripturam.*

Errasset,] Pone, priori loco posterius collocando, etc.

Teneatur.] Flor. *tenetur.* Jac. Gothofred. scriptum putat *tenEretur*, id est, *teneretur* (2).

(1) De quo vid. Jac. Gothofred. *h.* et Brencman. *Histor. Pand.* I. 5. *p.* 149.
(2) *Tenebitur*, Rehd. Vid. Geb. *h.*

L. XCIII.

Filiusfamilias neque retinere, neque recuperare, neque apisci (1) *possessionem rei peculiaris videtur.*] Casum ex *L.* 1. §. 1. *de Legat.* 3tio. ponit Jac. Gothofredus, *h.*

(1) Ita *hic* et alibi, veluti in *L.* 40. *de donat. int. vir. et uxor. L.* 5. §. 1. *de adq. vel amitt. possess. L.* 6. *pr. de munerib. et honorib.*, etiam *Florentiae* scriptum legitur; sed Leonin. *Emend.* I. 15. *num.* 9. *seq.* pro *apisci* ubique scribendum putat *aPIsci*, ut ex literis majusculis duplicatis, elemento *p* vicem duarum literarum sustinente, fiat *adipisci.* Non opus. *Apisci* dixerunt etiam optimi auctores Latini, uti Livius, IV. 3. ubi vide Interpp. Add. J. G. C. Rucker. *Diss. ad L.* 6. §. 1. *quemadm. servit. amitt.* etc. in Thes. Dissert. Juridic. G. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 304. *in not.* et notata superius ad *L.* 25. §. 5. *de hered. petition.*

L. XCIV.

Ulpianus *Lib.* II. *Fideicommissorum.*] Junge *L.* 11. *de Legat.* 3tio.

Non solent, quae abundant, vitiare scripturas.] Facit huc Paulus, *in Sent.* III. 4. *a.* §. 10. Augustin. *de Civitat. Dei*, IV 27. *De supervacuis non magna caussa est: solet enim et a viris peritis dici, superflua non nocent* (1).
Quae abundant,] *Supervacua.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* et *ad L.* 5. *Cod. Theod. de testam. Tom.* I. *p.* 380.

L. XCV.

Idem *Lib.* VI. *Fideicommissorum.*] Junge *L.* 6. *ut legat. vel fideicomm. servand. causs. caveat.* (1).

Nemo dubitat, solvendo videri eum, qui defenditur.] Qui

Qui itaque non patitur *missionem in bona.* *L.* 2. *L.* 7. *quib. ex causis in possess. eat.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*

L. XCVI.

Marcianus *Lib.* XII. *Fideicommissorum.*] Junge *L. ult. si cui plus, quam per L. Falcid. lic.* etc. *L.* 12. *ut in possess. legat. vel fideic. servand. causs. esse lic.*

In ambiguis orationibus maxime sententia spectanda est ejus, qui eas protulisset.] Sic si ex *ejus voluntate et potestate* actus originem habeat. *L.* 85. §. 1. *de verbor. obligat. L.* 172. §. 1. *h. t.* In specie in *Praetoriis stipulationibus* spectanda mens Praetoris. *L.* 9. *de stipul. Praetor.* Jac. Gothofred. *h.*

L. XCVII.

Hermogenianus *Lib.* III. *Juris Epitomarum.*] Junge *L. ult. unde legitim. L.* 21. *de jure patronat. L.* 2. *de bon. possess. contr. tab.*

Ea sola deportationis sententia aufert, etc.] *Deportato*, et praecipue *liberis ejus.* Cujac. et Jac. Gothofred. *h.* (1).

(1) Vid. ad hanc Legem etiam Athan. Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur. Civ.* IV. 13. in Thes. Meerman, *Tom.* I. *p.* 593. Nic. Anton. *de Jur. oculum*, II. 17. *num.* 3. in *eod. Thes. Tom.* III. *p.* 93. Finestr. et de Monaalv. *in Hermogen. Libb. Jur. Epitom. Tom.* II. *p.* 760. *seqq.*

L. XCVIII.

Idem *Lib.* IV. *Juris Epitomarum.*] Junge *L.* 22. *de Legat.* 3io. *L.* 95. *de condit. et demonstr. L.* 40. *ad L. Falcid. L.* 11. *ut in poss. legat. vel fideic. servand. causs. esse lic.* Casum pone ex *L.* 1. *Cod. de bon. auctorit. Judic. possid.* Jac. Gothofred. *h.* (1).

Quotiens utriusque] Al. (2) *in utriusque.*

In lucrum] Rob. Steph. (3) *in lucro.*

(1) Add. Finestr. et de Monzalv. *loc. modo laud. p.* 8. *seqq.*
(2) Ita Hal.
(3) Etiam Hal. Vulg. *cujus lucro.* Rehd. *cujus in lucris.* Vid. Geb. *h.*

L. XCIX.

VENULEJUS *Lib.* XII. *Stipulationum.*] Junge *L.* 25. *de stipulat. servor.* Jac. Gothofredus accipit de *herede*, a creditoribus vel Legatariis convento, nondum explorato rerum statu, an debuerit defunctus; an legata possint solvi.

Non potest improbus (1) *videri*, *qui ignorat*, *quantum solvere debeat.*] Ergo nec ad *usuras* tenebitur quasi ob moram. Sande, *Decis.* III. 14. 9. Fab. *Cod.* IV. 24. 10. Cyriac. *Controv.* 61. *num.* 13. *seqq.* Potest hic interdum et res expediri *cautione*, de qua *L.* 5. *de stat. liber.*

(1) Seu *in mora.* Cujac. *ad L.* 63. *h. t.* et Jac. Gothofred. *h.*

L. C.

GAJUS *Lib.* I. *Regularum.*] Junge *L.* 21. *de adoption.* (1).

Omnia, quae jure contrahuntur,] Verbi gratia *adoptione.*

Contrario jure pereunt.] *Emancipatione.* Jac. Gothofred. *h.*

(1) Quae desumta est ex Gaji *Libro Singulari Regularum.*

L. CI.

PAULUS *Lib. Sing. de Cognitionibus.*] Junge *L.* 42. *L. ult. de excusationib. L. ult. de tutor. et curat. dat. L. ult. de Veteran.* Add. *L.* 1. *Cod. de temp. et reperat.* Jac. Gothofred. *h.* (1).

Ubi

Ubi Lex duorum mensum *fecit mentionem*,] Flor. *mensum*. (2). Sic et *L.* 2. *Cod. Theod. de decurionib*, ubi Jac. Goth. [*Tom.* IV. *p.* 361.]

Et qui sexagesimo et primo (3) *die venerit*, *audiendus est*:] Ex *humanitate*; nec omnes menses sunt tantum XXX. dierum.

(1) Quem etiam vid. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de Decurion.* et Pothier, *h. t. num.* 17. add. Ed. Schrader. *Monats-Rechnung des Röm. Rechts*, in Dessen *Civil. Abhandlungen*, *p.* 193. *seqq.* ubi *p.* 205. *seqq.* pluribus de hac Lege ejusque lectione egit.

(2) *Mensum* passim antiquissimi Codd. praebent. Vid. Oudend. *ad Suet. in August. Cap.* 65. *p.* 269. Add. Brisson. *Pårerg.* §. 58. in ejus *Oper. minor. p.* 399. et notata superius ad *L.* 1. *de feriis*, *Tom.* I. in *Addend. p.* 618. et ad *L.* 1. §. 10. *de inspic. ventre*, etc.

(3) Sic etiam Graeci. Vid. Witte, *h.*

L. CII.

Ulpianus *Lib.* I. *ad Edictum.*] Quem Jac. Gothofredus putat, *hic* exposuisse Edicti *praefationem* (1).

Qui vetante Praetore fecit, *hic adversus Edictum fecisse proprie dicitur*.] Facit huc *L.* 29. *de Legib.*

(1) Add. Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 4. §. 2. *not. d.*

§. 1.

Ejus est actionem denegare, *qui possit et dare*.] De qua *danda* generaliter quaedam edixisse Praetorem, vult Jac. Gothofredus, *h.*

L. CIII.

Paulus *Lib.* I. *ad Edictum.*] Junge *L.* 6. *de damn. infect.* et add. *L.* 4. §. 5. *eod.* Add. et junge *L.* 19. *et* 21. (1) *de in jus vocand.*

(1) Ad quam vid. notata. add. Lauterb. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 28. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 48.

L. CIV.

L. CIV.

Si in duabus actionibus] Concurrentibus; sed ita, ut una alteram non tollat. Jac. Gothofred. *h.*

Alibi summa major, alibi infamia est,] Id est, in *una* summa major, in *altera* infamia est. Jac. Gothofredus casum ponit ex *L.* 5. §. 1. *ad L. Aquil. L.* 45. *pro Socio. L.* 14. §. 1. *praescript. verb.*

Praeponenda est caussa existimationis.] In *ordine judiciorum.* Add. *L. ult. Cod. de ord. judicior.* (1).

(1) Et Gluck. *ad Tit. de judic.* §. 554. *p.* 520.

L. CV.

Paulus *Lib.* I. *ad Edictum.*] Junge *L.* 5. *de damn. infect. L.* 26. *ad municip.* (1) Add. *L.* 4. §. 3. *de damn. infect.*

(1) Add. Brencm. *de Leg. Inscription.* §. 18. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 165. et Noodt. *de Jurisdict. et imper.* I. 5. *et* II. 2. qui *τὰ ibi Praetor desideratur* explicat: ibi magistratus municipalis non sufficit, sed Tribunali opus est. add. Jo. Vollenhove, *Diss. de suspect. tutor. et curator. Cap.* 3. §. 4. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 211. Vid. et de hac regula Athan. Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* III. 6. *num* 15. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 496. *seq.*

L. CVI.

Idem *Lib.* II. *ad Edictum.*] Jac. Gothofredus refert ad *vindicias* juxta libertatem dandas (1); vel ad *cautionem de rato*, quod debet *certum* (2) continere.

Libertas inaestimabilis res est.] *Summum pretium*, Terent. *Andr. Act.* I. *Scen.* I. *vs.* 12. Τὰ μέγιστα τῶν ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῶν, Dion. Halicarnass. IV. *p.* 226. Add. Quinctilian. *Declam.* VI. [*Cap.* 16.] *In quacunque fortuna beata libertas*, et Dion. Chrysost. *Orat.* XIV. Μέγιστον τῶν ἀγαθῶν (3).

(1) Scil. *favore libertatis*, cum alioquin *vindiciae* darentur secundum eum, qui jure possidebat. Jac. Gothofred. *h.*
(2) *Certum*, id est, *certam pecuniae summam*, in casu, quo procurator pro eo, de cujus statu agitur, experitur: quod ideo, quia *libertas inaestimabilis res est*, adeoque ne alioquin inutilis sit stipulatio, vel incerta. Vid. Jac. Gothofred. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 90.
(3) Add. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 13. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 238. *seq.*

L. CVII.

Gajus *Lib.* I *ad Edictum Provinciale.*] Junge *L.* 4 *de judic.* (1).

Cum servo nulla actio est.] Nec a Praetore peti potest, ut cnm illo liceat agere.

(1) Ad quam vid. notata. add. Jac. Gothofred. *h.*

L. CVIII.

Paulus *Lib.* IV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 11. *de in jus voc.* (1).

Aetati] Minori.

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 18. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 165. Noodt. *ad Tit. Pand. de in jus voc.* Vs. *Tertium edicti caput* etc.

L. CIX. (1).

Nullum crimen patitur is, etc.] *Nonnullum*, Jauch. *de Negationib. p.* 289. [et *p.* 45. 132. 334.] deleta *negatione* ad finem (2): male.

Patitur] Id est, eo non afficitur invitus, sed id volens subit. Jac. Gothofred. (3) qui casum ponit ex *L.* 1. §. 6. *de postuland.* Quod nimis subtile: verba tamen sic commode se habent.

Cum prohibere non potest.] Abest *non* a Flor. Cod. (4).

(1) Ad *edictum de his qui not. infam.* Legem hanc quoque

que refert Noodt. *ad Tit. Pand. de his qui not. infam.* VI. *Superest in hoc edicti versu ait.*

(2) Probat hanc emendationem Jauchii Leyser. *Medit. ad Pand. Specim.* 521. *Medit.* 4. et *Specim.* 534. *Medit.* 10 Sed vid. Marckart. *Probab. recept. lect. Jur. Civ. Part.* I. *p.* 56. *seqq.* licet hic *vulgatam* lectionem, *cum prohibere non potest*, retineat, eamque cum multis Legi affingat sententiam: *extra caussam delicti esse; qui non prohibet, cum prohibere non potest*: nec aliter Pothier. *h. t. num.* 1283. Vulgatam praefert quoque Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* et emendationem Jauchii etiam rejicit Sammet. *Opusc. p.* 202. *seq.*

(3) Qui hoc modo lectionem Florentinam, *cum prohibere potest*, defendit: secundum quem adeo sensus Legis hic est; *nullo crimine, sive nulla injuria, afficitur, qui non prohibet, cum prohibere potest.* Sed nimis violentam hanc interpretationem dicit Sammet. *loc. modo cit. p.* 203. Florentinam tamen lectionem recte tueri Jac. Gothofred., quamvis genuinam Legis speciem non sit adsecutus, ait Heinecc. *ad Edict. Perpet. Tit.* XVII. *not. y.*

(4) Etiam Graeci habent: ὁ δυνάμενος κωλῦσαι, καὶ μὴ κωλύων. Vid. Reitz. *h.* et Codicis Florentini scripturam unice veram esse, docet quoque Witte, *h.* Jensius, *Strictur. ad Pand. p.* 520. Graecum textum emendat.

L. CX.

IDEM *Lib.* VI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 6. *de reivind. L.* 16. *qui satisd. cog. L.* 2. *de eo, per quem fact. erit. etc.* Jac. Gothofredus accipit de casu *L.* 4. *in fin. si quis caut. in jud. sist. causs. fact. non obtemp.* (1) cum summa promissa est *major* (2) in *cautione judicio sisti.*

In eo, quod plus sit, semper inest et minus.] Quid si in quantitate discrepent testes. Vid. Maynard. *Decis.* IV. 60.

(1) Ad *stipulationes judicio sisti* hanc Legem etiam refert Pothier. *h. t. num.* 14. Sed Cujacius, *ad Libb. Pauli*

Paul. ad edict. in expl. h. l. eam refert ad *actiones noxales.*

(2) *Major*, id est, major *quantitate statuta.* Vid. *L. 4. alleg.* Quae autem illa quantitas fuerit, in Lege non additur. *Duplum* putavit Cujacius, *Obs.* X. 10. quem sequuntur Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. si quis caution.* etc. *Oper. p.* 94. Noodt. *ad eund. Tit.* Schulting. *in Enarr. d. Tit.* §. 2. Sed vid. Bav. Voorda, *Diss. de Vadimonio*, *Cap.* IV. §. 3. in Jurisprud. antiq. Fellenb. *Tom.* II. *p.* 48. et notata superius ad *d. L.* 4. §. *ult. de in jus voc.*

§. 1.

Nemo alienae rei expromissor etc.] Non per *stipulationem*, sed per *litis contestationem. L.* 11. §. 1. *de novationib.* Jac. Gothofred. *h.* (1).

(1) *Alienae rei expromissorem* nullum alium *hic* intelligendum esse, nisi *defensorem*; adeoque Paulum *hic* plane idem tradere, quod docet quoque Cajus, in *L.* 46. §. 2. *de Procuratorib. Nemo alienae litis idoneus defensor sine satisdatione intelligitur*, docet Jac. Voorda, *Interpr. et Emend.* II. 8.

§. 2.

Pupillus pati posse non intelligitur.] Junge *L.* 2. *de eo, per quem fact. erit, quo minus quis in judic. sist.* Ad quod Edictum *haec verba* refert Jac. Gothofred. (1).

(1) Sic quoque Reinold. *Exercit.* VII. *in fin. Opusc. p.* 708. et in *Orat. de Legum inscript.* §. 5. in Jurisprud. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 187.

§. 3.

Ubi verba conjuncta non sunt, etc.] Jac. Gothofred. *h.* putat in Edicto illo *de eo, per quem fact. erit* etc. *vis vel doli* factam mentionem.

§. 4.

Cum defendantur,] Sic et Basilic. (1). Jac. Gothofred.

fred. *h.* refert ad Edictum *de eo, per quem fact. erit* etc. Quod vix est. (2)

(1) Vid. Leuncl. *Notat.* II. *Cap.* 159. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1533. et Witte, *h.* Al. *defraudantur*, vel *defrudantur*, uti Grotius, *in Flor. Sparsion. ad h. l.* et referunt ad *SCtum Velleianum*, quae etiam videtur esse sententia Pothierii, *h. t. num.* 172. Nic. Catharin. *Obs.* IV. 36. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 797. *quo defendantur*: vel, *mulieribus tunc facilius succurrendum est, ut defendantur, non cum calumniantur.* Quid? si referamus ad *L.* 2. *si ex noxal. causs. agat.* verb. *sin vero falso neget in sua potestate esse, suscepturum judicium sine noxae deditione*; vel ad *L.* 12. *de noxal. actionib.* quae utraque lex quoque ex *Pauli Lib.* VI. *ad Edictum* desumta est: et dicamus, pertinere *hanc regulam* ad quaestionem, utrum mulier quoque cogatur judicium suscipere *sine noxae deditione*, si falso negaverit, servum in sua potestate esse; vel judicium illud suscipere necesse habeat, si servum dimiserit, ne agi secum ex noxali caussa posset; an vero mulieri hac quoque in re sit succurrendum. Ad quam quaestionem negando respondet JCtus, docens, mulieribus quidem succurri, *cum defendantur*, id est, quando propter infirmitatem sexus sui defensione adversus alios indigent; non vero, *ut facilius calumnientur*, id est, non vero, ut aptior iis detur occasio in fraudem alterius aliquid moliendi.

L. CXI.

GAJUS *Lib.* II. *ad Edictum Provinciale.*] Jac. Gothofred. *h.* refert et *hanc Legem* ad Edictum *de eo, per quem fact. erit* etc.

Pupillum, qui proximus (1) *pubertati sit, capacem esse et furandi et injuriae faciendae.*] Vid. *L.* 23. §. 2. *de Ædil. Edict.* Mornac. *ad L.* 37. *de minorib.* Fabrot. *Exercitat.* IX. (2) [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1206. *seqq.*] Tertullian. *Adv. Marcion.* IV. 23. *Satis impudens antithesis, quum tamen diversa committit, parvulos et pueros, innocentem adhuc aetatem et judicii jam capacem,*

cem, quae conviciari poterat, ne dicam blasphemare.

(1) *Pubertati proximus* quis dicatur, vid. notata superius ad *L.* 13. §. 1. *de dol. mal.*
(2) Quae est de *delictis impuberum.*

L. CXII.

P[illegible] *Lib.* VIII. *ad Edictum.*] Agens de *Procuratorib.* [illegible]ujac. [*ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.*] et Jac. Gothofred. *h. l.* casum ponunt ex *L.* 42. §. 3. *de Procuratorib.* (1) quod Fiduciarius recte post restitutionem hereditatis detur Procurator tanquam in *rem alienam*, cum actiones ejus sint inutiles.

Nihil interest, ipso jure quis actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.] Facit huc *L.* 57. *Cod. Theod. de appellationib.* [*Tom.* IV. *p.* 267.]

(1) Quacum hanc jungendam, notavit quoque Noodt. *ad Tit. Pand. de procurator.* VI. *Primum caput* etc. add. Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 18. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 165.

L. CXIII.

Gajus *Lib.* III. *ad Edictum provinciale.*] Jac. Gothofred. refert ad Edictum *Quod cujusque universit. nomine*; ut pars sit in toto, scil. *major* (1); vel ad casum *L.* 7. §. 2. *eod.*

In toto et pars continetur (2).] Arnob. *Adv. Gentes*, II. *p.* 77. *In toto enim pars est, non totum in parte: et universitas debet attrahere portiones, non portionibus universitas applicari.*

(1) Hoc improbat Pothier. *h. t. num.* 14.
(2) An petito fundo seorsim ususfructus peti possit, Forner. *Rer. Quotid.* II. 13. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 173. *seq.*

L. CXIV.

Paulus *Lib.* IX. *ad Edictum.*] Agens de *negotiis gestis*,

tis, et forte de *animo*, quo gestor gesserit (1).

(1) Vid. Jac. Gothofred. *h.* et Noodt. *ad Tit. Pand. de negot. gest.* in fin. Late de hac regula Averan. *Interpr. Jur.* IV 9. *seq.*

L. CXV.

Idem *Lib.* X. *ad Edictum.*] Add. et Junge *L.* 2. *de calumniatorib.* (1).

Si quis obligatione liberatus sit, etc. (2).] Vid. *L.* 11. *de acceptilat.* Martial. *Epigramm.* IX. 9. Non vero huc *spes incerta* pertinet, de quali Quinctilian. *Declam.* 275.

(1) Ad quam vid. notata. add. Labitt. *Us. Indic. Cap.* 2. §. 25. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 53. *seq.* et Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 18. *ibid. p.* 165.

(2) Pro *cepisse* Hal. *accepisse.* Sed vid. Wieling. *in Praetermiss. ad Labitt. et Schmucc. loc. modo cit. p.* 218. *seq.*

§. 1.

Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione summoveri.] Vid. Noodt. *ad Tit. Pand. de calumniatorib.* vs. *Quid porro sit, pecuniam accepisse* etc. *in fin.* Add. *L.* 13. *h. t.*

L. CXVI.

Ulpianus *Lib.* XI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. 3. 5. 7. 9. 12. *quod metus causs.* (1).

Nihil consensui tam contrarium est, etc.] Senec. *de Benefic.* II. 18. *Cum eligendum dico cui debeas, vim majorem et metum excipio: quibus adhibitis electio perit.* etc. Cicer. *de Offic.* I. 10. *Jam illis promissis standum non esse, quis non videt, quae coactus quis metu, quae deceptus dolo promiserit?* et *pro Caecin. Cap.* XI. *Nec juri quidquam tam inimicum, quam vis.*

Qui ac bonae fidei etc.] Dele *ac* (2).

Quam

Quam vis atque metus] Quae saepe homini mentem excutiunt.

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* Noodt. *de Forma emend. dol. mal. Cap. ult.* Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. quod met. causs.* §. 6. Gluck. *ad eund. Tit.* §. 444. *p.* 480. *seq.*
(2) Hal. et Vulg. *et.* Vid. Brenem. *h.*

§. 1.

Non capitur, qui jus publicum (1) *sequitur* (2).] Junge *L.* 11. §. 3. 4. 5. *de minorib.* Add. *L. ult. Cod. de in int. restit. minor.* (3).

(1) Id est, *jus commune.* Elegans exemplum est in *L.* 51. §. 4. *de fidejussor.*
(2) Id est, *observat.* Schroder. *Obs. Jur. Civ.* I. 3. *p.* 20.
(3) Add. Jac. Gothofred. *h.* et Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de minor.* §. 5. Sed Heinecc. *ad Edict. Perpet. Tit.* XXVI. *not. q.* hanc Legem non refert ad Tit. *de minoribus*, sed ad Tit. *de dolo malo. Capitur* malam versionem esse, somniat Jens. *Strict. ad Pand. p.* 520.

L. CXVII.

Paulus *Lib.* XI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 27. *de dolo malo* (1).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*

L. CXVIII. (1).

Ulpianus *Lib.* XII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 23. *ex quib. causs. major.* (2).

Nam cum possideatur, possidere non videtur.] Facit huc *L.* 54. *in fin. de adq. rer. domin.* (3).

(1) Voorda *in not. MSS.* ait: „ Sequentes dehinc Leges longe alio ordine dispositae sunt in vetustis editt., veluti in Glossato meo, in Hugonis a Porta et Baudozae editt. Caussa ejus rei haec est. Postremi hu-

jus Digestorum Tituli paginae in Pand. Flor. carie fuerunt disjectae, et ab imperito vel indiligente homine praepostere concinnatae, atque compositae fuerunt, ita ut penultima antepenultimae praelata sit: qui error in omnes calamo vel typis descriptos libros irrepsit. Taurell. *in Dedicatione Pand. Flor.* sub fin. Ant. Augustin. *Emend.* I. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1430. *seq.*] Hunc autem ordinem, quem hic et in aliis editt. recentioribus videmus, genuinum esse, patet ex Basilic. *ad h. t.* item ex locis illis Basilicorum, ubi laudantur capita ex hoc Titulo. Vid. Contium, *Disp.* I. 6. sub fin. eoque faciunt etiam argumenta quaedam ab Augustino, *d. loc.* prolata." add. Brencm. et Geb. *h.* et Witte, *h.*

(2) Add. Jac. Gothofred. *h.*

(3) Add. von Savigny, *das Recht des Besitzes*, *p.* 114.

L. CXIX.

Idem *Lib.* XIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 4. §. 1. *de alien. jud. mut. causs. fact.* (1).

(1) Ad quam vid. notata. add. Labitt. *Us. Indic. Cap.* 2. §. 26. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 54. *Qui duntaxat* omittit *posscssionem.* Graeci: ὁ μόνον τὴν νόμην ἀποβαλλόμενος. quod Leunclavius sine necessitate vertit: *amittit.* Vid. Reitz. et Witte, *h.* Ἐκβαλλόμενος edidit Heimbach.

L. CXX.

Paulus *Lib.* XII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 30. *ex quib. causs. major.* unde casum ponit Jac. Gothofredus, *h.* (1).

(1) Add. Cujac. *h.*

L. CXXI.

Paulus (1) *Lib.* XIII. *ad Edictum.*] Explicans Tit. *de recept. qui arbitr. recep.* et stipulationem *si adversus ea factum erit, sive quid ita factum non fuerit* (2). Jac. Gothofred. *h.*

Videtur facere adversus ea, quia non facit.] Leonin. *Emend.* I. 17. 9. *adversus ea, quae* (3) *non facit.*

Et

Et qui facit etc.] *At qui facit* etc. Leonin. *ibid.* ubi de *h. l.*

(1) Flor. *Idem.*
(2) Vid. §. *ult. Inst. de verb. oblig.* et *L.* 137. §. 7. *eod.* add. Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* et Noodt. *ad Tit. Pand. de rec. qui arbitr. recep.* Vſ. *Multo minus praeteribo*, etc.
(3) *Quae* et *at* edidit quoque Hal. Alias etiam lectiones refert Witte, *h.* Sed Florentinam lectionem sollicitandam non esse, recte monuit Jac. Gothofredus. *Adversus ea* sunt ipsa verba stipulationis *si adversus ea* etc. quae adeo non male *literis majusculis* edi curavit Pothier. *h. t. num.* 1029.

L. CXXII.

GAJUS *Lib.* V. *ad Edictum provinciale.*] Jac. Gothofredus refert ad tractatum de *judiciis* (1), et casum ponit in *L.* 53. *de judic.*

Libertas omnibus rebus favorabilior est.] Junge *L.* 125. *h. t.*

(1) Ad Tit. *de rec. qui arbitr. recep.* Pothier. *d. Tit. num.* 4. Vid. et Cujac. *h.*

L. CXXIII.

ULPIANUS *Lib.* XIV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 8. *pr. de inoffic. testam.* unde casum ponit Jac. Gothofred.

Nemo alieno nomine lege agere potest (1).] Cicer. *pro Roscio Comoed. Cap.* 18. *Qui per se litem contestatur, sibi soli petit: alteri nemo potest, nisi qui cognitor est factus.* etc. (2). Facit huc Calp. Flacc *Declam.* 41. *Alius, inquit, pro alio agere non potest.*

(1) Vid. de hoc loco Dirksen. *Beiträge zur Kunde des Röm. Rechts*, *p.* 221. *seqq.* et quos plures laudavi ad *L.* 77. *h t.*
(2) Add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de procurator.* §. 1.

§. 1.

Temporaria permutatio (1) *jus Provinciae non innovat.*] Casum pone in *L.* 29. *in fin. de inoffic. testam.* Jac. Gothofred. *h.* qui et alios casus habet. Add. Idem, *ad L.* 9. *Cod. Theod. de indulgent. crimin.* [*Tom.* III. *p.* 305.] et ad *L.* 12. *Cod. Theod. de poenis, in fin.* [*Tom.* III. *p.* 330.] Facit huc Capitolin. *in Marco Anton. Cap.* 22. *in fin.*

Temporaria permutatio] Qualis *L.* 3. *de offic. Adsessor.*

(1) *Permutatio Provinciae* est, si ea ex *Praesidiali* fiat *Proconsularis*, aut contra. Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 546. add. Cujac. *Obs.* XXIV. 2. et Pothier. *h. t. num.* 1956.

L. CXXIV.

Paulus *Lib.* XVI. *ad Edictum.*] Jac. Gothofred. refert ad Tit. *de judiciis* (1).

Hic quidem (2) *et respondere potest.* §. 1. *Furiosus* etc.] Jac. Gothofred. haec conjungit, expuncto (§.).

Furiosus absentis loco est.] Quando opus *praesentia* (3).

(1) Vid. et Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* et Pothier. *h. t. num.* 165.
(2) *Idem quidem et in surdo hic responderi potest*, Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h.*
(3) Add. notata superius ad *L.* 2. §. 1. *de procurator.* et Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de pactis*, §. 16. in fin.

L. CXXV.

Gajus *Lib.* V. *ad Edictum provinciale.*] Junge *L.* 122. *h. t.* Ad Tractatum *de judiciis* refert Jac. Gothofred. *h.*

Favorabiliores rei potius, quam actores habentur.] Inde *absolutio* favorabilis. Quinctilian. *Declam.* 300. et inde ali-

alicubi reis in judicio *dexter locus* datus. Menag. *Amoenit. Jur. Civ. Cap.* 34.

L. CXXVI.

Ulpianus *Lib.* XV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 13. §. 8. *de heredit. petit.* (1).

(1) Vid. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 5. §. 206. ibiq. Walch. Totam hanc Legem ad Tit. *de hereditatis petitione* pertinere, notarunt quoque Cujac. et Jac. Gothofred. *h.* et Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 23. §. 2. *not.* 3.

§. 1.

Locupletior non est (1) *factus, qui libertum* (2) *adquisierit.*] Junge *L.* 25. §. 11. *de heredit. petit.* Paul. *in Sentent.* II. 23. §. 2.

(1) Unde Conjux Conjugi servum, ut eum manumittat, donare potest. Vid. *L.* 7. §. *ult. de donat. int. vir. et ux.* et Paul. *in Sent. loc. cit.* ibiq. Schulting. add. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de jur. patronat.* §. 17. *p.* 124.
(2) Al. male *liberum.* Vid. Witte, *h.* et Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 585. *not.* 16.

§. 2.

Cum de lucro duorum quaeratur, melior est caussa possidentis.] Casus in *L.* 24. *de heredit. petit.* Jac. Gothofred. *h.*

L. CXXVII.

Paulus *Lib.* XX. *ad Edictum.*] Agens de *hereditatis petitione* (1).

Cum Praetor in heredem dat actionem, etc.] Occasionem ponit Jac. Gothofredus ex *L.* 20. *in fin. L.* 22. *L.* 23. *de heredit. pet.*

(1) Add. Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* De casu, quo heres consumsit, quod ad se pervenit, regulam hanc accipit quoque Pothier. *Tit.*

quod met. causs. num. 21. et Gluck. *ad eund. Tit.* §. 449. *not.* 37. *p.* 500.

L. CXXVIII.

Idem *Lib.* XIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 2. 4. 6. 10. 12. *de Public. in rem action.* (1). Pone casum ex *L.* 9. §. 4. *eod.*

In pari caussa possessor potior haberi debet.] Late Merend. *Controv. Juris*, VI. 20.

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*

§. 1.

Hi, qui in universum jus (1) succedunt, heredis loco habentur.] Facit huc *L.* 7. §. 9. *de Public. in rem act.* Junge *L.* 12. §. 1. *eod.*

(1) *Jus* Graecos omittere, notavit Leunclav. *Notator.* II. 141. in Thes. Otton. *Tom* III. *p.* 1553.

L. CXXIX.

Idem *Lib.* XXI. (1) *ad Edictum.*] Junge *L.* 12. *de usurp. et usuc.* Jac. Gothofredus, *h.* casum ponit in *creditore*, sibi debitum accipiente, et quod is non tenetur aliqua *actione.*

(1) Cujacius, *h.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* le[illegible] *Lib.* XX. et refert ad *hereditatis petitionem.*

§. 1.

Cum principalis caussa non consistit, (1) ne ea quidem, quae sequuntur, locum habent.] Jac. Gothofred. *h.* casum ponit in *L.* 39. §. 1. *de reivind. L. ult.* §. 1. *ad SCtum Vellej. L.* 7. *Cod. eod. L.* 40. *de reivind.*

(1) *Plerumque* additur in *L.* 178. *h. t.* ubi vide.

L. CXXX.

Ulpianus *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] Ut in *actione*

ae

de pauperie, et *damni injuria*, de quibus *hoc Libro* actum.

Nunquam actiones, praesertim poenales, de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.] Ut non id, quod plus est in ea, quae non est intentata, quis consequi adhuc per illam possit (1).

(1) Videtur itaque Schultingius hac in re sequi Jac. Gothofredum, *h.* Aliter de *hac regula* sentit Cujac, *Obs.* VIII. 24. quem sequitur Pothier. *ad Tit. Pand. de oblig. et act. num.* 68. Gothofredi Cujaciive sententiam amplectendam, censet H. van Vianen, *Diss. de concursu actionum*, *Cap. ult.* §. *ult.* in *Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. Vol.* I. *Tom.* I. Egerunt de hoc loco etiam Brencman. *de L. Remm. exitu*, *Cap.* 9. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1598. *seq.* Finestr. et de Monzalv. *in Hermog. Jur. Epitom. Libb. Tom.* I. *p.* 612. *seq.* Duirsema, *Conject.* II. 3. *p.* 190. *seq.* Rygerbos. *Obs. Cap.* 5. Gluck. *ad Tit. de edendo*, § 284. *a. p.* 10. *not.* 27. Sed novam *huic regulae* lucem adfudit, ejusque veram, ni fallor, sententiam indicavit Bav. Voorda, *Thes. Controv. Dec.* XXV. *thes.* 7. *seqq.*

L. CXXXI.

Paulus *Lib.* XXII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 12. *de noxal. action.* (1).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* et Gluck. *ad Tit. de alien. jud. mut. causs.* §. 4, 1. *not.* 24. *p.* 62.

L. CXXXII.

Gajus *Lib.* VII. *ad Edictum provinciale.*] Junge *L.* 8. *ad L. Aquil.* In *qua Lege* id procedit.

Imperitia culpae adnumeratur.] In *artifice* (1). Facit huc Plato, *in Protagora*, *p.* 239. *in fin.* Cicero, *de Orat.* I. 58. et *de Finib.* III. 17. *in fin.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* et Noodt. *Lib. Sing. ad L. Aquil. Cap.* 8.

L. CXXXIII.

IDEM *Lib.* VIII. *ad Edictum provinciale.*] Jac. Gothofredus, *h.* casum ponit in *L.* 9. §. 2. *de interrog. in jure fac.* Vult tamen, *hanc Legem* et aptari posse *servo*, qui possessionem in alium transtulit; vel Titulo *de his, qui effud. vel dejec.*

Deterior fieri non potest.] *Jure*, sine nostra voluntate; *facto* quidem (1).

(1) Regulam hanc explicare Justinianum in *L. ult. Cod. de adq. possession.* monuit van de Water, *in not. MSS.*

L. CXXXIV.

ULPIANUS *Lib.* XXI. *ad Edictum.*] Agens de *fraudatoriis actionibus.* Junge *L.* 19. *de pignor. et hypoth. L.* 30. *de hered. instit. L.* 42. *de oblig. et act.*

§. 1.

Nemo ex suo delicto (1) *meliorem suam conditionem facere potest.*] Et cessione improba facta *beneficio cessionis* gaudere. Jac. Gothofred. *h.* Facit huc Quinctilian. *Declam.* 262.

(1) Graeci *ex suo dolo.* Vid. Leunclav. *Notator.* II. 142. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1553. et Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss. ult.* §. *ult.* Non tamen propterea hic *dolo* pro *delicto* reponendum. Vid. Witte, *h.*

L. CXXXV.

IDEM *Lib.* XXIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 21. *de noxal. action.* et casum ponit Jac. Gothofred. in *servo* noxae dedendo, mortuo antea. *L.* 59. *in fin. L.* 42. §. 1. *eod.* (1).

Pro non adjectis habentur.] In *formula sententiae.*

(1) Potest et aptari haec regula *ultimis voluntatibus*, et *stipulationibus.* Vid. Pothier. *h. t. num.* 48.

L. CXXXVI.

Paulus *Lib.* XVIII. *ad Edictum.*] *Lib.* XXIV. vel XXVII. Jac. Gothofredus, *h.* Defendit tamen et *hanc lectionem*, et jungit *L.* 22. 24. 26. *de noxal. action.* et casum ponit ex *L.* 11. 12. 13. 28. *eod.*

Quotiens lex impedimento non est.] Branchu, *Obs. Cap.* XIX. *p.* 191. *seq.* casum ponit in partu ancillae, vel *alienae*, vel *furtivae. L.* 4. *pr. pro suo.* Malim in *re furtiva*, in specie *L.* 9. §. 5. *de Public. in rem. act.* (1). Noodt. *ad Tit. Pand. de reivind.* vs. *Aliquem in diversum rapiat* etc. refert ad casum *L.* 45. *de usuris* (2).

(1) Add. Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.*

(2) Jac. Gothofredus casum quoque ponit in Edicto *de religiosis*, quod *domino* dat actionem adversus eum, qui mortuum intulit in locum alienum; non vero *bonae fidei possessori. L.* 2. §. 1. *de religios.* Sed Ulpianum *ibi* loqui de actione *directa* ex Edicti verbis; *utilem* autem actionem ex Edicti sententia bonae fidei possessori non esse denegandam; eoque minus, cum idem Ulpianus hanc quoque concedat *fructuario L.* 8. §. 4. *eod.* et Scaevola *L. ult. eod.*, docuit Noodt. *ad Tit. Pand. de religios.* vs. *Sequitur in Edicto* etc. add. notata superius *ad d. L.* 2. §. 1. Ad verba: *quantum veritas*; vid. et Voet. *ad Tit. Pand. de Publ. in rem act. num.* 2.

L. CXXXVII.

Ulpianus *Lib.* XXV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 14. *de religios.* et casum pone in *L.* 14. §. 1. *eod.* (1).

(1) Pertinere hanc Legem ad edictum *de sumtibus funerum*, et subjectam videri fuisse *L.* 12. §. *ult. L.* 14. §. 1. *de religios.* ait Labitt. *Us. Indic. Cap.* 2. §. *ult.* in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 54. add. Wieling. *in Praetermiss. ad Labitt.* et *Schmucc. ibid. p.* 219.

L. CXXXVIII.

L. CXXXVIII.

PAULUS *Lib.* XXVII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 3. 11. 21. 23. 25. 32. *de religiof.* (1). Add. *L.* 4. *eod.*

(1) Pertinere hanc Legem ad edictum *de religiofis* jam monuit Charond *h.* et notarunt quoque Cujac. *ad Libb. Paul. ad Edict. in expl. h. l.* et P. Faber, et Jac. Gothofred. *h.*

§. 1.

Nunquam crefcit ex post facto (1) *praeteriti delicti aeftimatio.*] Vid. Pufendorff. *de Jur. Nat. et Gent.* VIII. 5. §. 22. Cafum ex *L.* 2. §. 2. *de religiof.* ponit Jac. Gothofred., ut fi post unum cadaver et alterum inferatur (2). Sed hic est fecundum delictum, non idem. Add. et *L.* 11. *pr. de ferv. corrupt.* De *delictis privatis* agitur. Vide tamen et *L.* 7. §. 1. *de liber. cauf. L.* 1. §. 1. *de poenis.*

Nunquam] Jauchius, *de Negationib. p.* 290. *nonnunquam:* perperam (3), nec Leges [ab eo allatae] agunt de delicti augenda poena, fed rei aeftimatione ob *moram*, in qua fas femper est.

(1) Graeci ἐκ τῶν ἐπισυμβαινόντων. Quod damnat Jac. Gothofred. *h.* Sed vid. Jo. Gottfried. Sammet. *Opuscul. p.* 201.
(2) Vid. et Cujac. *loc. modo cit.* et van de Water, *Obs. Jur. Rom.* III. 4. *p.* 263. *feq.* Pothier. *h. t. num.* 1284. regulae exemplum ponit in fure *non manifesto*, qui interpofito intervallo cum re furrepta deprehenfus est: et in eo, qui fervum non mortifere vulneravit, fed fervus ex post facto imperitia medici mortuus est. Ex Petr. Fabro, *h.*
(3) Jauchium refutavit Marckart. *Probab. rec. lect. Part.* I. *p.* 42. *feqq.* add. Sammet. *loc. modo laud.*

L. CXXXIX.

Semel inclufae judicio] Eodem fenfu Tertullianus, *de Poenitent. Cap.* VI. dixit, *poenitentiam* (baptismo) *includere* (1). Hinc autem videtur Gaji tempore lis *apud ju-*

judicem contestata fuisse: de quo vid. Jan. a Costa, *in Decretal. ad Tit. de lit. contestit.*

(1) Ubi vid. Rigaltium.

§. 1.

Non videtur perfecte cujusque id esse, quod ex caussa auferri potest.] Existente v. gr. Legati conditione. *L.* 15. *de reb. dubiis.*

Ex caussa] Flor. *ex casu* (1).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*

L. CXL.

Ulpianus *Lib.* LVI. *ad Edictum.*] Ad *usucapiones* refert Jac. Gothofredus: quod probabile est.]

L. CXLI.

Paulus *Lib.* LIV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 2. *L.* 4. *de usurpat. et usucap.*, et casum pone ex *L.* 47. *eod.* Jac. Gothofred. *h.* (1).

(1) Ad *usucapiones* refert quoque Cujac. *Obs.* XXIV. 9. add. notata superius ad *L.* 14. *de Legib.* et Marcil. *ad LL* XII. *Tabb. Cap.* 84. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 300.

§. 1.

Uni duo pro solido heredes esse non possunt.] Junge *L.* 3. §. 5. *de adq. vel amitt. possession.* Aliqui hoc admittunt: male. Vid. Faber, *de Errorib. Pragmatic. Dec.* 27. *error.* 5.

L. CXLII.

Idem *Lib.* LVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *de confessis* (1). Vid. Merend. *Controv. Jur.* X. 14.

Qui tacet, non utique (2) *fatetur: sed tamen verum est, eum non negare.*] Vid. de *tacente* Goesium, *Pilat. Judic. p.* 52. *seqq.* (3).

(1)

(1) Add. Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.*

(2) Id est, *non absolute, non prorsus.* Vid. Jac. Gothofred. *h.* et *Animadv. Jur. Civ. Cap.* 18. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 516. Proprie scil. qui *tacet*, neque confitetur, neque negat: quod duntaxat *hoc loco* docere vult Paulus. Sed hoc non impedit, quo minus in nonnullis caussis *tacens* pro *negante* habeatur, veluti in specie *L.* 11. §. 4. *et* 7. *de interrogat. in jure faciend.* add. Jac. Gothofred. *h.* et Schulting. *ad Caji Instit.* II. 1. *not.* 73. et *ad Paul. Sent.* V. 5. §. 3. *not.* 20. Vid. et Jo. Wybon. *de interrogation. in jur. Cap.* 10. *p.* 149. *seqq.* et Jo. van der Linden, *Annotat. ad Voet. Comm. ad Tit. Pand. de interrog. in jur.* §. 9.

(3) Add. Coccej. *Exercitation. Curios. Vol.* I. *p.* 504. citatum a Rucker. *in not. MSS.*

L. CXLIII.

Ulpianus *Lib.* LXII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 9. 11. 15. *de reb. auctorit. Judic. possid.* Add. *L.* 4. 6. 7. *L.* 8. §. *pen. et ult. L.* 9. 10. *eod.* Jac. Gothofred. *h.*

Quod ipsis, qui contraxerunt, etc.] Graeci *in Addend. Tom.* I. *Basilic.*

L. CXLIV.

Paulus *Lib.* LXII. *ad Edictum.*] Agens forte de *exsecutione in bonis debitorum.* Junge *L.* 146. *h. t.*

Non omne, quod licet, honestum est (1).] Quinctilian. *Instit. Orator.* III. 6. *Sunt quaedam non laudabilia natura, sed jure concessa.* etc. Senec. *de Ira*, II. 27. *Quam angusta innocentia est, ad legem bonum esse* (2)? *quanto latius officiorum patet, quam Juris regula? quam multa pietas, humanitas, liberalitas, justitia, fides exigunt, quae omnia extra publicas tabulas sunt* (3)? Et saepe, qui nihil peccant in Leges Civiles, in Philosophorum placita impingunt. Themist. *Orat.* XXIII. *p.* 287. Συμβαίνει οὖν τὸν αὐτὸν ἄνδρα πολλάκις τοῖς μὲν τῆς πόλεως νόμοις ἀθῷον εἶναι, τοῖς δὲ Πλάτωνος ἁλίσκεσθαι, ἢ τοῖς Ζή-

suevit. Non recte contra Quinctilian. *Declam.* 248. *Quoties autem licet, etiam oportet* (4). Et fere Hecaton Rhodius apud Ciceron. *de Offic.* III. 15. Add. Goes. *in Addend. ad Pilat. Judic. p.* 34. Lopez. *Animadv. Jur. Civ. Cap.* IV. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 439. *seq.*] (5).

(1) Quid haec regula commune habet cum ea, quae sequitur, docet Cujac. *Obs.* XXIV. 20. et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.*

(2) Oratio Schultingii, *de angusta innocentia hominis ad legem boni*, exstat in ej. *Comment. Academ. Vol.* II. *p.* 211. *seqq.* Hal. Magdeburg. 1772.

(3) Et Senec. *Octav. Act.* 2. *Vs.* 454.
Id facere laus est, quod decet, non quod licet.

(4) Vid. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de just. et jur.* §. 10. Nisi cum Schultingio, Patre, *in not. ad d. loc. Quinctil.* in edit. Burman. legendum sit: *non etiam oportet.* Fortasse locus restitui possit, modo post *etiam oportet* ponatur (?).

(5) Vid. et, praeter P. Fab. *h.*, Nerium, *Analect.* II. 23. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 442. Vinn. *ad* §. 3. *Inst. de just. et jur.* Noodt. *Obs.* I. 4.

§. 1.

In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.] Junge *L.* 7. *L.* 9. *quae in fraud. credit. L.* 4. *de annuis legat. L.* 78. *de verbor. obligat.* (1) ut videatur, qui creditores sint in casu *dict. Tit. quae in fraud. credit.* Jac. Gothofred. *h.* Vel pone, de *missione in possessionem bonorum* agi.

(1) Quacum etiam jungit Labitt. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 27. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 48. Vid. et de hoc loco Petr. Fab. *Semestr.* III. 11.

L. CXLV.

Ulpianus *Lib.* LXVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 6. §. 9. *quae in fraud. credit.* (1).

Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt et consentiunt.] Exem-

Exempla vid. apud Gail. *Obs.* II. 84. Scholia Basilicorum non bene.

(1) Add. Cujac. et Jac. Gothofred. *h.* et Schmucc. *ad Labitt. Us. Indic. Cap.* 2. §. *ult.* in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 34. *seq.*

L. CXLVI.

Paulus *Lib.* LXII. *ad Edictum.*] Vid. ad *L.* 144. *h. t.* (1).

Quod quis, dum servus est, egit: proficere libero facto non potest.] Ut tanquam *creditor* habeatur.

(1) Cum cujus Legis §. 1. jungit etiam Jac. Gothofred. *h.*

L. CXLVII.

Gajus *Lib.* XXIV. *ad Edictum provinciale.*] Junge *L.* 16. *L.* 21. *de reb. auctorit. Judic. possidend.*

Semper specialia generalibus insunt (1).] Ut in hypotheca *generali*, rerum *singularum*. *L.* 2. D. *et L.* 6. *Cod. qui potior. in pign.* Jac. Gothofred. *h.* Sic Schol. Basilic.

(1) Rehd. *semper in generalioribus specialia sunt.* Vid. Geb. *h.*

L. CXLVIII.

Paulus *Lib.* XVI. *Brevis Edicti* (1).] Junge *L.* 26. *de reb. auctorit. Judic. possidend. L.* 55. *de verb. signific.*

Cujus effectus omnibus prodest, ejus et partes ad omnes (2) *pertinent.*] *Pretii* bonorum venditorum, ut *L.* 6. §. 7. *quae in fraud. credit. L. ult. Cod. de bon. auctorit. Jud. possid.* Jac. Gothofred. *h.*

(1) *Brevium* Flor. factum. Vid. Brencm. *h.* De his Pauli Libris vid. Bach. *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 31. *not. r.* ibiq. Stockman.
(2) *Universos*, Vulg. etiam Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.*

L. CXLIX.

L. CXLIX.

Ulpianus *Lib.* LXVII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. §. 10. *et* 13. *quod Legatorum.* Jac. Gothofred. *h.*

Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum praestare (1) *debet.*] Basilicorum Scholia accipiunt de *re ejusque onere:* non bene, post tamen melius in *secundo Scholio.*

(1) Graeci εἰδέναι, male. Vid. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss. ult.* §. *ult.* Witte edidit: ἐπιγινώσκειν, *agnoscere.*

L. CL.

Idem *Lib.* LXVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 2. §. 42. *ne quid in loc. publ.*, ubi idem (1).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* et Gluck. *ad Tit. de alien. judic. mut. causs.* §. 474. *not.* 24. *p.* 62.

L. CLI.

Paulus *Lib.* LXIV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *ne quid in loc. publ.* (1) et conf. *L.* 2. §. 10. *et* 16. *eod.*

Nemo damnum facit, nisi (2) *qui id fecit, quod facere jus non habet.*] Vid. Cyriac. *Controv.* 688. *num.* 75. *seqq.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* et Cujac. *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.*

(2) Hanc particulam male ejicere Forner. *ad L.* 55. *h. t.* monuit van de Water, *in not. MSS.* Etiam Graeci εἰ μὴ. De locutione *damnum facere* pro *dare* vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor.* *p.* 373. *not.* 10. et Conrad. *Parerg.* *p.* 539. *seq.*

L. CLII.

Ulpianus *Lib.* LXIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *de vi et vi armat.* (1).

(1) Ad quod interdictum hanc Legem etiam referunt Cujac. et Jac. Gothofred. *h.* Sequitur in §. 1. *Dejicit et qui mandat.* Vid. *L.* 1. §. 12. *de vi et vi armat.* Hal. et Rehd. *dejecit.* Vid. Geb. *h.* quod ma-

mavult Ant. Augustin. *Emend.* I. 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1451. *seq.* At nihil referre, qua ratione legas, recte monuit van de Water, *in not. MSS.* In Basil. edit. Fabrot. hunc locum mutilum exstare, observat Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss. ult.* §. *ult.* Nihil scil. exstat praeter ἐκβάλλει. Sed Witte e Cod. Coislinian. edidit: ἐκβάλλει καὶ ὁ ἐντειλάμενος ἐκβαλεῖν, quemadmodum hunc locum restituendum esse, fere conjecerat Reitzius.

§. 2.

In maleficio ratihabitio mandato comparatur.] Junge *L.* 1. §. 12. 14. 15. *de vi et vi armat.* (1).

(1) Voorda, *in not. MSS.* haec monuit: „Hanc regulam Ant. Matth. *de Criminib. in Prolegom. Cap.* 1. §. 14. veram esse dicit in delictis privatis, ut quis conveniatur pecuniarie, non in atrocioribus, ut accusetur criminaliter. Facit eo, quod ne in famosa quidem caussa ratihabitio mandati loco sit. *L.* 15. *pr. de his qui not. infam.* Et quod ibi rationis loco additur: *Praeter enim ad initium nuptiarum se retulit*, id Matthaeus, *d. loc.* obtinere scribit in omnibus criminum poenis, in iis spectari dicens patrati facinoris tempus. *L.* 1. *de poen.* quo tempore nihil id attinuit ad eum, qui postea ratum habuit." Ceterum locus hic in aliis editt. varie refertur. Vid. Jac. Gothfred. Gabauer. Witte, *h.*

§. 3.

In contractibus (1), *quibus doli praestatio*, etc.] Junge *L.* 1. §. *ult. L.* 3. *pr. et* §. *ult. de vi et vi armat.*

(1) Aliter *in interdicto unde vi*, aliisque *actionibus ex delicto.* Vid. loca a Schulting. laudata, et Jac. Gothofred. *h.*

L. CLIII.

Paulus *Lib.* LXV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 8. *de adq. vel amitt. possess.* (1) et *L.* 2. *L.* 9. *de vi et vi armat. L.* 2. *uti possidet.*

Ut igitur nulla possessio adquiri nisi animo et corpore pot-

potest: ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum.] Scil. cum id fit *sine nostra voluntate.* Merend. *Controv. Juris* XII. 24. *num.* 18. *seqq.* (2).

(1) Ad quam vid. notata.
(2) Add. notata superius ad *L.* 3. §. 6. *de adq. vel amitt. poss.* Pro *utrumque* Jens. *Strict. ad Pand. p.* 521. mavult *utrimque* vel *utroque.*

L. CLIV.

Ulpianus *Lib.* LXX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. §. 1. *et* 2. *de superficieb.* (1).

Neque enim datur talis replicatio petitori.: Aut si rei quoque in ea re dolo actum sit. etc.] Vid. ad *L.* 4. §. 13. *de dol. mal. et met except.* Merill. *Obs.* II. 27.

(1) Sic quoque Jac. Gothofred. *h.* Sed Merillius, *loc. laud.* refert ad *Praetoriam stipulationem*, et jungit cum *L.* 1. *de Praetor. stipulation.*

L. CLV.

Paulus *Lib.* LXV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 2. *L.* 9. *de vi et vi armat.* et in *d. L.* 9. §. 1. casum ponit Jac. Gothofredus, *h.* (1).

(1) Add. Cujac. *h.* et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* et Pothier. *h. t. num.* 23. *De imputatione facti alieni circa delicta* Exercitatio est G. C. Gebaueri, in ej. *Exercit. Academ. Vol.* II. *p.* 669. *seqq.* ubi *Sect.* 1. §. 2. etiam quaedam de hac regula notavit.

§. 2.

In poenalibus caussis benignius interpretandum est.] Quaeri pone de *vi*, an publica sit, an privata. Jac. Gothofred. *h.*

L. CLVI.

Ulpianus *Lib.* LXX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 25. *de reivind.* *L.* 21. *de judic.*

Invitus nemo rem cogitur defendere.] Rem *propriam.*

Jac. Gothofred. *h.* (1). — Dion. Gothofred. *in not.* *Ita Notarius instrumentum conficere cogi potest.* Vid. Mevium, *Decis. Part.* II. *Decis.* 5. *et Part.* VIII. *Decis.* 124. *Ut et caupo, hospes etc. commeantes et vectores recipere* (1), et Fabri in collegiis ad opera. Vid. Mevium, *Decis.* I[c] *rt.* II. *Decis.* 156. *Quod et turpissime et contra omnem ju t aequi artem, Decius extendit ad meretrices, in lupa i stantes.* De quibus Quinctilian. *Declam.* X. V.

(1) Aliter Cujac. *h.*
(2) Nihil haec faciunt ad hanc regulam juxta Jac. Gothofred. *h.*

§. 1.

Cui damus actiones, eidem et exceptionem competere multo magis quis dixerit (1).] Junge *L.* 1. §. 4. *de superficieb.* ubi idem (2). Basilicorum Scholia casum ponunt in *L.* 9. §. 4. *quod met. causs.*

(1) Notabilis *jure novo* ab hac regula exceptio est in *L. unic.* §. 5. *Cod. de rei uxor. action.* ubi sanxit Imp. Justinianus, ut maritus res dotales propter impensas *utiles*, in eas factas, retinere non possit; sed concessit ei actionem *mandati*, vel *negotiorum gestorum*, prouti impensae factae sunt ex voluntate uxoris, an vero ea inscia.
(2) Add. Noodt. *ad Tit. Pand. de pignor. et hyp.* Vs. *Intelleximus*, etc.

§. 2.

Cum quis in alii (1) *locum successerit: non est aequum, ei nocere hoc, quod adversus eum nocuit, in cujus locum successit.*]. Best. *de Ration. emend. Leg. Cap.* XII. *num.* 11. *p.* 148. legit: *nonne est aequum* etc. et dein post *successit* ponit (?): quod non placet (2). Pro *quod adversus eum nocuit*, legendum *non nocuit*, ut in *L.* 3. §. 2. *de itin. actuque priv.* unde sumta *haec regula.* Jac. Gothofred. (3) *h.* et Grot. *in Flor. Sparsion. ad h. l. p.* 346.

(1)

(1) Best. *loc. cit. et ibid. p.* 54. legi vult, *cum quis alii in locum successerit* etc. Sed *alii* dicitur pro *alius*, uti saepe alibi. Vid. Marckart. *Interpret. recept. lection. Jur. Civ. p.* 57. *seqq. et p.* 241. qui ipse tamen pro *alii* reponendum censet *alius*, vel cum Vulg. et Hal. *alicujus*, quoniam in *L.* 3. §. 2. *de itin. actuque privat.* legitur *in locum eorum*, et probabile non est, Tribonianum *archaismi* elegantiam adfectare voluisse. Sed unde constat, non *hic*, sed *in d. L.* 3. §. 2. germanam Ulpiani scripturam exstare? malim igitur nihil mutare. add. Scip. Gentil. *Parerg.* I. 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1281. Christ. Ricc. *Vindic. Jur. Cap.* 18. in *eod. Thes. Tom.* II. *p.* 799. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 9. §. 4. *not.* 27. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 569. *not.* 2. Waechtler. *Opusc. p.* 455. *et* 489. Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 7. §. 1. *p.* 40.

(2) Bestium refutavit Marckart. *loc. cit. p.* 243. add. Arntzen. *Specim. Obs. Cap.* 3. *p.* 22.

(3) Qui observat, origine forte scriptum fuisse *nocuit*, id est, *non nocuit.* Pluribus hanc lectionem confirmavit Marckart. *dict. loc. p.* 242. *seqq. Non nocuit* habent Vulg. Hal. Rehd. Vid. Brencm. et Geb. *h.* etiam Charond. in margine. eamque lectionem Basilic. quoque confirmant, quam et sequuntur Labitt. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 26. ibiq. Schmucc. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 47. Jauch. *de Negation. p.* 46. *et* 291. Rygerbos. *Obs. Jur. Rom. Cap.* 11. Florentinam tamen lectionem defendere conantur Raevard. *h.* et Jo. Gottfr. Sammet. *Hermen. ... Tabul. p.* 205. *seqq.* Sed vid. Puttman. *Probab.* I. 11. 86. qui *non* pro *nonne* accipit, et post *successit* po... (?): quod etiam Marckarto, *loc. cit.* in mentem venerat, si Bestium sequaris. Videmur in conjectura Gothofredi acquiescere posse.

§. 3.

Plerumque emtoris eadem caussa esse debet circa petendum ac defendendum, quae fuit auctoris.] Junge *L.* 1. §. 43. *de aq. quotid. et aestiv.* ubi casus (1). — Quod ad *realia*, Tiraq. *de Retraict. lignag.* §. 1. *Glos.* 9. *num.*

131. vſ. *Sed haec, ne fallaris, procedunt in juribus realibus etc.*

§. 4.

Quod cuique pro eo (1) *praestatur, invito non tribuitur.*] Pone *aquaeductum* cum Jac. Gothofred. *h.* Facit huc *L.* 2. §. 28. *ne quid in loc. publ.*

(1) *Pro eo*, id est, *ejus tantum contemplatione*, ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Sensus igitur est: eum, cui v. gr. jus *aquae ducendae* praeſtitum est, *invitum* aquam ducere non cogi. Jac. Gothofred. *h.* add. Pothier. *h.* I. *num.* 15.

L. CLVII.

Idem *Lib.* LXX. *ad Edictum.*] Lege: *Lib.* LXXI. (1). Junge *L.* 11. §. 7. *quod vi aut clam.* ubi idem (2).

Ad ea, quae non habent atrocitatem facinoris vel sceleris, ignoscitur servis, etc.] Vid. *L.* 20. *de oblig. et action. L.* 10. *in fin. de his, quae ut indign.* add. Jac. Gothofred. *h.* et Forner. *Selection.* I. 27. [in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 59.] Facit huc Callimach. *Hymn. in Cerer.* *vſ.* 60. (3).

Vel his, qui vice dominorum sunt, veluti tutoribus et curatoribus,] De curatore *furioſi* hoc docetur in *L.* 56. §. *pen. de furtis. L.* 11. §. 6. *quod vi aut clam.* Non idem de curatore *minoris*, qui tantum agenti minori conſentire poteſt; non vero ipſe regulariter quid agere. Fab. *Ration. ad L.* 17. §. 2. *de jurejur.* (4). Facit huc *L.* 4. §. 11. *de uſurpat. et uſuc.*

(1) In edit. Flor. vox *primo* ſtellulis inclusa est.
(2) Add. Ant. Augustin. *Emend.* I. 7. in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1452. et Labitt. *Uſ. Indic. Cap.* 3. §. 28. in Jurispr. reſtit. Wieling. *Part. poster. p.* 48.
(3) Et Graecum proverbium: Ἀνάγκᾳ δ' οὐδὲ θεοὶ μάχονται. De quo vid. Menag. *ad Diog. Laërt.* I. 77.
(4) Add. Jac. Gothofred. *h.* et Schulting. *Theſ. Controv. Dec.* 39. §. 4. Verba: *veluti tutoribus et curatoribus*, Triboniani eſſe videri propter *L.* 11. §. 7. *quod vi*

vi aut clam, observat van de Water, *in not. MSS.*

§. 1.

Semper, qui dolo fecit, etc.] Junge *L.* 8. §. 5. *de precario.*

§. 2.

In contractibus successores etc.] Junge *L.* 8. *in fin. de precario.* Jac. Gothofred. *h.* (1).

(1) Male Perrenon. *Animadv.* II. 7. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 638. verba: *non tantum in id, quod pervenit*, refert ad contractus *stricti juris*, et verba: *verum etiam in solidum*, ad contractus *bonae fidei.*

L. CLVIII.

GAJUS *L.* XXVI. *ad Edictum provinciale.*] Junge *L.* 2. *de migrando.* Forte de *Salviano interdicto*, et *pignoribus*, *hic* egit (1).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* et *Obs. Miscellan. Vol.* III. *p.* 294.

L. CLIX.

PAULUS *Lib.* LXX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 14. §. 2. *de except. rei judic.* (1).

(1) Add. Cujac. et Jac. Gothofred. *h.* Eleganter hanc regulam explicasse Majans. *Disp.* VII. §. 2. monuit Gluck. *ad Tit. de edendo*, §. 284. *d. not.* 81. *p.* 29.

L. CLX.

ULPIANUS *Lib.* LXXVI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 1. *de except. rei vend. et tradit.*

Aliud est vendere, aliud vendenti consentire (1).] Quod ad *formam* venditionis. *L.* 1. §. 2. *de except. rei vend.* Jac. Gothofred. *h.* Vid. et Cyriac. *Controv.* 289. *num.* 8. *segq.* Idem ponit casum in *minore*, venditioni *Emphyteuseos* consentiente, *Controv.* 309. Sed hic consentit venditioni *rei alienae*; procedit tamen haec regula et *illic.*

(1) „ Sic creditor antiquior pignus ipsemet vendens, perimit hypothecam sequentis. *L.* 3. *pr. de distraction. pignor. L.* 1. *Cod. si antiq. cred. pign. vend.* Sed idem creditor vendenti debitori consentiens, non perimit pignus sequentis creditoris, sed illud reddit melius, remisso pignore suo. *L.* 158. *h. t. L. ult. Cod. de remission. pignor.* Cujac. *ad Libb. Papinian. Responsor. in expl.* L. 3. *de distraction. pignor.*" Voorda, *in not. MSS.*

§. 1.

Refertur ad universos, quod publice fit per majorem partem.] Jac. Gothofred. casum ponit in caussa contra *Syndicum* judicata (1).

Ad universos (2)] Et *singulos*, etsi contradixerint; qui nec exsecutionem recusare possunt. Plin. VI. *Eist.* 13. *Quod pluribus placuisset, cunctis tenendum.* Liv. XXXII. 20. *Ubi semel decretum erit, omnibus id, etiam quibus ante displicuerit, pro bono atque utili foedere defendendum.* Mev. *ad jus Lubec.* I. 1. *Art.* 2. *num.* 100. *seqq.* Goris, *ad Consf. Velav. T.* 23. *A.* 22. *Gl.* 2.

Quod publice fit etc.] In *Collegiis.* Selden. *de Iure Nat. et Gent.* I. 6. *p.* 83. Facit huc Dion. Chrysost. *Rhodiac. p.* 311. Omnes vero debent adesse. Polan. *Histor. Concil. Trident.* IV. *p.* 228. saltem vocati. Add. Grot. *de Jure Belli ac Pac.* II. 5. §. 20. et III. 20. §. 4. An autem *major pars* sit Collegii, an idem sententium, Mev. *loc. cit. num.* 34. *seqq.* Grot. *d. Lib.* II. 5. §. 19. qui posterius vult. Aliud in illis, quae a pluribus, ut a *singulis*, fiunt. Mev. *ad jus Lubec.* I. 1. *Art.* 2. *num.* 12. *seqq.* Polan. *Histor. Concil. Trident.* IV. *p.* 288.

(1) Quaedam ad hunc §. notarunt quoque Pagan. Gaudent. *Juridic. Expofition.* II. 45. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 392. et Alteserra, *de Juris fictionib. Tract.* I. *Cap.* 23.

(2) In aliis perperam legi: *adversus universos*, notavit Witte, *h.*

§. 2.

§. 2.

Absurdum est, plus juris (1) *habere eum, cui legatus sit fundus, quam heredem*, etc.] Add. *L.* 6. *de exceptionib.*

(1) Jac. Gothofred. edidit *pluris*, et *in not.* addit: an *plusculis*, id est, *plus juris*? vel mox legendum ait: *haberi*, non *habere*. Sed unde haec hauserit, ignoro; certe supervacua sunt, cum Codex Florentinus *plus juris* habeat, et Basilic. quoque πλίον δίκαιον. Τὸ *eum* apud Hal. abest. Vid. Geb. *h.*

L. CLXI.

Idem *Lib.* LXXVII. *ad Edictum.*] Agens de *stipulationibus*, maxime *Praetoriis*. Junge *L.* 12. *qui satisd. cog.*

In Jure Civili receptum est, etc.] Vid. Leonin. *Emend.* IV. 20. Facit huc Quinctilian. *Declam.* 249.

Cujus interest conditionem non impleri,] Ne cogatur solvere. Basilic. μὴ πληρωθῆναι (1).

Fiat, quo minus impleatur.] Vid. Cyriac. *Contrav.* 167. *num.* 2.

(1) Sic quoque Reitzius. Sed negationem omittunt Cod. Coislin. Synops. et Harmenop. Gothofredi. Vid. Witte, *h.* Florentinam defendit Jac. Gothofred. *h.* etiam Leonin. *loc. laud.* Merill. *ad L. Decision. Justin. Cap.* 49. *p.* 135. Voet. *ad Tit. Pand. de cond. institution.* §. 19. Sed posse negationem abesse, censet Leunclav. *Notator.* II. 143. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1535. Vid. et de hoc §. Alteserr. *de Juris fiction. Tract.* IV. *Cap.* 5.

L. CLXII.

Paulus *Lib.* LXX. *ad Edictum.*] Jac. Gothofred. ponit casum in *L.* 44. *de usurpat. et usucap.* (1).

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 74. Cujacius, *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* refert ad *exceptionem rei judicatae.* — *Propter necessitatem.* Graecos addere:

παρὰ κανόνα νόμου, monet Leunclav. *loc. modo cit.* II. 144. *p.* 1534.

L. CLXIII.

Ulpianus *Lib.* LV. *ad Edictum.*] Junge *L.* 8. 10. 12. 14. 16. 18. 20. 22. *de liberal. causs.*

Cujus (1) *est donandi, eidem et vendendi et concedendi jus est.*] Et *manumittendi.*

(1) *Cui jus* legit Leunclav. *loc. modo laud.* II. 145. Graeci: *ὁ ἔχων ἐξουσίαν.* *Cui jus*, Hal. et Taurell. quoque *cuius*. Pari modo *ejus* pro *et jus* in *L.* 24. *de serv. praed. urban.* ad quam vid. notata. add. Jac. Gothofred. *h.* Leonin. *Emend.* I. 15. *num.* 6. et Witte, *h.*

L. CLXIV.

Paulus *Lib.* LI. *ad Edictum.*] Junge *L.* 15. 17. 19. 24. *de liber. causs.* et pone casum in *L.* 21. *eod.* Jac. Gothofred. *h.* (1).

(1) „Scriptum hoc occasione *actionis in duplum*, quae datur bonae fidei emtori adversus eum, qui se venundari passus est, si ad libertatem proclamat, quod pretii partem non tulerit. Cujac. *Obs.* XXIV. 8." Voorda, *in not. MSS.* Pro *accepta* Graecos legisse videri *occepta*, notat Leunclav. *Notator.* II. 128. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1531.

L. CLXV.

Ulpianus *Lib.* LIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 8. *L.* 16. *de aq. et aq. pluv. arc.* ubi et casus (1).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* et *Animadv. Jur. Civ. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 277. in fin.

L. CLXVI.

Paulus *Lib.* XLVIII. *ad Edictum.*] Junge *L.* 10. *de interrog. in jure faciend.* *L.* 10. 12. 14. 16. (1) 18. *de damn. infect.* Add. *L.* 7. *L.* 9. §. 4. *L.* 13. §. 1. *eod.* Jac. Gothofred. *h.*

(1)

(1) In cujus Legis inscriptione pro *Lib.* LX. *ad edictum* legendum: *Lib.* XLVIII. Vid. notata ad eam Legem.

L. CLXVII.

IDEM *Lib.* XLIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 2. 5. 9. 11. 14. *de aq. et aq. pluv. arc.* (1). Actio illa datur *domino*, *L.* 4. *pr. et* §. 2. *L.* 18. *eod.* Jac. Gothofred. accipit de *venditione imaginaria.* Quid? si ponamus casum in *fundo*, sub conditione suspensiva in diem addicto. Add. et Junge *d. L.* 9.

(1) Ad *actionem aquae pluv. arc.* hoc pr. refert quoque Cujac. *Obs.* XXIV. 4. et *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* etiam Labitt. *Us. Indic. Cap.* 2. §. 21. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 30. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de aq. et aq. pluv. arc. act.* §. 18. Gerard. van Wesel, *de sanctitate judiciorum*, §. 14. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* I. *p.* 312.

§. 1.

Qui jussu judicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui (1) *parere necesse habet.*] Add. *L.* 2. §. 3. *de aq. et aq. pluv. arc.* et solvens jussu judicis, securus est. Fab. *Cod.* VIII. 16. *Def.* 29. et VIII. 29. *Defin.* 9. *et* 18. (2).

(1) Melius *quia*, uti alii, et quemadmodum Graeci quoque legisse videntur. Vid. Brencm. *h.* add. notata superius ad *L.* 3. §. 1. *de verb. signif.* *Quia* etiam Jo. Cannegiet. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 5. §. 10. *p.* 30. Aliter Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss. ult.* §. *ult.* qui legit: *quippe qui*, ope geminationis. Taurell. *in Annotat.* „ An *qui* pro *cui*? “

(2) Add. Pothier. *h. t. num.* 12.

L. CLXVIII.

IDEM *Lib.* I. *ad Plautium.*] Junge *L.* 10. *si quis caut. in jud. sist. causs. fact. non obtemp.* Facit huc *L.* 7. *de in int. restit.* (1).

Ra-

Rapienda (2) *occasio est, quae praebet benignius responsum.*] In casu *non obiti vadimonii.* Facit huc Quinctilian. *Declam.* VI. 12. *seqq.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*
(2) D. Goth. *in not. capienda*, Vulg. Etiam Rehd. Vid. Geb. *h.* et saepe has voces permutari, docet Duker. *ad Flor.* I. 1. §. 10. *p.* 25. *Capienda interpretatio* Graecos legisse videri, notat Leunclav. *Notator.* II. 146. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1554. Nihil hic mutandum. Vid. P. Fab. *h.* Cuper. *ad Petron. Satyric*, *Cap.* 80. *p.* 596. edit. Burm. Puttman. *Probab.* II. 17. *p.* 127. *seq.* Nihil quoque mutat Cujac. *in Recitat. ad L.* 47. *de oblig. et action.*

§. 1.

Quod factum est, etc.] Jac. Gothofred. casum ponit ex *L.* 1. §. 1. *et* 2. *de eo, per quem fact. erit* etc.

L. CLXIX. (1).

Idem *Lib.* II. *ad Plautium.*] Junge *L.* 33. *ad L. Aquil.* et add. *L.* 37. *eod.* (2).

Is damnum dat, qui jubet dare; etc.] Vid. Grot. *de Jure Belli ac Pac.* II. 26. §. 4. *num.* 1. (3).

(1) De ordine Legum 169. 170. et 171. vid. Ant. Augustin. *Emend.* III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1502.
(2) Add. Jac. Gothofred. *h.* Pertinere *ad L. Aquiliam*, docet quoque Noodt. *Lib. Sing. ad L. Aquil. Cap.* 10. Vs. *Ex his apparet*, etc. et Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 18. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster.* *p.* 164.
(3) Ad *delicta publica* haec non pertinent. Raevard. *h.* et Puttman. *Adversar. Jur. univ.* II. 22. *p.* 172. An et quatenus jussio eum, qui paret, a poena excuset, eamve minuat, Idem, *Opusc. Jur. Criminal. p.* 197. *seqq.*

§. 1.

Quod pendet, non est pro eo, quasi sit.] Conf. *L.* 14.

§. 1.

§. 1. et *L.* 15. *de noxal. action.* Jac. Gothofred. *h.* Vid. et P. Fab. *Semestr.* III. 6. (1).

(1) Ubi late de hoc loco.

L. CLXX.

Idem *Lib.* IV. (1) *ad Plautium.*] Junge *L.* 14. *comm. divid.* Casum in *L.* 7. *si pars hered. pet.* vel in *L.* 10. *usufr. quemadm. cav.* ponit Jac. Gothofredus, *h.*

(1) Legendum: *Lib.* III., ut Flor. Videtur vitium typographicum.]

L. CLXXI.

Idem *Lib.* IV. *ad Plautium.*] Junge *L.* 14. *de instit. action.* ubi et casus (1).

(1) Regulam hanc illustravit quoque Cujacius, *Obs.* XXIV. 1.

L. CLXXII.

Idem *Lib.* V. *ad Plautium.*] Junge *L.* 57. *de contrah. emt.* (1).

In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem (2) *interpretandum est.*] Vid. Merill. *Variant. ex Cujac.* III. 11. Vinn. *de Pactis*, *Cap.* 20. *num.* 3. *et* 4.

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*
(2) Si scil. *ipse venditor* legem obscuram contractui dixerit. Add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 63. §. 4. et notata superius ad *L.* 39. *de pactis.*

§. 1.

Ambigua autem intentio ita accipienda est, ut res salva actori sit.] Vid. Averan. *Interpret. Jur.* II. 30.

L. CLXXIII.

Idem *Lib.* VI. *ad Plautium.*] Junge *L.* 56. *solut. matrimon.* *L.* 19. (1) 21. 23. *de re judic.*

(1)

(1) Quacum etiam jungit Ant. Augustin. *Emend.* I. 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1451. et Labitt. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 25. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 47. Ad verba: *ne egeant*, vid. et Cujac. *Obs.* XXVI. 3.

§. 1.

Cum verbum restituas *lege* (1) *invenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi.*] Junge *L.* 38. *de usuris.*

Restituas] Non si verbum *dandi*, quod in hoc casu circa dotem fuit in Lege. Vid. *L.* 240. *de verb. signific.*

Lege] Vel etiam *libellis*, uti post alios Jac. Gothofred. *h.*, qui notat, et id fieri in *restitutione ex debito*, seu per *viam justitiae*, non si per *modum gratiae*; neque in *stipulatione*, si *tantum* restituendi fiat mentio. *L.* 75. *de verb. signific.*

(1) Vulg. *in lege*, probante Brencm. *h.*

§. 2.

Unicuique sua mora nocet: etc.] Junge *L.* 38. §. 6. *et* 7. *de usuris.* (1) *L.* 56. *de jure dot. L.* 88. *de verbor. obligat.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* qui ad hunc locum non satis curate commentatus videtur Wielingio, *in Praetermiss. ad Labitt. et Schmuoc.* in *Jurispr. restit. Part. poster. p.* 225. Vid. de hac regula etiam Gluck. *ad Tit. de pact.* §. 330. *not.* 39. *p.* 412.

§. 3.

Dolo facit, qui petit, quod redditurus est.] Junge *L.* 56. §. 3. *de jure dot. L.* 79. *de verb. signific. L.* 8. *de dol. mal. et met. except.* (1).

Qui petit, quod etc.] Id est, qui petit *idem*, quod *statim eidem* redditurus est. Jac. Gothofred. *h.*

(1) Quam ab iisdem verbis incipere, notavit quoque Labitt.

bitt. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 25. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 47.

L. CLXXIV.

Idem *Lib.* VIII. *ad Plautium.*] Junge *L.* 45. *de condit. et demonstr. L.* 10. *de bon. possess. sec. tabb. L.* 11. *quib. ex caus. in possess. eat.*

Qui potest facere, ut possit conditioni parere,] Hoc ipso tempore.

Jam posse videtur.] Et non faciens est in *mora. L.* 29. *de condit. et demonstr. L.* 17. *de manumiss. testam.* Conf. *L.* 23. §. 1. *de hered. instit.* Adde casum *L.* 8. *si quis omiss. caus. testam.* Jac. Gothofred. *h.*

§. 1.

Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest.] Junge *L.* 8. *de bonor. possess. L.* 4. *de Legat.* 2do. Vid. *L.* 13. *de adq. vel omitt. hered. L.* 9. *in fin. L.* 10. *ad SCtum Trebell.*

L. CLXXV.

In his, quae officium per liberas fieri personas leges desiderant, etc.] *In his*, de quibus egerat, *qua*, id est, quatenus *officium* etc. vel, *In his quae OBficium* etc. id est, *ob officium.* Jac. Gothofred. *h.* (2). Puto *lectionem vulgatam* posse defendi. (2).

Officium] Id est, *solennitatem, celebritatem.* Jac. Gothofred. *h.* (3). Pone in *testamentis.* Vid. ad *L.* 2. *h. t.*

(1) Qui tamen mavult vocem *per* repetere, et legere: *per officium.* Alias etiam lectiones *ibid* refert.

(2) Fortasse, quoniam Praepositiones *ob* vel *propter* etiam ab optimis Scriptoribus saepe omittuntur. Vid. Puttman. *Melet. Jur. Civ. Cap.* VIII. in *ejus Opusc. Sylloge. p.* 184. Add. Sanct. *Minerv.* IV. 6. *in fin.* ibique Perizon. Aliter locum hunc referunt Graeci in Basilic. ubi vid. Witte.

(3) Add. Pothier. *h. t. num.* 97.

§. 1.

§. 2.

Non debeo melioris conditionis esse, etc.] Vid. *L.* 44. *ad SCtum Trebell. L.* 28. *L.* 33. §. 3. *de donationib.*

Transit.] Pro *transiit* (1).

(1) Sic etiam *prodit* pro *prodiit* in *L.* 3. *de his qui not. infam.* et *petit* pro *petiit* in *L.* 16. §. 2. *de hered. petition.* ubi vid. notata. add. Verheyk. *ad Eutrop. Histor. Rom.* VI. 19. *p.* 282.

L. CLXXVI.

IDEM *Lib.* XIII. *ad Plautium.*] Junge *L.* 14. *de in jurиis.* Jac. Gothofredus refert haec ad *interdicta.*

Non est singulis (1) *concedendum*, etc.] Cicer. *de Legib.* III. 18. *Nihil est exitiosius civitatibus, nihil tam contrarium juri et legibus, nihil minus civile et humanum, quam composita et constituta Republica, quidquam agi per vim.* Quinctilian. *Declam.* XIII. 11. *in fin. Nos ideo magistratus legesque a majoribus nostris accepimus, ne sui quisque doloris vindex sit* etc. Socrat. *Histor. Ecclesiast.* III. 3. (2). Cassiod. *Variar.* IV. 10. *Foedum est, inter jura publica privatis odiis licentiam dare*, etc. *Hinc est, quod Legum reperta est sacra reverentia; ut nihil manu, nihil proprio ageretur impulsu. Quid enim a bellica confusione pax tranquilla distabit, si per vim litigia terminentur?*

Ne occasio sit majoris tumultus faciendi.] Dum vis vi repellitur. *L.* 6. *Cod. unde vi.* Male Valer. Maxim. VIII. 1. *in fin.*

(1) Id est, *privatis*, D. Goth. *h.* Graeci quoque: *οἱ ἰδιῶται.* add. Jens. *Strict. ad Pand. p.* 523. Sequitur: *quod per magistratum publice* possit *fieri*, id est, *debeat.* Bynkersh. *Obs.* III. 14. in fin.

(2) Est illa Epistola Imp. Juliani, ad Alexandrinos missa, qua, ob caedem Georgii indignatus, eos objurgavit.

§. 1.

§. 1.

Infinita aestimatio est libertatis et necessitudinis.] Casum ex *L.* 3. §. 9. *et* 11. *de homin. lib. exhib.* ponit Jac. Gothofredus (1).

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 90.

L. CLXXVII.

Idem *Lib.* XIV. *ad Plautium.*] Junge *L.* 37. *de action. emt. vend.* et pone casum in *emtore.* Jac. Gothofred. *h.*

Qui in jus, dominium vel alterius succedit,] *Qui in dominium, vel alterius jus succedit,* Nerius, *Analect.* I. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 529.] ex Basilicis (1).

(1) P. Faber, *h.* cum Vulg. et Hal. legit: *dominiumve.* Idem, *Semestr.* I. 24. *p.* 258. *vel dominium. Dominiumve,* aut *vel dominium,* etiam Otto, *in Praef. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 20. ubi et alias lectiones retulit.

§. 1.

Nemo videtur dolo exsequi, etc.] Vid. *L.* 15. *ratam rem haber. L.* 2. §. 5. *de dol. mal. et met. exc.* Jac. Gothofred. *h.*

Dolo exsequi,] Al. *in dolo esse* (1). Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 3. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 485.] *dolo petisse:* quod non probo (2).

(1) Ita Hal. Vulg. *dolo facere.* Vid. Brencm. *h.*
(2) Florentinam lectionem defendit Marckart. *Probab. rec. Lection. Part.* II. *p.* 65. *seq.* add. Brisson. *de Verb. Signif.* voc. *exsequi,* et Pothier. *h. t. num.* 1754.

L. CLXXVIII.

Idem *Lib.* XV. *ad Plautium.*] Egit de *usufructu, servitutibus,* immo et *usucapione. L.* 15. *de usurp. et usucap.* Aptat Jac. Gothofredus *huic regulae* speciem *L.* 1. §. 2. *de pignorib. et hypothec. L.* 7. *Cod. eod.*

Plerumque] Exceptiones vid. apud Jac. Gothofred. *h.* Chesium, *Different. Cap.* 98. *num.* 4. [in *Jurisprud. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 892.] Cyriac. *Controv.* 196. *num.* 34. (1).

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 45. et vid. notata ad *L.* 129. §. 1. *h. t.*

L. CLXXIX.

Idem *Lib.* XVI. *ad Plautium.*] Junge *L.* 14. *de manumiss. L.* 18. *de manum. vindict. L.* 59. *de manum. testam. L.* 20. *de statuliber.* (1).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*

L. CLXXX.

Idem *Lib.* XVII. *ad Plautium.*] Junge *L.* 9. *de condict. causs. dat. causs. non sec. L.* 65. *de condict. indeb.*

Quod jussu alterius *solvitur*, etc.] Id est, *alterius alteri* (1).

(1) Vid. Jac. Gothofred. *h.* et Leunclav. *Notator.* II. 147. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1534.

L. CLXXXI.

Idem *Lib.* I. *ad Vitellium.*] Junge *L.* 19. *de liber. et post. hered. instit. L.* 10. *de injust. rupt. irrit. fact. test. L.* 18. *de hered. instit.*

Si nemo subiit (1) *hereditatem, omnis vis* (2) *testamenti solvitur.*] An et relicta ad *pias caussas?* Vid. Fachin. *Controv. Juris*, VI. 82. Exceptiones vid. apud Sande, *Decis.* IV. 4. *Defin.* 10. Add. *L.* 42. *de fideic. libert.*

(1) Vid. de hac locutione Cujac. *Obs.* III. 6. et VII. 18. et Athan. Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* II. 6. *num.* 34. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 444. ubi hanc regulam illustravit. add. Schulting. *ad Caj. Instit.* II. 3. §. 4. *not.* 39.

(2)

(2) Ita Flor. Sed vulgo *omne jus*. Vid. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* II. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 169.

L. CLXXXII.

Idem *Lib.* III. *ad Vitellium.*] Agens, ut videtur, de *Legatis* (1). Forte tamen et de *stipulationibus*. Junge *L.* 93. *de verbor. obligat.*

(1) Vid. Jac. Gothofred. *h.*

L. CLXXXIII.

Marcellus *Lib.* III. (1). *Digestorum.*] Junge *L.* 7. *de in int. restit.* (2).

Etsi nihil facile mutandum est ex solennibus: tamen, ubi aequitas evidens poscit, subveniendum est (3).] Ad alia hoc extendunt (4). Cyriac. *Controv.* 481. *num.* 54.

(1) In aliis editt. Gothofred. *Lib.* XIII., sed esse vitium typographicum, notat Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 461. *not.* 12.
(2) Ad quam vid. notata.
(3) Esse haec verba rescripti D. Pii, quod exstat in *L.* 7. *cit.*, praeter Jac. Gothofred., etiam notarunt Labitt. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 24. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 46. Eckhard. *Herm. Jur.* I. 5. §. 207. Noordkerk. *Obs. Cap.* 2. *p.* 33.
(4) Immo Leyser. *Medit. ad Pand. Spec.* III. *Medit.* 6. ex *hac Lege* concludit, negotia, ob defectum solennitatum ipso jure nulla, veluti testamenta, contractus etc. sustineri a judice debere, si manifesta adsit aequitas. Sed pro hac sententia nullum in *Lege* fundamentum est, quae non agit de solennibus, quae Leges desiderant, ut negotium aliquod valeat; sed de solennibus, seu ordine Judiciorum, ex quo licet nihil facile mutandum sit, tamen ubi evidens aequitas poscit, subveniendum. Add. Jac. Gothofred. *h.*

L. CLXXXIV.

Celsus *Lib.* VII. *Digestorum.*] *Illic* de *mandato*, *societate*, et *precario* egit. Add. *L.* 13. *de re judic.* ubi idem. Jac. Gothofred. *h.* (1).

Vani timoris] Facit huc Eurip. *Supplic.* *vs.* 548.

Justa excusatio *non est.*] Al. *aestimatio* (2): male. Vid. Jac. Gothofred. *h.* Basilic. οὐ συμβάλλεται.

(1) Add. Gluck. *ad Tit. de pactis*, §. 300. *et* 301. *not.* 53. *p.* 175.

(2) Sive *extimatio* antique pro *aestimatio*, uti Leunclav. *Notator.* II. 148. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1534.

L. CLXXXV.

IDEM *Lib.* VIII. *Digestorum.*] Junge *L.* 59. *de contrah. emt.* *L.* 38. *de action. emt. vend.* (1).

Impossibilium nulla obligatio est.] Ne quidem *Legis.* Quinctilian. *Declam.* 249. *Id vobis, judices, facillime persuaderi poterit, si non tam injustos, neque tam imprudentes existimatis legum latores fuisse, ut necessitate praestringerent ea, quae praestari non possent.* Quid circa *sententias*, talia injungentes, Mev. *Part.* II. *Decis.* 368.

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*

L. CLXXXVI.

IDEM *Lib.* XII. *Digestorum.*] Junge *L.* 30. *de oper. libertor.* Casus in *L.* 24. *eod.* Jac. Gothofred. *h.*

L. CLXXXVII.

IDEM *Lib.* XVI. *Digestorum.*] Junge *L.* 24. *de hered. instit.* *L.* 26. *L.* 59. *eod.* *L.* 21. *de condit. instit.* (1).

(1) *Si quis* praegnantem *uxorem* etc. Flor. *praegnatem.* Vid. Jac. Gothofred. *h.* et notata superius ad *L.* 5. §. 3. *de stat. homin. not.* 1.

L. CLXXXVIII.

IDEM *Lib.* XVII. *Digestorum.*] Agens de *Legatis.* *L.* 12. *de probationib.* *L.* 63. *de Legat.* 1°. *L.* 18. *de Legat.* 2do. Jac. Gothofredus casum ponit ex *L.* 13. §. 3. *de reb. dubiis* (1).

(1)

(1) Etiam Voorda notavit: „Hoc locum habet in institutionibus perplexis, quale exemplum est in *L.* 16. *de condit. institution.* non ubi prior scriptura per posteriorem corrigitur, ut in ademtioue Legatorum." Pro *juberentur* Flor. factum: *invenirentur*, unde Hal. *inveniuntur*. Vid. Brencm. *h.* Sequitur in §. 1. *nulla* lege *confirmata sunt*. Non privata, sed publica, puta XII. Tabb. aliave. Merill. *Obs.* VII. 8. in fin. Pro *confirmata* Nic. Catharin. *Obs. et Conj.* III. 31. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 788. mavult *imperata*. Sed etiam Graeci βεβαιοῦται, *confirmantur*.

L. CLXXXIX.

Idem *Lib.* XIII. *Digestorum.*] Junge *L.* 7. *de collation.* Jac. Gothofredus casum ponit in *hereditate adquirenda*, et *omittenda* (1).

(1) Add. Pothier. *h. t. num.* 148. Quaedam ad hanc Legem notavit quoque Lyclam. *Membran.* VI. 19. Ad verba: *nisi* adposita *tutoris auctoritate*, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 388. *not.* 28.

L. CXC.

Idem *Lib.* XXIV. *Digestorum.*] Junge *L.* 69. *de solutionib.* (1). Add. *L.* 4. §. *ult. de re judic.* Facit huc *L.* 20. *de solutionib. L.* 26. *in fin. de noxal. action.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*

L. CXCI.

Idem *Lib.* XXXIII. *Digestorum.*] Jac. Gothofred. casum ponit in *remissione poenae L. Juliae et Papiae.* Facit huc *L.* 31. *de ritu nupt.* Aliter (1) Heinecc. *in Comm. ad L. Jul. et Pap. Popp. p.* 386. *seq.*

Neratius consultus, etc. *respondit*, etc.] Desumsit itaque Celsus haec ex *Libris* Neratii *Responsorum* (2).

Quem tamen modum esse beneficii sui vellet, ipsius aestimationem esse.] Vid. Inscript. apud Gudium, *p.* 175. 1. (3).

(1) Scil. etiam Heineccius *Legem hanc* quidem cum Jac. Gothofredo refert ad *L. Juliam et Pap. Popp.*, sed, cum Gothofredus dubius haereret, utrum ad L. Juliam *de maritandis Ordinibus* pertineat, an ad *Legem Caducariam*, posterius probavit, et alium quoque, ac Gothofredus, Legi casum adfinxit.

(2) *Caesar rescripserat.* De *Trajano*, vel *Hadriano* accipit Jac. Gothofred. *h.* „Malim de *Hadriano*. Vid. Bertrand. *de Juris peritis*, I. 8." notavit van de Water.

(3) Add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de constitut. Princip.* §. *ult.* et notata superius ad *L.* 3. *eod.*

L. CXCII.

Marcellus *Lib.* XXIX. *Digestorum.*] Junge *L.* 5. *de servit. legat.* (1).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* Pro *a singulis heredibus* debentur, Nic. Catharin. *Obs. et Conj.* IV. 14. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 793. legit: *petuntur*, quoniam Graeci etiam vertunt: ἀπαιτοῦνται. Sed vid. Witte, *ibid.*

§. 1.

In re dubia benigniorem interpretationem sequi, etc.] Ex *L.* 3. *de his, quae in testam. delent.*

L. CXCIII.

Celsus *Lib.* XXXVIII. *Digestorum.*] Junge *L.* 50. *mandat.* *L.* 99. *de verbor. obligat.*

Omnia fere jura heredum etc.] Exceptio est in *L.* 26. *de stipul. servor.* Jac. Gothofred. *h.*

L. CXCIV.

Modestinus *Lib.* VI. *Differentiarum.*] Junge *L.* 7. *de his, quae ut indign.* (1). *L.* 5. *de conjung. cum emanc. lib. ejus.*

Qui per successionem, quamvis longissimam, etc.] Horat. *Epist.* II. 2. *vs.* 175. *seq.*

Sic,

Sic, quia perpetuus nulli datur usus, et heres
Heredem alterius, velut unda supervenit undam.

Merill. *Different. Cap.* 24. Aliud volunt in *Statutis.* Grivell. *Decis.* 86. *num.* 24. *seqq.* in quo caute versandum.

Constiterunt,] Al. *exstiterunt* (2).

Quam qui principaliter heredes existunt.] Sic *L.* 7. *de his. quae ut indign.*

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.*
(2) Ita Hal. *Exstiterint*, Rehd. Vid. Geb. *h. Exstiterunt* praefert quoque Jo. van Nispen, *ad Libb. Modestin. Differ.* in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 58. *seq.* ubi hanc Legem explicuit.

L. CXCV.

Idem *Lib.* VII. *Differentiarum.*] Junge *L.* 52. *de condit. et demonstr.* ubi casus (1).

Expressa nocent, non expressa non nocent.] Ordinarie *expressi* et *taciti* vis eadem, non semper (2).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* Jo. van Nispen, *loc. modo laud. p.* 77. *seqq.* Pothier. *h. t. num.* 46.
(2) Vid. Guil. Barclaj. *ad L.* 3. *de reb. cred.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 819. et Papillon. *de substit. pupill. Cap.* 3. in *eod. Thes. Tom.* IV. *p.* 718. *seq.* Quae loca notavit Rucker. *in not. MSS.* add. Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 457.

L. CXCVI.

Idem *Lib.* VIII. *Regularum.*] Junge *L.* 25. *de pignorib.* et *hypoth. L.* 6. *de distract. pign.* et accipe cum Jac. Gothofredo de *beneficiis creditorum.*

Privilegia quaedam causae sunt, etc.] Vid. *L.* 68. *h. t.*

Quae personae sunt, ad heredem non transeunt.] Vid. *L.* 16. *Cod. Theod. de extraord. sive sordid. munerib.* [*Tom.* IV. *p.* 158.] (1).

(i) In altero exemplari in 4to. adjecit: „multo minus cedi possunt. *L.* 42. *de adm. et peric. tutor.*" ad quam vid. notata. Plura de *privilegiis* vid. apud Gebauer. *in ej. Exercit. Acad. Vol.* I. *p.* 281. *seq.* Dissertationem ad hanc Legem conscripsit P. Verstolk. Lugd. Batav. 1764.

L. CXCVII.

Idem *Lib. Singulari de ritu nuptiarum.*] Junge *L.* 42. *de ritu nupt.* ubi idem.

In conjunctionibus] *In mentionibus*, vel *conditionibus*, pro *nuptiis*, legit Nic. Catharin. *Obs. Cap.* 29. [in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 492.] sed sibi diffidens, et male (1).

(1) Vid. Marckart. *Probab. rec. Lection. Part.* II. *p.* 45. *seq. Conjunctionibus* defendit quoque Ant. Augustin. *Emend.* I. 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1451. add. Brisson. *de Verb. Signif.* voc. *conjunctio*, et Jac. Gothofred. *h.*

L. CXCVIII.

Javolenus *Lib.* XIII. *ex Cassio* (1).] Vid. *L.* 11. §. 6. *quod vi aut clam.*

Neque in Interdicto, neque in ceteris caussis, pupillo nocere oportet dolum tutoris, sive solvendo est, sive non est.] Vid. Merill. *Variant. ex Cujac.* I. 35. Of. Aurel. *Dispunct. ad Merill. Dispunct.* 35. (2) [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 780. *seqq.*] Jac. Gothofred. *h.*

(1) Agens *de interdicto de tabulis exhibendis. L. ult. de tabb. exhib.* Jac. Gothofred. *h.* et Gluck. *ad Tit. quando ex facto tutor.* §. 1346. *p.* 25.

(2) Ubi frustra tentat. Cujacium secum ipsum conciliare. Vid. B. Voorda, *Thes. Controv. Dec.* XXI. *Thes.* 9. De re ipsa agit quoque Noodt. *ad Tit. Pand. quando ex fact. tutor.* Vs. *At quemadmodum non prodest pupillo* etc. et Gluck. *loc. modo laud.* Multi *Legem hanc* accipiunt de casu, quo tutor *extrinsecus*, seu ex-

extra rem pupilli, dolo aliquid admisit. Vid. *L.* 4. *quando ex fact. tutor.* Ita quoque Westenb. *ad dict. Tit. Pand.* §. 10. Sed hoc non videtur necesse: vera enim *regula haec* quoque est, si tutor *in administratione* dolo aliquid admisit. Licet enim propterea pupillus nunc quidem conveniri possit, tamen dolus tutoris pupillo non nocebit: nam, si non solvendo est tutor, non ulterius tenetur pupillus, nisi ut actiones suas adv. tutorem actori cedat. Quae etiam est sententia Pomponii in *L. ult. de adm. et peric. tutor.* ut adeo hac parte nullus fuerit Vett. JCtorum dissensus. Si autem solvendo est tutor, tunc pupillus, quod solvere coactus est, ab ipso tutore recuperare potest *actione tutelae*, *d. L. ult.* et *L.* 1. *quando ex fact. tutor.* adeoque ne sic quidem dolus tutoris pupillo nocebit: immo et hoc casu defungitur pupillus cessa actori actione adv. tutorem, non quidem ex sententia Pomponii, vid. *d. L. ult.* et *L.* 3. §. 1. *de tributor. act.* sed ex sententia Ulpiani. Vid. *d. L.* 3. §. 1. verb. *et sane hactenus tenebitur* etc. quibus verbis Ulpianum Pomponii sententiam corrigere, recte observarunt Noodt. et Voorda, *locc. supra citt.*

L. CXCIX. (1).

Non potest dolo carere, etc. (2).] Nec aliquid pro se allegare.

(1) Quum desumta sit haec Lex ex Libris Javoleni *Epistolarum*, aptam ei speciem vix poni posse, notat Jac. Gothofred. *h.* add. Eckhard. *Hermen. Jur.* L. 5. §. 188. et Gluck. *ad Tit. si quis caution. in jud. sist. causs.* etc. §. 253. *p.* 442.

(2) Quum verbum *paruit* sit in ultima Codicis Flor. pagina primum, illud fere totum disparuit, ita ut Codd. scripti et editi ex sensu substituerint: *obtemperat.* Vid. Brencm. *h.*

L. CC.

Idem *Lib.* VII. *Epistolarum.*] Junge *L.* 4. *de divers. tempor. praescript.* unde casum ponit Jac. Gothofredus (1).

Quoties nihil sine captione (2) etc.] Facit huc Quinctilian. *Declam.* 276. *Illud, judices, ante omnia intueri vos oportet, si quid ex Lege inclinandum sit, spectare, ut quam minimum ex eadem pereat.* etc. Victorin. *in Cicer. Rhetor.* II. *p.* 228.

(1) Add. Cujac. *h.* et Pothier. *h. t. num.* 1572.
(2) Id est, *sine damno.* Graeci, *χωρὶς βλάβης.*

L. CCI.

Idem *Lib.* X. *Epistolarum.*] Jac. Gothofred. refert ad *regulam Catonianam:* quod verba docent.

L. CCII.

Omnis definitio in Jure Civili periculosa est: etc.] Vid. Paganin. Gaudent. *Juridic. exposit.* II. 46. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 392. *seq.*] Quinctilian. *Instit. Orator.* II. 13. *Propter quae mihi semper moris fuit, quam minime alligare me ad praecepta, quae καθολικὰ vocant, id est, universalia, vel perpetualia. Raro enim reperitur hoc genus, ut non labefactari parte aliqua, aut subrui possit.* Add. Idem, *ibid.* VII. 3.

Definitio (1)] Plin. *Histor. Natur.* XVI. 22. *Falsa definitio est, non decidere his, quarum succus pinguior sit.*

(1) Id est, *regula.* Jac. Gothofred. *h.* et *ad L.* 1. *h. t.* Vs. *Ex his jam patet,* etc. Merill. *Var. ex Cujac.* I. 50. Mercer. *Opinion.* II. 16. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1603. Majans. *Disp.* XLIII. §. 1. aliique. Graeci quoque: *πᾶς νομικὸς κανών.* Galvanus tamen, *de Usufruct. Cap.* 4. *num.* 1. suspicatur, non de *regula*, sed de *dialectica definitione*, haec esse intelligenda. Pro *parum est* Hal. habet: *rarum est.* Sed Florentinam tuetur Ant. Augustin. *Emend.* III. 9. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1525. *seq.*

L. CCIII.

L. CCIII.

Pomponius *Lib.* VIII. *ad Quintum Mucium* (1).] Junge *L.* 66. *de Jure dot.* *L.* 77. *de adq. vel. omitt. hereditt.* *L.* 45. *de Legat.* 2do. Pone casum in *L.* 9. §. 1. *de vi et vi armat.* Jac. Gothofred. *h.* (2).

(1) Jac. Gothofred. *ad princ.* VI. *Regul. Collect. Oper. Minor. p.* 921. putat, Pomponium *notas* scripsisse ad Mucii Scaevolae *Regulas*. Sed vid. d'Arnaud. *Var. conject.* II. 29 *p.* 400. et Bachium, *Hist. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 13. Explicuit hanc Legem Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 341. *seq.*

(2) *Quod quis* etc. In Rehd. scriptum erat: *quod si quis*, sed τὸ *si* punctis deletum. Vid. Geb. *h.* *Damnum sentire* locutionem esse JCtis familiarem, notat Burman. *ad Quinctil. Declam.* XIII. *Cap.* 13. *p.* 287.

L. CCIV.

Minus est actionem habere, quam rem.] De *pignore* accipit Jac. Gothofred. *h.* (1).

(1) Exposuit hanc regulam Majans. *ad* 30. *JCtor. Fragm. Tom.* I. *p.* 414. *seq.* add. notata superius ad *L.* 15. *h. t.*

L. CCV.

Idem *Lib.* XXXIX. *ad Quintum Mucium.*] Junge *L.* 67. *de contrah. emt.* Jac. Gothofred. casum ponit in *pignore.*

Interdum] Id est, *interim.* Jac. Gothofred. *h.* (1).

(1) Sic etiam vicissim *interim* aliquando dicitur pro *interdum.* Vid. notata superius ad *L.* 3. §. 10. *ad exhibend.* et ad *L.* 3. *pr. mandat.* Pro *proinde*, quod praecedit, Vulg. Hal. Rehd. habent: *perinde.* Vid. Geb. *h.* Non opus. Vid. notata superius ad *L.* 6. *de pignor. et hypothec.* Explicuit hanc Legem Majans. *loc. modo laud. Tom.* I. *p.* 479. *seq.*

L. CCVI.



L. CCVI.

Jure naturae aequum est, etc. (1)] Vid. Cicer. *de Offic.* III. 6. *Detrahere igitur aliquid alteri, et hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor, quam cetera, quae possunt aut corpori accidere, aut rebus externis.* ubi vid. Comm.

(1) Unicam hanc sententiam ex *Pomponii Libro* IX. *Var. Lectionum* superesse, et difficile hinc esse, germanam huic Legi speciem aptare, monuit Jac. Gothofred. *h.*

L. CCVII.

Ulpianus *Lib.* I. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Junge *L.* 25. *de statu homin.* (1).

Res judicata etc.] Etsi *male.* Vid. *L.* 12. §. 3. *de bonis libertor.* *L* 1. *pr. quae sent. sine appell. rescind.* *L.* 5. §. 3. *de reb. eorum qui sub tut. vel cur. sunt.* Add. Herald. *de Rerum judic. auctorit.* I. 1. *num.* 3. [in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1078.] (2).

(1) Add. Jac. Gothofred. *h.* et Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 120.

(2) Et notata superius ad *L.* 11. *de just. et jur.* et ad *L.* 25. *de stat. homin.*

L. CCVIII.

Paulus *Lib.* III. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Vid. Jac. Gothofred. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* XII. (1).

(1) „Pertinet ad illud Caput *Legis Jul. et Pap.*, qnod *Lex Decimaria* dicitur, et quo liberi, ante diem lustricum, sive nominalia, mortui, non computabantur: erat autem dies nominum octavus in puellis, nonus in pueris. Vid. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 15. *not.* 8." Rucker. *in not. MSS.* add. Franc. Ramos del Manzan. *ad LL. Jul. et Pap. Lib.* IV. *Re-*

Reliq. 34. *num.* 10. in Thes. Meerman. *Tom.* V. *p.* 505.

L. CCIX.

Ulpianus *Lib.* IV. *ad Legem Juliam et Papiam.*] Junge *L.* 10. *de his qui sui vel alien. jur. sunt. L. ult. de adoptionib. L.* 9. *de captiv. et postlim. revers.* (1).

Servitutem mortalitati (2) *fere comparamus.*] Vid. *L.* 59. *in fin. de condit. et demonstr.* Cujac. *Obs.* XVIII. 14. et sic liberi hic sunt, ut *amissi*, si sint facti servi. Jac. Gothofred. *h.* quem etiam vid. *ad L. Jul. et Pap. Cap.* XII.

Fere] *Poenae servitutem* non semper. *L.* 3. §. 1. *de his quae pro non script.*

(1) „Pertinet, monente Inscriptione, ad *L Papiam*, qua introducta *caduca*. Quod ad hanc Legem servitus *fere*, non omnino, mortalitati comparatur. Comparatur ea mortalitati in *caducis*, quae post mortem testatoris ante apertas Tabulas deficiunt. *L.* 59. §. 2. *de cond. et dem.* quae accipienda, quando Legatarius post mortem testatoris servus poenae est factus: nam in his, quae sunt *in caussa caduci*, id est, quae post factum testamentum vivo testatore deficiunt, servitus morti non comparatur: Legatario enim ante testatorem decedente, Legatum est in caussa caduci. *L. unic.* §. 4. *Cod. de caduc. tollend.* Sed si in metallum damnatus fuerit, Legatum pro non scripto habetur. *L.* 5. §. 1. *de his quae pro non script. L.* 12. *de jur. fisc.* Merill. *Obs.* V. 15. ubi et in rationem differentiae inquirit." Voorda, *in not. MSS.*

(2) Id est, *morti.* Vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 576. *not.* 17. — Sequentem *L.* 210. ad *regulam Catonianam* pertinere, obsfervavit Jac. Gothofred. *h.* eamque geminationem esse *L.* 29. *h. t.* notarunt Pratej. *Gemination.* I. 55. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 527. et Ant. Augustin. *Emend.* I. 7. in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 1452. Vid. tamen Voorda, *Interpr. et Emend.* II. 22.

L. CCXI.

L. CCXI.

Paulus *Lib.* LXIX. *ad Edictum.*] Junge *L.* 7. *si quis caut. in judic. sist. causs. fact. non obtemp.* ubi et haec verba.

Servus Reipublicae caussa abesse non potest.] Absunt haec a *Cod. Florent.* Vid. Augustin. *Emend.* III. 1. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1497.] (1).

(1) Et Brencm. *h.* qui monet, adesse tamen hoc caput in omnibus Libris scriptis et editis, et apud Graecos.



SUP-

SUPPLEMENTA.



NICOLAUS SMALLENBURG

Jur: Prof.^s ord.^s in Academia Lugd.-Batav.

Tomus Primus.

Pag. 1. not. 1. De verbis *Digesta* et *Pandectae* vid. et Colen. *Parerg. Cap.* 25. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 374. *seq.* Nerium, *Analector.* I. 38. in *eod. Thes. Tom.* II. *p.* 379. *seq.* Trotz. *ad Hugon. de Prima scribend. origin. p.* 382. *seq.* et *p.* 400. *seq.* Quaedam de Pandectarum, et universe Juris Justinianei, compilatione observavit quoque Heinr. Ed. Dirksen. *Bemerkungen ueber Justinians Compilation*, in Dessen *Civilistische Abhandlungen*, 1. *B. p.* 192. *seqq.*

Pag. 2. in fin. not. 1. *Etiam Schulting.* etc. Etiam Bachius, *Histor. Jur.* IV. 3. *Sect.* 1. §. 6. Frid. Carl von Savigny, *Geschichte des Röm. Rechts im mittelalter*, *Tom.* II. *p.* 147. *seqq.* Karl Frid. Eichhorn, *Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte*, *Tom.* II. *p.* 186. *seqq.* et omnes fere recentiores Interpretes. Mirum tamen, si plura fuerint Pand. exemplaria, e quibus Codices descriptos habemus, nullum, praeter unum Florentinum, in notitiam nostram pervenisse. Mirum porro, quod tamen verissimum est, quodque testatus etiam est Heinr. Ed. Dirksen. *loc. modo laud. p.* 469. his verbis usus: *nirgend finden sich willkührliche, und zum Theil sinnlose, varianten bei stellen der Pandekten in den Codd. Vulg. häufiger als da, wo die Florentinische handschrift lückenhaft oder verdorben ist.* Mirum denique, ne plura addam, *quo antiquiora sint MSS., eo minus a Florentino discedere.* Brencman. *Histor. Pand.* III. 2. *p.* 232. Et variae istae lectiones, quaeso, quales sunt? Plurimae adeo nullius fere momenti sunt, ut saepe miratus sim diligentiam dicam an patientiam Virorum Doctorum, qui iis annotandis operam dederunt. Suntque vel aberrationes Librariorum, vel manifestae mutationes, quarum pleraeque vel inanes sunt, vel vitiosae: paucae felici Correctoris, quisquis ille fuerit, ingenio tribuendae. Nam, quod quidam

fingunt: *sub primis Glossatoribus et in ipsa Bononiensi schola, e diversis, qui circumferebantur libris, docentium consensu paulatim novam constitisse librorum nostrorum recensionem, quam et in docendo sequerentur ejusdem scholae antecessores, et in describendis exemplaribus Librarii Jurisque Studiosi* (Vid. Andr. Guil. Cramer. *ad Tit. Pand. et Cod. de verbor. significatione*, in *Praefat.* p. 13. et von Savigny, *loc. supra laud.* p. 149.) illud, si dicere licet quod sentio, haud absimile videtur antiquae fabulae de origine *Disputationum Fori* apud Romanos. Sed jam satis de hac quaestione, de qua liberum sit suum cuique judicium. Illud, nisi fallor, inter omnes constat, MS. Florentinum omnium Pand. Codicum, quos habemus, longe antiquissimum esse, ejusque adeo lectionem sine magna caussa non esse deserendam.

Pag. 3. in fin. not. 1. Veteres saepe Accusativum pro Ablativo ponere, docet quoque Ruhnken. *ad Terent. Eunuch.* II. 2. *vs.* 29.

Pag. 6. pr. not. 1. add. Hugo, *Civil. Magaz.* 2. *B.* p. 419. *seq.*

Pag. 8. in fin. not. 1. De variis Pand. MSS. et editionibus vid. et Ed. Schrader. *Abhandl. ueber alte Drukke der Theile des Corpus Juris Civilis, ihrer verwandschaft und innerm Werthe nach betrachtet*, in Dessen *Civilistische Abhandlungen*, p. 355. *seqq. Prodromus Corporis Juris Civilis a Schradero, Clossio, Tafelio edendi.* Berolin. 1823. Jo. Lud. Guil. Beck. *Indicis Codicum et editionum Juris Justinianei Prodromus.* Lips. 1823. S. Gratama, *Praelect. ad Prolegom. et Partem Primam Institutionum Justinian.* in *Praefat. Sect.* 1. §. 12. p. 12. *seq.* qui meminit quoque Jo. Conr. Ruckeri, *Historiae Literariae Librorum et Interpretum Juris Civilis.*

DIGESTORUM

SEU

PANDECTARUM

LIBER PRIMUS.

Titulus primus *de justitia et jure.*

L. 1. §. 1. *Cujus merito* etc. „Sed utrius? *Jurisne* an *Justitiae?* Videri posset *Justitiae*, ob rationem subjectam; sed Marcilius, *ad pr. Inst. h. t.* censet *Juris.*" Voorda, *in not. MSS.* — „*Antistites Justitiae*, Gellius, *Noct. Attic.* XIV. 4. add. Coler. *Parerg. Cap.* 29. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 386." Rucker. *in not. MSS.* — De *simulata Philosophia* late etiam Marq. Freher. *Parerg.* I. 1. in *eod. Thes. eod. Tom. p.* 861.

§. 2. not. 1. add. Merill. *Obs.* I. 11.

L. 7. §. 1. not. 1. add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de orig. jur.* §. 8.

L. 9. Ad quam vid. Schulting. *ad Caj. Instit. Lib.* I. in *Jurispr. antejustin. p.* 2. *seq.*

§. 1. not. 1. Add. Merill. *Obs.* I. 11. — „Novam definitionis *Jurisprudentiae* explicationem proponit Perrenon. *Animadv.* I. 21. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 621. *seq.* sed malam." Rucker.

Tit. II. *de origine juris*, etc.

L. 2. not. 1. add. Heinr. Ed. Dirksen. *Versuche zur Kritik und Auslegung der Quellen des Röm. Rechts*, *p.* 207. *seqq.* Lips. 1823.

§. 2. *Demarati* an *Damarati* scribendum, vid. Drakenborch. *ad Liv.* I. 34. §. 2. *not.* 5. Pomponium hic er-

rasse, censet quoque Otto, *in Praef. Tom. I. Thes. Jur. p.* 12.

not. 7. De Jure Papiriano, deque Legibus Regiis, plura Dirksen. *loc. modo cit. p.* 234. *seqq.* add. Gluck. *ad Tit. de concubin.* §. 1295. *not.* 15. *p.* 369.

§. 3. Dissertationem Hadr. Stegeri, *de Lege Tribunitia, et inde nato incerto jure, ad L.* 2 §. 3. *de origin. jur.* citat Stockman. *ad Bach. Histor. Jur.* I. 1. *Sect.* 1. §. 9. — *Agi* pro *ali* probat etiam Henr. Cannegiet. *ad Avian. Fab.* XXIII. *p.* 142.

§. 4. not. 2. *De Legum* XII. *Tabb. patria* Commentatio est Xaver. Car. Eugen. Leliévre, qua praemium reportavit a Fac. Jurid. in Acad. Lovan. a. 1825. *De origine et fontibus Legum* XII. *Tabb.* disputavit quoque Arnold. Carol. Cosman. Amstel. 1829.

not. 4. *Roboreas* etiam legit Trotz. *ad Hugon. de Prima scribend. origin. p.* 83.

§. 5. not. 1. add. F. C. T. Hepp. *Diss. exhib. interpretationem Legis* 2. §. 5. *de origin. jur.*

§. 6. Conf. Gaj. *Inst. Veron. Lib.* IV. §. 11. quo *Libro* IV. plura de *jurisprudentia formularia.*

§. 7. De *Sexto Ælio* vid. et Chr. Wilh. Küstner. *Chrestomathia Juris Enniana, p.* 48. *seq.*

§. 9. add. Dirksen. *loc. supra laud. p.* 213.

§. 13. Lectionem Haloandr. parum *est enim* etc. *qui jura* reddere *possint*, praefert quoque Dirksen. *Civilistische Abhandlungen*, 1. *B. p.* 331.

§. 17. not. 1. add. Ruhnken. *ad Terent. Andr.* I. 1. *vs.* 79. et III. 2. *vs.* 3. et *Eunuch.* IV. 7. *vs.* 23.

§. 20. not. 1. *De origine, caussis, et primo Tribunorum plebis numero*, Commentatio est Aug. Ferd. Soldan. Hanov. 1825. *De Tribunitiae potestatis origine, ejusque ad* XII. *Tabularum Leges progressu*, disseruit Carol. Schirmer. Torun. 1826. et *de Tribunitia potestate, qualis fuerit inde a Sullae Dictatura usque ad primum* Con-

Consulatum Pompeji, Commentatio est Joseph. Rubino. Casfellis, 1825. de quibus opusculis vid. *Kritische Zeitschrift fur Rechtswissenschaft von* E. Schrader etc. 3. *B.* 2. *H.* *p.* 212. *seqq.* et *p.* 220. *seqq.*

§. 28. not. 2. „ Inter *Dissertationes Historicas*, *Politicas*, *et Literarias*, Comitis Octaviani de Guasco, est Dissertatio *de Praetore peregrino*. Vid. *Bibliothéque Impartiale*, *Tom.* XIV. *Part.* III. *p.* 367." Rucker.

§. 29. not. 1. add. Noodt. *de Jurisdiction. et Imperio*, I. 12.

§. 30. *Æris*, *argenti*, etc. Emendationem Waltheri probat quoque Trotz. *ad Hugon. de prima scribend. origin.* *p.* 208.

§. 33. not. 6. add. Forster. *de Jur. Interpr.* I. 5. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 978. et Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de jurisdiction.* §. 4. „ Quoties necessitas postulabat ingruente fame, ejusque arcendae caussa, creabatur Praefectus annonae sub Republ. libera; sed sub Imperatoribus perpetuus talis magistratus creatus, et ita *ordinarius* factus." Rucker.

§. 35. not. 2. De *Tiberio Coruncanio* Commentatio est Lud. Aug. Würffel. Halae, 1740

§. 36. not. 2. De *Appio Claudio* vid. et Otton. *in Praefat.* *Tom.* I. *Thes. Jur.* *p.* 22. *seq.*

not. 3. Etiam A. G. Cramer. *Supplem. ad Brisson. de Verbor. signification. Specim.* I. *p.* 12. *ab hoc* exponit *post hoc*. — De verbis *literam r invenit*, vid. et Trotz. *ad Hugon. de prima scribend. origin.* *p.* 35. *seq.* Rucker. ad ea notavit: „ nempe characterem literae *r*, cum antea uterque sonus *r* et *s* eodem charactere fuerit scriptus, nempe *s*. Inde dicit Pomponius, ut Valerii *essent*, non ut Valerii *dicerentur*. Sic scribebant *asa* pro *ara*. Vid. Gell. *Noct. Attic.* IV. 3."

§. 37. not. 2. add. Forster. *de Jur. Interpr.* I. 2. *num.* 24. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 963.

not. 3. Rupertum sequitur quoque Trotz. *ad Hugon. de prima scribend. origin. p.* 232.

§. 39. not. 3. Verba *Manilii monumenta* Glossatoris cujusdam esse, suspicatur Bertrand. *de Jurisperit.* II. 7. §. 4.

§. 40. Pro *Paulus Virginius* legendum esse *Aulus Virginius*, eaque nomina a Librariis saepe esse confusa, observat Ever. Goth. Lagemans. *Diss. de A. Cascellio JCto, p.* 96. *not.* 1, Lugd. Batav. 1823.

§. 43. not. 2. *Tractatus* non mutat quoque Merill. *Obs.* II. 2, in fin.

§. 44. not. 2. Cujacius, *Obs.* XXVII. 4. *auditores* intelligit *discipulos.*

not. 3. Verba: *nam de Legibus vicesimae primus conscripsit*, Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 9. §. 5. *p.* 208. *in not.* de *vicesima hereditatium* intelligit. Cod. Reg. habere: *nam de Legibus* XXI. *conscripsit*, idque bonum sensum habere, modo *libros* subintelligamus, notavit Dirksen. *Civil. Abhandl.* 1. *B. p.* 333. Ego potius errorem putem, ortum ex mala conjunctione *vicesimae primus.*

§. 45. not. 2. *De Benedictis Auli Cascellii* Disputatio est Car. Gottl. Henr. Edelman. Lips. 1803. quam citat Stockman. *ad Bach. Histor. Jur.* II. 2. *Sect.* 4. §. 49.

§. 47. not. 1. *Labieno* legit quoque Trotz. *de Memor. propag.* I. 1. §. 5. *p.* 58. ubi plura de *Labeone*, de quo vid. et Athanas. Oteyz. et Olan. *Paralipom. Juris*, V. 1. *et* 2. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 619. *seqq.*

not. 3. Florentinam *quadringenta* etiam probat Rad. Forner. *Rer. Quotidian.* III. 2. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 197. Sed *quadraginta* habet quoque Cod. Reg. Kob. et Ven. Vid. Dirksen. *loc. modo laud. p.* 334.

not. 4. De Praenomine Capitonis vid. Const. Land. *Exercitation.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1594.

not. 7. add. de caussa dissensionum inter Labeonem et Ca-

Capitonem Dirksen. *Versuche zur Kritik und Auslegung der Quellen des Röm. Rechts*, *p.* 229. *seq.* et *Beiträge zur Kunde des Röm. Rechts*, 1. *Abhandl.*

not. 13. *Signare* Trotz. *ad Hugon. de prima scribend. origin. p.* 129. interpretatur *nomine suo subscribere.* add. Idem, *de Memor. propag.* I. 1. §. 9. *p.* 70. et I. 5. §. 5. *p.* 178.

not. 18. add. Dirksen. *Beiträge zur Kunde des Röm. Rechts*, *p.* 120. *et p.* 327. in fin. Cum §. 8. *Inst. citat.* conf. Gaj. *Inst. Veron. Lib.* I. §. 7.

not. 19. De hoc Pomponii loco vid. Bilderdyk. *Obs.* II. 29.

not. 20. add. Thom. Jo. Pigeaud. *Diss. de Vespasiano Imp. ejusq. Jurisprudentia*, *Cap.* 2. §. 1. Lugd. Batav. 1762.

Tit. III. *de Legibus*, *SCtis*, etc.

L. 1. not. 1. Hanc *Legis* definitionem pluribus quoque explicuit Lyclam. *Membran.* I. 8. *et* 9.

L. 2. not. 1. add. Otton. *Diss. Jur. Publ. et Priv. Diss.* X. *Cap.* 2. §. 4.

not. 3. Tò *Summae* defendit quoque Auctor, *in Obs. Miscellan. Vol.* IV. *p.* 257.

L. 9. In inscriptione pro *Lib.* XVI. Cujacius, *in Comm. ad L.* 11. *de Public. in rem action.* legi vult *Lib.* XV. — *Non ambigitur*, etc. *Quamvis fuit quaesitum*, ait Gaj. *in Instit. veron. Lib.* I. §. 4. ubi vid. Clar. van Assen.

L. 10. *Casus*, id est, species, propositiones, quaestiones, Gabr. Vall. *ad L. unic. Cod. de sent. quae pro eo quod int.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 426.

L. 11. Hanc Legem Muretum, in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 188. sine necessitate emendare, notavit Voorda.

L. 13. Eleganter hunc locum illustrare Jac. Gothofr. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de inoffic. dotib.* monuit van de Water, *in not. MSS.*

L. 16. not. 1. add. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* *p.* 60.

L. 17. *Scire Leges* etc. „ Hinc non peccat, qui facit contra verba legis, modo menti legis nihil ſit contrarium. *L.* 4. §. 1. *qui pet. tutor.*" van de Water.

L. 26. not. 1. *Diſſertationem de vi legum priorum in posterioribus* Aug. Corn. Stockman. Lipſ. 1803. citat Gluck, *ad Tit. de divort. et repud.* §. 1272. *not.* 98. *p.* 59.

L. 29. not. 1. add. omnino Sib. Corn. Klinkhamer. *Comm. de Jur. Civ. Rom. loco, qui est de donationibus, ex Fragm. Vatican. nuper illuſtrato, p.* 30. *ſeqq.* Amſtelod. 1826.

L. 32. In inſcriptione pro *Lib.* LXXXXIV. legendum *Lib.* LXXXIV. docet quoque Otto, *in Praefat. Tom.* I. *Theſ. Jur. p.* 17. in fin. Plura de hac Lege Idem, *de Ædilib. Colon. et Municip. Cap.* 13. §. 3.

L. 39. not. 1. add. et de hac Lege Ge. Fried. Püchta, *Gewoonheitsrecht*, I. *Th.* 1. *B. Kap.* 8. *p.* 99. *ſeqq.* quem citat Gluck. *ad Tit. qui testam. fac. poſſ.* §. 1417. *a. not.* 32. *p.* 22.

L. 40. not. 1. Verba: *aut neceſſitas conſtituit* ad *SCta* etiam refert Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 60. et Cujacium ſequitur quoque Voorda, *in not. MSS.*

Tit. IV. *de Conſtitutionibus Principum.*

De Conſiſtorio Principum Romanorum duo Specimina edidit C. G. Haubold., quae exſtant in ej. *Opuscul. Vol.* I. *p.* 187. *ſeqq.*

L. 1. not. 1. De verbis *ei et in eum* vid. et F. A. Schilling. *Bemerkungen ueber Röm. Rechtsgeſch. p.* 201.

§. 1. Verba: *vel de plano interlocutus est* delere Hotoman. *Obs.* II. 4. ſed male, notavit van de Water. add. Jac. Gothofr. *ad L.* 28. *Cod. Theod. quor. appellat. non recip.*

§. 2. not. 1. *Vel ſi quam poenam irrogavit.* Exemplum

ta-

talis privilegii exstare in *L.* 2. *vs. Divus Hadrianus. de his qui sui vel al. jur.* monuit Rucker. *in not. MSS.*

L. 5. not. 1. add. H. E. Dirksen. *Abhandl. ueber die Behörden, welche im Röm Reich Privilegien ertheilten,* in Dessen, *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 242. *seqq.*

Tit. V. *de statu hominum.*

De varia vocis *status* significatione in jure vid. Jo. Mercer. *Opinion.* I. 11. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1572.

L. 3. add. Jo. Nerium, *Analector.* II. 10. in *eod. Thes. eod. Tom. p.* 405.

L. 4. pr. De hac definitione *libertatis* quaedam quoque monuit C. F. Walch. in *Opuscul. Tom.* I. *p.* 543.

§. 1. De verbis *contra naturam* vid. et Chr. Riccius, *Vindic. Jur. Cap.* 20. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 803. *seqq.*

L. 5. §. 2. Conf. Gaj. *Inst. Veron. Lib.* I. §. 89. et Caj. Goth. *Inst.* I. 4. §. *ult.*

§. 3. not. 3. Raevardi conjecturam probat quoque Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *A servis transeo* etc.

L. 6. add. Vertr. Maurum, *de Jur. liberor. Cap.* 12. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 999.

L. 7. Jungit cum *L.* 7. *de bon. damnator.* Noodt. *ad h. t. Pand.* Vs. *Primum sunt*, etc. — Paulo aliter loquitur Julianus in *L.* 26. *h. t.* in cujus rei rationem inquirit Ant. Fab. *Jurispr. Papinian. Tit.* IV. *Pr.* III. *Illat.* 3. *p.* 138.

L. 8. *apud Capitolin.* in *Anton. Pio*, *Cap.* 1. *pr.* add. *L.* 32. §. 1. *de adoption.*

L. 10. not. 1. *add. Schulting.* etc. et *ad Paul. Sent.* III. 4. *a.* §. *ult. not.* 45.

L. 12. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. de agnosc. et alend. liber.* §. 1287. *e. p.* 110. *seqq.* Est etiam Commentatio A. G. A. Beckeri, *de partu septimestri, eoque spurio, non legitimo, ad L.* 12. *D. de stat. homin.* Lips. 1805. — Locum Pauli, *in sentent.* cum Noodtio emendat quo-

 que

que Pothier. *Tit. ad SCtum Tertull. et Orphitian. num.* 5.

L. 15. not. 3. *excidere* pro *excedere* legit quoque Arntzen. *ad Sedul. Carmen Paschal. Lib.* IV. *vs.* 251. *p.* 198.

L. 17. *Cives Romani effecti sunt.* Inde Marq. Freher. *Parerg.* II. 17. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 928. *seq.* rationem repetit, quare nulla in jure fiat mentio *Praetoris Peregrini.* — Late de hac Constitutione egit quoque Heineec. *in Antiq. in Append. Lib.* I. *Instit. Cap.* 1. §. 15. *seqq.*

L. 23. not. 2. add. Interpp. *ad Caj. Inst.* I. 4. §. 8. *not.* 36. *seqq.* et Scip. Gentil. *Origin. ad Pand.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1368. *seq.*

L. 26. not. 2. add. Alb. Telting. *Diss. de Juribus nondum natorum.* Groning. 1826.

Tit. VI. *de his, qui sui vel alieni juris sunt.*

L. 1. §. 2. *Divi Antonini. Sacratissimi Imp. Antonini* ait Gaj. *in Inst. Veron. Lib.* I. §. 53.

not. 1. add. Jan. a Costa, *ad* §. 1. *et* 2. *Inst. h. t.*

L. 2. Vid. et ad hanc Legem Rad. Forner. *Rer. Quotid.* I. 3. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 151. *seq.* — *Julii Sabini.* „Alius ergo ab eo, qui memoratur apud Tacit. *Histor.* IV. 55. *et* 67. de quo Victor. *Var. Lection.* XVIII. 15. nisi hic memoratus sit ejus filius." van de Water. — *Vel* infami *injuria.* „Sic *infami lucro*, id est, magno, apud Senec. *de Brevitate vitae*, *Cap.* XI." van de Water.

L. 6. Ad quam vid. et Gluck. *ad Tit. de agnosc. et alend. liber.* §. 1287. *c. p.* 134. *seqq.*

L. 8. not. 2. add. Otton. *in Papinian. Cap.* 7. §. 1. *p.* 150. et Jan. a Costa, *Prael. ad Illustr. quosd. Titt. etc. p.* 111. et *ad pr. Inst. de patr. potest.* Merill. *Obs.* II. 4. patri *lege*, reliquis parentibus *moribus*, potestatem datam esse putat.

L. 10. not. 1. Vid. et Des. Herald. *de Rer. judic. auctorit.* I. 1. §. 10. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1081.

L. 11.

L. 11. Emendationem Connani, pro *vel emancipati* legentis *semel emancipati*, rejicit Balduin. *in not. ad h. l.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 807.

Tit. VII. *de adoptionibus, et emancipationibus, et aliis modis, quibus potestas solvitur.*

Et aliis modis. De his tamen nihil in hoc Titulo tractari; notat Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* — *Emancipatio* ut fieret per imaginarias venditiones, inventum est a JCtis occasione Legis XII. Tabb., quae non de imaginariis, sed veris venditionibus liberorum locuta est. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 10. §. 1. *not.* 5. — Diversarum Gentium adoptiones et manumissiones refert Coler. *Parerg. Cap.* 7. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 560. — De *adoptione per testamentum* vid. et Dirksen. *Versuche zur Kritik und Auslegung der Quellen des Röm. Rechts*, *p.* 73. *seqq.* ubi etiam *p.* 62. *seqq.* de *abdicatione liberorum* egit.

L. 2. not. 1. Gajum *populi* mentionem fecisse, constat ex ej. *Instit. Veron. Lib.* I. §. 98. *et* 99. Vix igitur est, ut hanc Legem a Triboniano non interpolatam dicere possimus, quod adfirmat Otto, *ad* §. 1. *Inst. h. t.*

§. 2. *quae* per Principem *fit. Per populum* ait Gajus, *in Inst. Veron. Lib.* I. §. 107.

L. 8. not. 1. add. Cujac. *Obs.* XXVI. 7. Otton. *Diss. Jur. Publ. et Priv. Diss.* IV. *Cap.* 1. §. 15. Conynenberg. *Diss. ad inscript. h. t. laud. Sect.* II. *Cap.* 3. §. 20. *p.* 74. qui distinctionem transponendam putat, et a Triboniano hanc Legem esse interpolatam, legendumque: *quod, ne curatoris auctoritas intercederet in arrogatione, ante tenuerat sub D. Claudio, recte mutatum est:* nempe a Justiniano *L. ult. sub fin. Cod. de auctor. praestand.*

L. 14. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 67. haec sic accipit, ut emancipatione filii adoptivi nepos ex eo natus liberetur etiam potestate avi.

L. 15. §. 2. add. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod.* *de jur. liberor.*

§. 5. De adoptione *liberti* Mercer. *Opinion.* I. 8. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1566. et Herm. Cannegieter. *Obs. Jur. Rom.* II. 18. *p.* 215.

L. 17. §. 3. not. 1. add. Perizon. *Animadv. Histor. Cap.* 3. *p.* 125. praeter Reinold. *in Addend. cit.*

L. 19. not. 1. *Sed vid. Wieling.* etc. Quem Noodtium recte refellere, ait Rucker. *in not. MSS.* Pro *prospectum* male alios legere *profectum*, notat Ant. Fab. *Jurispr. Papinian.* III. 1. *Illat.* 11. *p.* 485.

L. 20. *Tamen hoc et in pupilla* etc. Male Tribonianum hic aliquid de suo adjecisse, putat Marcil. *ad Prooem. Inst.* §. 6. et *ad* §. 1. *Inst. h. t.*

L. 47. §. 1. not. 1. non esse Triboniani, censet quoque Walch. *Opusc. Tom.* I. *p.* 123.

L. 49. not. 1. *quandoquidem ea solutione liberarer.*" Recte haec verba leguntur. Sic solet Africanus. Vid. *L.* 38. §. 1. *de solution.*" Van de Water.

Tit. VI. *de calumniatoribus.*

not. 1. add. P. J. de Bye, *Dissertatio de delicto calumniae in publ. judic.* Lugd. Batav. 1780. supra jam laudata; et E. ter Kuile, *Dissertatio de calumniatoribus apud Romanos.* Lugd. Batav. 1827. ubi *Cap.* 5. singulas h. t. Leges exposuit. „ De litera, calumniatorum fronti inuri solita, vid. Pith. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 4. §. 4. *not.* 33. Rad. Pornier. *Rer. Quotid.* VI. 25. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 306. Nerium, *Analect.* I. 37. in *eod. Thes. eod. Tom. p.* 376. Ferrat. *Epistol.* I. 6. *p.* 42. *seqq.*" Rucker.

L. 1. *Sic Quinctil.* etc. add. Brummer. *ad L. Cinciam*, *Cap.* 6. *p.* 64.

§. 3. not. 2. *litem perire.* Ei scil., qui accepit, non ei, qui dedit. Hoc est, ut, etiamsi ei jure competat actio, eam repetere, et intendere amplius non possit. Ita Maran.

ran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 196. Aliter ter Kuile, *Diss. laud. p.* 99. *seq.*

L. 3. §. 1. add. Schulting. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 8. §. 7. *not.* 17.

§. 2. not. 1. Vocem *deceptus* semper in malam partem sumi, putat quoque Forster. *Obs. Specim.* I. 16. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 926. Sed mediae significationis esse, censet Duker. *loc. cit. p.* 290.

L. 5. *Turpia lucra heredibus* etc. Quatenus rem quia persequitur, non quatenus meram poenam. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 31. §. 6. *not.* 25.

§. 1. *Vid. et Cujac. ad Lib.* Paul. etc. et *Obs.* VIII. 26.

L. 9. citra *pretii aestimationem.* Id est, praeter, ita ut de pretii aestimatione, et de calumnia simul agi possit. add. ter Kuile. *laud. Diss. p.* 118.

Lib. IV.

Tit. I. *de in integrum restitutionibus.*

not. 1. add. G. E. Burchardi, *Abhandl. ueber die Lehre von der wiedereinsetzung in den vorigen stand.* (*Götting. anzeig.* 10. *Novemb.* 1831.) — „Unus tantum videtur fuisse generalis titulus *restitutionis in integrum*, qui a Triboniano in plures Titulos fuit divisus. Vid. *L.* 5. *Cod. de restitution. milit.*" Van de Water, *in not. MSS.* add. Heinecc. *ad edict. perpet. Tit.* XXVI. *not. a.*

L. 3. *Caussa cognita a Praetore promittuntur.* Et non nisi semel. Paul. *in Sent.* I. 7. §. 3. ubi vid. Cujac.

L. 8. not. 1. add. Jo. van der Linden, *Annot. ad Voet. Comm. ad Tit. Pand. ex quib. caus. maj.* §. 4. et H. E. Dirksen. *Beiträge zur Kunde des Röm. Rechts*, *p.* 321. *seq.*

Tit. II. *quod metus caussa gestum erit.*

L. 4. add. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

L. 5. not. 1. add. Otton. *in Papinian. Cap.* 6. §. 9. *p.* 120.

L. 8. §. 2. Cur Vett. famae et mortis periculum plerumque

que conjunxerint, vid. Trotz. *memor. propag. Cap.* 1. §. 8. *p.* 48.

§. 3. *cum pro affectu parentes* etc. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 7. *Inst. de noxal. action.* et P. Fab. *Semestr.* III. 8. *p.* 87.

L. 9. §. 4. add. Noodt. *ad h. t. Pand.* VI. *Ait porro Praetor:* etc.

L. 11. Rucker. *in not. MSS.* ait: „videtur mihi Paulus in ead. sententia esse Juliani, quam supra *L.* 9. §. *ult.* *h. t.* Ulpianus cum Marcello improbat."

L. 16. §. 4. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 5. *Inst. de action.*

§. 5. add. F. G. C. Tydeman. *Diss. de Pedio JCto*, *p.* 55. Lugd. Batav. 1822.

§. 9. *in adv. Fabr. Dec.* 81. *error.* 9. 10. Lege: *Dec.* 89. *error.* 2. et *Dec.* 89. *error.* 9. et 10.

§. 10. *poenae — fiunt.* Hal. *poena — praestetur*, etiam Cod. Reg. Vac. *poenam — praestet.* Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B.* *p.* 345.

§. 11. not. 2. *judicationis*. Vulg. etiam Cod. Reg. et alii. Vid. Dirksen. *d. loc.* quem etiam vid. *ibid.* de varia lectione vocis *aberit*. not. 6. Negationem delet quoque Jauch. *de Negation.* *p.* 296.

§. 12. *quamvis qui vi rapuit.* „Τὸ *vi* Flor. non exstat, sed antiquus Librarius inseruit, non animadvertens illud latere in *qui.*" Rucker. Simile observavit Geb. *h. l.*

§. 13. not. 1. add. Noodt. *de Forma emend. dol. mal.* Cap. 16. et Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de dol. mal.* §. 5.

L. 21. not. 1. Jure Pand. hanc poenam locum non habuisse uno casu excepto, putat Cujac. *Obs.* X. 33. Sed vid. Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de obseq. par. et patron. praest.* p. 400. add. de poena ingrati liberti notata ad *L.* 5. *de jur. patron.*

L. 22. Exstat hic locus in Paul. *Sent.* I. 7. §. 10. ubi vid. Interpp.

Tit. III.

Tit. III. *de dolo malo.*

L. 7. *quod Julianus* Lib. IV. *scribit.* Hunc *Lib.* IV. *Digestorum* esse, putat Bertrand. *de Jurisperitis*, I. 12. §. 10.

§. 4. not. 4. Forster. *loc. cit. accidit actioni Legis Aquiliae* interpretatur *incidit in actionem Legis Aquiliae.* Sed van de Water. *in not. MSS.* non dubitat, quin pro *accidit* legendum sit *locus est*, putans errorem ortum ex repetitione vocis *accidit.*

§. 7. Non omnes *compeditos* manumissione fieri dedititios, ut putat Gothofredus, docet Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* I. §. 11. *not.* 37. Pro *furti teneris* legendum *furti* TEneri, id est, furti te teneri, et literam *s* ex seq. voce perperam repetitam esse, observat Rucker. in not. MSS. *Furti*, quasi *ope tua* furtum factum sit: nam fugitivus sui furtum facere intelligitur. Cujac. ib.

L. 9. §. 4. not. 1. *et sis absolutus*, van de Water, *in not. MSS.*

L. 11. §. 1. not. 2. Hoffmannum nodum in scirpo quaerere, ait van de Water.

L. 17. §. 1. Etiam Rucker. notavit: „ si quid mutandum, de quo dubito, mallem *quibus ad eos pertinet.*"

L. 18. *pr.* not. 1. Vid. et de hac Lege Gluck. *ad Tit. de in litem jurando* §. 813. *p.* 412. *seq.*

§. 1. *arbitrio Judicis* dandum *est.* Legendum *standum*, putat Marcil. *ad* §. 32. *Inst. de action.* male. Vid. Gluck. *loc. modo laud. p.* 414. *not.* 21.

§. 4. *ut lis temporibus legitimis transactis pereat.* „ Id est, *dominium* usucapione, *actio* praescriptione. *L.* 2. *de div. tempor. praescription. Lis* igitur posita pro *facultate litis inferendae*, effectus pro causa." Voorda, *in not. MSS.*

§. 5. Vid. de hoc §. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 70. *error.* 5. et Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* l. 5. *Sect.* 4. *num.* 41. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 69.

L. 19.

L. 19. De *fidejussore*, *servi qui debebatur occisore*, late Bilderdyk. *Obs.* II. 4.

L. 20. §. 1. not. 1. add. Val. Guil. Forster. *de Jur. interpr.* I. 5. *num.* 16. *seqq.* in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 982.

L. 21. not. 1. *Reinold.* etc. add. notata ad *L.* 13. §. *ult. de jurejur.*

L. 35. not. 1. add. Cujac. *ad Libb. Julian. Digestor. in expl. L.* 42. *ad L. Aquil.* et Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 16.

L. 37. Etiam Gluck. *ad Tit. de Ædil. edict.* §. 1106. *not.* 99. *p.* 52. non intelligendam dicit *actionem ex edicto de dolo malo*, sed *actionem emti* propter dolum venditoris.

Tit. IV. *de minoribus* XXV. *annis.*

L. 1. §. 1. not. 1. add. Augustin. *Emend.* III. 6. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1512.

§. 3. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. de tutorib. dat.* §. 1521. *a. p.* 3. *seqq.* ubi late quoque egit de *L. Plaetoria* et de *Constitutione D. Marci.* Minores, licet curatorem haberent, tamen aliquando ipsi rem suam administrabant. *L.* 20. §. 1. *de liberat. legat.* Marckart. *Interpr. rec. lection.* I. 21. *p.* 145.

L. 3. not. 1. add. Gluck. *loc. modo cit. not.* 60. *p.* 29. *seqq.* De *decretis ambitiosis* add. notata ad *L.* 4. *de decret. ab ordin. fac.*

§. 1. Vid. et de hoc loco de Dompierre de Jonquieres. *de Restitution. in int. p.* 214. *seqq.*

§. 4. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. quod cum eo qui in al. pot. est*, §. 896. *p.* 286. *seq.* — *Propter debitum.* Nulla emendatione opus esse, si intelligamus debitum fiscale tributorum, notavit quoque van de Water.

§. 7. de *Legato militiae* et *tesserae frumentariae* Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 407. *seq.* et latius Averan. *Interpr. Jur.* II. 17. *seq.* *Militia* hic cohaerere dicitur *personae* si-

filiifamilias, non, quod vendi ab eo, vel ad heredes aliosve transmitti nequeat; sed quia, ut sequitur, non adquiritur patri. Merill. *Variant. ex Cujac.* II. 2.

§. 9. not. 1. Cujacium hunc locum eruditissime exposuisse, ait quoque Jan. a Costa, *ad pr. Inst. quib. non est perm. fac. test.* Egit etiam hac de re Scip. Gentil. *de Bonis matern. Cap.* 27. *Oper. Tom.* II. *p.* 115. *seqq.*

L. 7. *gestum esse dicetur. Quod gestum* etc. mavult Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 348.

§. 2. *Quid tamen si Praetor decernat* etc. Triboniani manum hic deprehendit Ant. Fab. *Conj.* XVII. 15. *num. ult.*

§. 10. not. 2. add. Otton. *in Papinian. Cap.* 15. *num.* 9. *p.* 494.

L. 9. §. 2. not. 1. *damnum injuria dedit.* Scil. dolo malo, et animo nocendi: nam si per imprudentiam, restitutio ei non denegatur. Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* I. 2. *num.* 28. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 18.

§. 4. *Id est, si pretium* etc. *Id est*, pro *veluti.* Eck. *ad Tit. Pand. de usur.* §. 34.

L. 10. Vid. Cuj. *ad Libb. Paul. ad edict. in expl. h. l.* et *ad L.* 8. *de jur. fisc.*

L. 11. not. 2. *Utilem actionem in factum*, ceu subsidiariam, intelligit Govean. *Var. Lection.* I. 40.

not. 4. *Alexandrum Severum* intelligit quoque Merill. *ad Callistr. Libb. Quaest.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 617. Sed male, intelligendus *Septimius Severus*, Caracallae pater.

§. 1. not. 1. Rucker. *in not. MSS.* pro *se* legit *servum.* — *Quoniam et Scaevola scribit* etc. add. notata ad *L.* 10. *de serv. exportand.*

§. 2. not. 1. *De Aëtrii nomine vid. Brencm.* etc. Van de Water, *in not. MSS.* ait: „Hoc nomen varie legitur. Bertrand. *de Jurisper.* II. 52. §. 5. emendat *Annius Severus.* Fortasse nihil corrigendum, si ponamus, hunc fuisse generum Septimii Severi, atque appellatum

suis-

fuisse *Ælium Severum*, qui ex Cal. Jul. anni 195. fuit Consul cum *Probo*, altero Septimii Severi genero. Vid. Spartian. *in Sever. Cap.* 8. Male ille in *Fastis Consul.* vocatur *Ælius.*" Sed agitur hic non de *Consule*, sed de *Praetore.* Idem notavit: verba *meruisset autem Salvianus* etc. parenthesi inclusa, glossam sapere videri.

§. 3. *proponantur.* *Probentur*; Eck. *ad h. t.* §. 2.

L. 13. not. 1. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 9. §. 6. *not.* 18. et Marckart. *Interpr.* II. 12. *p.* 256. *seq.*

§. 1. *Ant. Fab. de Errorib. Pragm.* etc. Quem non male haec explicare, ait Voorda, *in not. MSS.* Sed cui id addendum, monet, ex *L.* 39. *pr. de evictión.* vocandum tum utrumque esse, et possessorem et emtorem priorem. Et sane agitur tum res utriusque. Vid. seqq. verba et *L.* 35. *h. t.* Idem, ad verba *ne rem suam perdat*, notavit: „ haec, ne bis idem dicatur, sic accipienda: ne in damno haereat, neve careat re sua, qua aequum non est eum carere. Vid. *L.* 35. *h. t.* et Fab. *Dec.* 7. *error.* 1. *num.* 12. Ergo in re, qua carere eum non oportet, non distinguitur, utrum solvendo sit emtor prior, nec ne, quum intersit minoris, rem potius habere, quam aestimationem. Adhibitum autem decretum fuisse, ponendum est: alioquin enim nulla est venditio, nec tractari de restitutione potest."

L. 14. *nihil novi constituendum est in eum, qui rem bona fide emerit.* „ Imo nec in eum, qui rem *mala fide* emerit; secundum Fab. *loco modo cit. error.* 3. Sed minus recte, quum ex §. 1. *praec. Legis* appareat, in solo *bonae fidei* emtore secundo distingui, utrum primus emtor solvendo sit, nec ne. Secundus *malae fidei* emtor indistincte teneri dicitur, idque agnoscit ipse Fab. *d. loc. error.* 2. *num* 4. ubi etiam *num.* 6. ad *malam fidem* emtoris secundi sufficere negat, si scivit rem minoris fuisse, sed requirit, ut sciverit minorem fuisse laesum, ac restitui posse. Sed contrarium potius rursus docet

d.

d. §. 1. L. praec. si in verbis: *si quidem emtor sequenti sciit rem ita gestam*, τὸ *ita* ad praemissa referamus." Voorda.

L. 16. §. 1. *Idem et Ofilius respondit.* „An hoc referendum ad Ofilii *Libros actionum*, ut putat Bertrand. *de Jurispr.* II. 12. §. 4. an potius ad Libros ejus *ad edictum.* Vid. *L.* 2. §. 44. *de orig. jur.* add. *L.* 1. §. 2. *ne quis eum, qui in jus voc.* etc." Van de Water.

§. 2. add. J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom.* Cap. 2. *Sect.* 1. *p.* 50. *seqq.*

§. 4. not. 1. add. Jac. Gothofred. *ad L.* 116. §. 1. *de reg. jur.*

L. 18. §. 1. not. 2. Etiam van de Water, *in not. MSS.* ait, nulla emendatione opus esse, et sensum esse: modo non alleget, quae jam dicta sunt (quia illa in auditorio Principis jam examinata sunt) sed ea alleget, quae non sunt dicta.

L. 19. Haec quamvis aliquo modo cohaereat cum §. *ult. L. praec.*, videtur tamen ob *Inscriptionem* subjecta fuisse *L.* 6. *de in int. restitution.* Labitt. *Usf. Indic.* Cap. 5. §. 3. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster.* *p.* 37. *seq.*

L. 20. not. 1. add. Otton. *in Papinian.* Cap. 13. *num.* 9. *p.* 471.

L. 21. *Destitisse* etc. Idem *L.* 10. *de judic.*

L. 24. §. 2. „ Finestr. *de adq. vel omitt. hered. Part.* III. *Cap.* 2. §. 6. de *extraneo* hunc §. accipiendum monet, ne obstet *L.* 2. *Cod. de repud. hered.* quae de *suo* intelligenda." Rucker.

§. 4. not. 4. *Sicuti facit in ea pecunia, quae ei consumturo creditur.* De varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 348. qui probare videtur lectionem Vac. *sicuti fit, cum pecunia mea quasi ei consumturo creditur.*

L. 27.

L. 27. §. 4. not. 1. add. Merill. *Obs.* IV. 9. et Otton. *in Praef. Tom.* II. *Thes. jur. p.* 32.

not. 2. „Bynkersh. putat, jam tempore Pand. adversus parentes patronosque peti restitutionem non potuisse, idque a Gajo hac exceptione indicatum esse. Respondet autem ad *L.* 3. §. 5. *et* 6. *de minor.* exceptam tum temporis fuisse caussam dotis, et minorem in ipsa arrogatione captum. Sed si his duobus casibus contra jus ordinarium adversus parentes indulta fuit restitutio, mirum est, nullo ejus rei indicio addito, nec adhibita disputatione quadam, id tam nude ac simpliciter iis in locis tradi. Porro *legem specialem*, qua jam olim adversus parentes denegata fuerit restitutio, cum ostendere Bynkersh. non possit, eam hic nihil aliud esse dicit, quam *jus speciale.*" Voorda.

L. 31. *Non erunt cogendi* etc. „Id enim pendere demum debent, quos libertatem non jure consecutos apparet, veluti ex falso vel inofficioso testamento. *L. pen. in fin. de jur. patron. L.* 47. *de manum. testam. L.* 9. *Cod. de inoffic. testam.*" Voorda.

L. 32. not. 1. *Ex gesticulatione*, seu *gestamine* corporis, Jan. a Costa, *in Prael. ad Tit. Cod. de probation.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 726.

L. 34. Insertus est hic locus *Sent. Paul.* I. 9. in *Jurispr. antej. p.* 238.

L. 37. pr. Vid. Jac. Guther. *de Jur. Man.* III. 25.

§. 1. *In quibus jure mariti* sine calumnia etc. Id est, *sine metu calumniae.* P. Fab. *Semestr.* II. 11. *p.* 250.

L. 38. §. 1. Vid. Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* II. *Cap.* 5. §. 36.

L. 40. *Leonin.* etc. qui *partam* retinet. „Sic *parta* actio, exceptio, persecutio, apud Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *parere*, *num.* 4. miror Hoffmannum hanc vocem damnare." Van de Water.

L. 41. not. 2. Vulgatam tuetur quoque Gluck. *ad Tit.*

de reb. eor. qui sub. tut. sunt, etc. §. 1387. *not.* 25. *p.* 55. *seqq.*

L. 44. *ejusmodi deprehensa* sunt, ut si *ab aliis circumventi* etc. Flor. legitur: *sunt vel ab aliis* etc. Hal. *ut* loco *vel*. Vid. Geb. *h.* Rucker. *in not. MSS.* legit: *sunt* ᴜ*el* (id est, *sunt*, *ut vel*) *ab aliis* — *amiserint* — *omiserint* — *obligaverint.*

L. 47. *quod tutor delicto* vacaret. Hal. *caret*, quam lectionem etiam alii Codd. habent. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 348. Lectionem *et emtoribus*, in initio Legis, rectam esse, quum significet *etiam emtoribus*, notavit Rucker. Apud Hal. et Vulg. *et* abest. Vid. Brencm. *h.*

L. 48. §. 2. *atque* ideo *revocare velit.* Rucker. ɪᴅᴇᴏ, id est, *atque id ideo* etc.

Tit. V. *de capite minutis.*

not. 1. *Plura de verbo* minuere etc. add. Guil. Forner. *Selection.* I. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 38.

L. 1. *permutatio.* Melius *mutatio.* Fab. *Jurispr. Papinian. Tit.* XVI. *Pr.* I. *p.* 1051.

L. 2. *Quae salva civitate contingunt.* Pertinet hoc edictum igitur tantum ad capitis deminutiones *minimas*, et ne ad has quidem omnes. Vid. Schulting, *in Enarr. h. t.* §. 1. De necessitate hujus edicti ejusque ratione Fab. *loc. modo cit. Illat.* 7. et *Pr.* II. *Illat.* 1.

§. 2. not. 1. add. Fab. *Jurispr. Papin. Tit.* XVI. *Pr.* I. *Illat.* 7.

§. 4. add. Labitt. *Us. Indic. Cap.* 2. §. 7. ibiq. Schmucc. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 13. *et* 14.

L. 3. §. 1. not. 1. add. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 10. §. 5. *not.* 12.

L. 5. §. 1. *qui ab his, quorum sub imperio sunt*, desistunt. Forte melius *desciscunt*, ait van de Water, *in not. MSS.* — Utique *usque eo* etc. *Utrique*, Fab. *Jurispr. Papin. Tit.* XVI. *Pr.* III. *Illat.* 11.

L. 6.

L. 6. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. de suspect. tutor.* §. 1365. *not.* 25. *p.* 138.

L. 7. not. 2. add. Gluck. *loc. modo laud. not.* 26. *p.* 139. *seqq.* ubi late de hoc loco egit.

not. 6. *naturaliter*, id est, *naturalibus cognationibus*, non *agnationibus civilibus*. Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. unde cognat. Oper. p.* 414.

L. 10. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. de usu et habitation.* §. 652. *p.* 463. *seq.*

Tit. VI. *ex quibus caussis majores* etc.

L. 7. Vid. Brisson. *ad L. Jul. de adulter. Oper. minor. p.* 207.

L. 9. not. 1. add. Schulting. *ad Ulp. Fragm. Tit.* 1. §. 11. *not.* 38.

L. 10. not. 2. add. Otton. *de Ædil. Colon. et municip. Cap.* 15. §. 8. *p.* 481.

L. 17. §. 1. *et Julianus Lib.* IV. *Lib.* IV. *Digestorum*, secundum Bertrand. *de Jurisper. Cap.* 1. §. 10.

L. 19. not. 1. add. Otton. *in Papinian. Cap.* 6. §. 4. *p.* 95. *seq.*

L. 26. §. 7. *Si feriae extra ordinem* etc. „De *feriis imperativis* pulchre Ferrat. *Epistol.* III. 1. *p.* 267." Rucker. — *Gajus Cassius.* Hunc Praetorem esse, cujus etiam mentio fit in *L.* 11. *quae in fraud. creditor.*, putat Jan. a Costa, *ad* §. 6. *Inst. de action.*

L. 28. §. 5. not. 1. add. Noodt. *ad Tit. Pand. de eo quod certo loc.* Vs. *Non igitur obtinet* etc.

L. 30. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. de inoffic. testam.* §. 536. *not.* 12. *p.* 535. Sed Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 5. *error.* 4. *num.* 8. et *Jurispr. Papinian. Tit.* VI. *Pr.* V. *Illat.* 9. verba *quia defuncti possessio, quasi juncta, descendit in heredem*, interpretatur: possessionem defuncti jungi cum possessione heredis, ad hoc, ut usucapio, a defuncto coepta, per heredem impleri possit. Idem tamen *in Ration. ad h. L.* aliter *possessionem* hic intelligit.

§. 1. *Cujac. ad Libb. Paul.* etc. et *Obs.* XXII. 28.

L. 32. *Urbem in Provincia* [unde scil. Legati Provinciales Romam mittebantur] *intelligit Bynkersh.* etc. Etiam Voorda, *in not. MSS.* adversus Bynkersh. observavit: „at Provinciales Legati absunt Provinciae, adeoque universitatis caussa, nec magis, quam municipales, Reipublicae caussa." Late de hac Lege Gluck. *ad Tit. de excusation.* §. 1355. *f. p.* 253. *seqq.* qui etiam alios laudavit. add. Lyclam. *Membr.* I. 10.

not. 4. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 1. §. 15.

L. 33. §. 1. not. 2. add. Petr. Burg. *Elector. Cap.* 9. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 326.

L. 38. §. 1. add. Gluck. *ad Tit. de excusation.* §. 1355. *not.* 74. *p.* 257. Pro *tempora ei dare* Rucker. *in not. MSS.* ope geminationis, legit: *tempora ea ei dare.*

L. 40. §. 1. not. 1. add. Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. de reb. corp. et incorp. Quo in insula aliquis fuit* etc. De *relegato* haec accipit P. Fab. *Semestr.* II. 13. *p.* 357.

L. 46. *Si aliquid damni — queritur.* Ita optima Latinitate dicitur. Vid. Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 91. *p.* 441.

Tit. VII. *de alienatione judicii mutandi caussa facta.*

L. 3. §. 1. *quia Praetores faveant libertatibus.* Etiam ubi Lex non favet. Varia exempla collegit Cujac. *in Comm. ad Tit. Cod. de fideic. libertat.*

§. 2. *quia si*, Hal. Vulg. Probante Voorda, *in not. MSS.* quia etiam Graeci *in Basil.* habent, εἰ γὰρ. *Interdicto quod vi aut clam, vel actione aquae pluviae arcendae.* Scil. *interdicto isto*, si eum locum alienaveris: sed si dominus adhuc ejus sis, *actione ista.* Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 93. *error.* 8. in fin. Vid. *L.* 13. et *L.* 14. *pr. de aq. et aq. pluv. arc. act.*

§. 3. not. 2. add. Bilderdyk. *Obs. et Emend.* I. 4. *p.* 56. *seqq.* et *Cap.* 39. *p.* 211. *seq.*

L. 12. *Fiduciae* vestigium hic exstare, cum Menardo putat

tat quoque Wybo, *in Tribon. defens. p.* 270.

not. 1. add. H. E. Dirksen. *Beiträge zur Kunde des Röm. Rechts, p.* 312. *seqq.*

Tit. VIII. *de receptis, qui arbitrium receperunt*, etc.

L. 3. §. 3. not. 1. *in hos* legit quoque Ant. Fab. *Conject.* XVIII. 12. *num.* 12.

L. 4. aut *pari imperio*. Fab. *loc. modo cit.* pro *aut* legit *at.*

L. 7. §. 1. Vid. Guil. Forner. *Selection.* I. 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 14.

L. 9. §. 2. not. 1. add. notata ad *L.* 2. §. 1. *de judic.*

§. 4. *infamaverant.* Id est, *injuria affecerunt.* Eck. *ad Tit. Pand. de his qui not. infam.* §. 2.

L. 11. §. 1. *arbitrum autem cogendum* etc. Praetor arbitrum quidem cogit sententiam dicere, quando arbitrium suscepit, pecunia compromissa: at nihil Praetor edixit, ut pareatur sententiae arbitri. Schulting. *ad Cod. Gregorian. Lib.* I. *Tit.* 2. *not.* 36. in *Jurispr. antejustin. p.* 687.

L. 15. *districte.* Pro *stricte.* Vid. Freinshem. *Indic. in Flor.* voc. *distringere.*

L. 17. §. 2. *nemo unus.* Ita Livius saepe loquitur. Vid. Drakenborch. *ad Liv.* III. 12. *Nemo quisquam*, Terent. *in Eunuch.* II. 1. *vs.* 20. ubi vid. Ruhnken.

§. 3. Vid. Ludov. Vital. *Lection. Variar.* I. 9. *num.* 3. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 634.

L. 18. *Epistolarum et variarum Lectionum.* add. *L.* 50. *de minor. L.* 3. *quib. ad libert. proclam. non lic. L. pen. de pollicitation.*

L. 21. §. 11. *an committatur poena compromissi, an*, etc. Jauch. *de Negation. p.* 241. *seq.* legendum putat: *an non committatur* etc. *an?* scil. *committatur.*

§. 12. *modicum tempus.* Fortasse *decem dierum.* arg. *L.* 21. §. 1. *de const. pecun.* Merill. *Obs.* II. 16.

L. 32. §. 1. not. 1. *nisi poena compromissa sit* cum Hal. etiam habent Cod. Reg. Kob. et Ven. Vid. Dirksen.

Civil. Abhandl. I. *B. p.* 349.

§. 2. *poena commissa*, ut Vulg., etiam Vac. et Cod. Reg. eamque lectionem praefert Dirksen. *loc. modo cit.*

§. 4. not. 1. add. Trotz. *Memor. propag. Cap.* 6. §. 5. *p.* 392.

§. 6. not. 1. *dictae exsecutionem.* Magis proprie dicitur *poenae exsecutio*, in seq. §. 8. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 5. §. 1. *not.* 15.

§. 7. not. 1. add. Hotoman. *Obs.* VIII. 9. et Forner. *Selection.* II. 23. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 74. Pro *quia favor libertatis est* Rucker. *in not. MSS.* ope geminationis legit: *libertatis is est.*

§. 9. not. 2. add. Suarez. *ad L. Aquil.* III. 7. *Sect.* 2. *num.* 6. *seq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 169. et Constantin. *Subtil. enodat.* I. 2. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 488. — *Actionem dictare.* Vid. Noodt. *ad Tit. Pand. de edend.* VI. *Editio hic* etc.

§. 15. not. 1. *Aliter Wieling*, etc. quem lectionem Vulg. et Hal., rejecta Bestii emendatione, recte comprobare, ait Voorda, *in not. MSS.* Sed Rucker. Florentinam *ut quilibet vel unus* rectam esse dicit, et *ut* hic significare *quomodo*: plenius tamen, ut addit, legeretur, ope geminationis, *ut ut.*

L. 36. not. 2. *Etiam Brencm.* etc. Etiam Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 418. et Otto, *in Praef. Tom.* II. *Thes. Jur. p.* 32.

L. 41. *compromissarium Judicem.* Dicitur etiam simpliciter *Judex* a Paulo, *in Sent.* V. 5. §. 1. ubi vid. Schulting. *not.* 10.

Tit. IX. *nautae, caupones, stabularii*, etc.

not. 1. De Praetorum edictis adv. nautas, caupones, stabularios, agit quoque Otto, *de Tutel. viar. Part.* III. *Cap.* 6. *p.* 494. *seqq.*

L. 1. §. 1. not. 1. add. Otton. *loc. modo laud. p.* 497. Novissime de hoc loco egit Ferd. Kämmerer, *Obs. Jur. Civ.*

Civ. Cap. 2. Rostock. 1826. qui *repellere* in *L. unic. cit.* accipit pro *receptum expellere.* Sed vid. *Kritische Zeitschrift fur Rechtswissenschaft* von Schrader etc. 5. *B.* 1. *H. p.* 23. *seq.*

§. 3. not. 4. Conjecturam Bynkershoekii, legentis *tanquam*, probabilem dicit quoque Voorda, *in not. MSS.* hoc sensu, ut in exercitorem aeque detur actio, ac si ipse vel magister rem receperit: „ nam, ut addit, facere id, quod χειρέμβολον, id est, *manus immissionem*, appellant, est *recipere*, ut recte Glossae. Est hoc vulgare nautarum verbum, prout opinor, usurpatum de his, quae de manibus in manus mittuntur, adjiciente uno alteroque excipiente: sic enim nautae solent saepe in onerandis exonerandisve navibus. Varie alioquin haec vox exposita est." Vid. praeter citatos, etiam Jo. Gotfr. Sammet. *Opuscul. p.* 237. *seqq.*

§. 5. add. de his Trotz. *memor. propag. Cap.* 3. §. 2. *p.* 154. *seq.* et notata ad *L.* 6. *de oper. servor.*

L. 3. §. 1. not. 3. „ Recte Bynkersh. *Obs.* VIII. 3. sine culpa quidem ejus, sed tamen culpa vectorum: nam et horum factum praestare debet. *L.* 1. §. *ult. h. t.* Pro *sine cujusque culpa* accipi ista nequeunt: 1°. quia sic redundaret τὸ *ejus.* 2do. quia sic foret casus fortuitus, qui mox excipitur." Voorda.

§. 2. not. 1. qui *probat quoque Wieling.* etc. „ Dicens comparari hic caupones et stabularios cum nautis, de quibus actum in praecedentibus. Verum comparatio ista, in verbis immediate praecedentibus jam facta, hic repeteretur inepte. Tentandum aliud. Forsan pro *eodem* scriptum fuit, *eo demum*, quod optime convenit τῷ *ceterum:* nam *eo modo demum quo*, erit *ita demum si*, uti *ad eum modum* in *L.* 32. *pr. de Legat.* 1°. *L.* 53. §. *ult. de us. et usufr. leg. isto modo* in *L.* 45. *de hered. petit.* Porro hoc τῷ *ceterum* egregie convenire, patet ex *L.* 61. §. 7. *de furt. L. ult. pr. h. t. L.* 1. *Cod. si*

adv. rem judic. Vel legendum: *eo dein*, ut *dein* serviat transitioni, et significet *porro*. Vid. omnino quae notarunt Perizon. et Torrent. *ad Val. Maxim.* VI. 8. *num.* 35. Similiter significat *porro* apud Ulpianum ipsum in *L.* 7. §. 4. *de donat. int. vir. et ux.* Hal. autem pro *quo* legit *si quod.*" Ita Voorda, *in not. MSS.* Van de Water pro *quo* legendum putat *quum.*

L. 4. §. 1. de varia lectione vocis *receperit* vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 349.

L. 6. not. 1. De differentia verborum *divertere* et *devertere* vid. et Ruhnken. *ad Terent. Eunuch.* IV. 2. *vs.* 7.

L. 7. §. 1. Vid. Noodt. *Obs.* II. 9. in fin.

§. 2. not. 1. de ναυτεπιβάταις plura quoque Bilderdyk. *Obs.* I. 3. *p.* 30. *seqq.*

Lib. V.

Tit. 1. *de judiciis, et ubi quisque* etc.

L. 2. §. 3. *Plotio Celsiano.* „Quis ille sit, incertum. Forsan idem est, qui vocatur *Plotius Gallus Celsianus* apud Gruter. *Inscription. p.* 300. 1. fuit enim ille coöptatus sub D. Pio, quod nomina Consulum indicant." Van de Water, *in not. MSS.* — *Claudio Flaviano.* „Vid. Reines. *Epistol. ad Rupert.* 69. *p.* 629. Alius hujus nominis libertus sub Augusto occurrit apud Gruter. *Inscription. p.* 613. 8." Idem.

§. 8. not. 1. add. Os. Aurel. *Dispunct.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 702.

L. 3. *frustrandae actionis caussa.* De varia h. loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 350.

L. 7. Ultima verba *quasi praeventus*, tanquam spuria, ejicit Hotoman. *Obs.* IX. 7.

L. 10. ad edictum de *calumniatoribus* hanc Legem quoque refert Labitt. *Us. Indic. Cap.* 2. §. 3. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 8. *seq.*

L. 11. add. Noodt. *ad Tit. Pand. de cap. minut.* in fin.

L. 12. §. 1. not. 2. add. Quintanaduegnas, *de. Jurisdict. et imper.* I. 9. *num.* 30. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 253.

§. 2. not. 2. de feminis et servis plura P. Fab. *Semestr.* III. 14.

L. 15. §. 1. add. Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 70. Judex litem suam faciens, non tamen fit *Judex sui periculi:* de qua locutione vid. Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de sent. ex peric. recit.*

L. 18. §. 1. *Ut si res non ex maleficio* etc. De varia h. loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 350. *seq.* Verba *unde ego semper probavi*, etc. non esse Ulpiani, sed Juliani, putat Cujac. *ad h. l.* qnod non ita videtur Watero.

L. 19. §. 4. not. 2. *add.* *Noodt.* etc. et *ad Tit. Pand. de eo quod certo loco* etc. Vs. *Sit ita* etc.

L. 20. not. 1. *Quamvis non ex crediti caussa debeatur.* Id est, quamvis nihil ei ab his, quibus quis obligatur, creditum sit; seu, quamvis hi, quibus obligatur, nulli rei adsenserint, fidem ejus secuti. Labitt. *Us. Indic.* *Cap.* 3. §. 13. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster.* *p.* 42.

L. 21. *neque enim magnum damnum est* etc. Hoc non trahendum ad ea, quae vel ex conventione, vel ex adjecta conditione, fieri intra certum tempus debent, notat Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 25. *error.* 1. *num.* 5. et Schulting. *ad loc. Paul. cit. not.* 17. monet, dilationem hanc, quae judicatis vel confessis datur ad solvendum, non pertinere ad rerum alienarum possessores confessos, aut eas restituere jussos.

L. 22. not. 1. add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de procurator.* §. 13. in fin. et Noodt. *ad eund. Tit.* Vs. *Ait Praetor: is cum boni viri* etc.

L. 25. *aliter*, id est, *alioquin*, van de Water, *in not. MSS.*

L. 28. §. 5. *Nec rerum naturam* etc. Rucker. laudat quoque Noodt. *ad Tit. Pand. si pars heredit. pet.* VI. *Datur igitur* etc. et Jac. Guther. *de Jur. Man.* I. 2.

L. 29. *Qui appellat prior, agit.* Cujacius *ad h. l.* ita distinguit: *qui appellat, prior agit.*

L. 32. not. 2. *praestita* etiam alii Codd. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 351.

not. 4. „Quum demum Justinianus caussas civiles intra triennium finiri voluerit *L.* 13. §. 1. *Cod. h. t.* nullo ante eum certo tempore, intra quod dirimi deberent, statuto, Wybo, ut emblema abigat, *tempus legitimum* ex *L.* 2. §. 2. *h. t.* hic esse dicit, quod statuit magistratus, quum daret judicem priorem. Sed hoc *arbitrarium* est, pendens ex arbitrio magistratuum: ergo non *legitimum*, quod certum et unius formae est. 2do hoc praestituit magistratus, *legitimum* Lex. 3to in hac Lege manifeste significatur, *legitimum* tempus aliud esse, quam quod dederat magistratus. Igitur Bynkershoek. emoliendi emblematis caussa, *tempus legitimum* hic accipit pro tempore, quo jure veteri finiebatur magistratus ejus, qui dederat Judicem: 1°. ob *L.* 13. §. 1. *de jurisdiction.* 2do. quia aliud, quam quod hic habetur, in Judice suffecto servari jubetur in *d. L.* 13. §. 8. *Cod. h. t.* Sed quod ad primam rationem attinet, *d. L.* 13. §. 1. *de jurisdict.* huc non recte trahitur, quia agit de eo, qui expresse judicare jussus est, postquam dans abiisset magistratu, quum hic agatur de eo, qui v. gr. jussus est judicare intra tres menses ab eo, qui elapsis duobus futurus erat privatus. Hic non magis jussus est judicare post finitum dantis magistratum, quam si datus esset pure, nullo tempore adjecto: quo casu recte judicat post finitum dantis magistratum. *L.* 49. §. 1. *h. t.* Ad alteram rationem Bynkershoekii quod attinet, idem, quod hic habetur, non aliud, praecipitur in *L.* 13. §. 8. *Cod. h. t.* modo casus recte ponatur. Ex. gr.

gr. prior Judex, intra biennium judicare jussus, decessit supremo ejus biennii mense, mox datus simpliciter alius in locum ejus, haberet itidem ex hac *L.* 32. biennium ad judicandum, sed quia, cum daretur, plus anno supererat ex triennio, habet ex *d.* *L.* 13. §. 8. *Cod.* duntaxat id residuum ex triennio tempus: et hoc significare voluit Tribonianus hac lacinia adjecta." Voorda, *in not. MSS.*

L. 36. Jungit hanc Legem cum *L.* 3. *de in jus voc.* Cujac. *h.*

L. 37. not. 1. Etiam Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 26. §. 8. *not.* 32. quamvis non prorsus neget, Ant. Pium aliquando Hadrianum vocari, rarum tamen hoc esse, ait, ut haec nomina confundantur, nec temere admittendum, ut unus pro altero intelligatur.

L. 39. not. 1. add. Gluck. *Opusc. Jurid. Fasc.* II. *p.* 392.

L. 40. add. Merill. *Obs.* VIII. 18.

L. 41. add. Jan. a Costa, *ad* §. 29. *Inst. de action. p.* 551.

L. 42. not. 1. *Divortium* hic est loco contractus. Vid. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 6. §. 8. *not.* 26. ut ibi conveniatur, ubi divortium factum est, perinde ac quis ibi convenitur, ubi contraxit.

L. 43. not. 1. add. Jan. a Costa, *ad* §. 33. *Inst. de action. p.* 559. et Gluck. *ad Tit. de eo quod certo loco* etc. §. 846. *p.* 330. *seq.*

L. 49. §. 1. not. 1. add. et notata ad praec. *L.* 32. *h. t.* „Cujacius et Bynkersh. *Obs.* VII. 25. ut hanc Legem concilient cum *L.* 13. *de jurisdict.* hanc accipiunt de Judice pure et simpliciter dato; *d. Legem* 13. de Judice ad tempus dato. Quid, si potius *d. Legem* 13. accipiamus de Judice, quem magistratus major vellet dare eo tempore, quo ipse privatus futurus esset, sic ut Judex officium eo demum tempore inchoaret: at haec Lex de Judice, qui jam officium inchoavit, cum magistratus, qui eum dedit, magistratu fungeretur, sed tamen caussam judicandam absolvere non potuit." Van de Water,

in

in not. MSS. qui putat, postrema verba: *in eundem sensum etiam Scaevola respondit*, a Triboniano addita esse, quum JCti Vett. sic non loquantur.

L. 52. §. 1. not. 1. *Add.* *Turneb.* etc. et Trotz. *ad Hugon. de Prim. scrib. orig. p.* 232.

§. 2. Jungit hunc §. cum *L.* 8. *de Senator.* Schulting. *in Enarr. Tit. de Senator.* §. 3.

L. 53. not. 1. Vid. et Reinold. *Varior. Cap.* 33. *p.* 201. *seq.* *Census etiam.* „ Videtur hic excidisse vox *fraudati.* Vid. *L.* 1. *Cod. de quaestion.*" Van de Water.

L. 55. not. 1. add. notam Duker. *ad L.* 6. *in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr.* in Corp. Jur. Geb. et Spang.

L. 57. not. 3. Lectionem *transit actio* optimam quoque dicit Voorda, *in not. MSS.* Paulo aliter van de Water, legens: *transit* (scil. judicium) *actione judicati datur.*

L. 58. Ant. Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 91. *error.* 8. istis casibus, quibus Paulus judicium solvi dicit, etiam hunc adjiciendum ait, quo reus actori post litem contestatam ante sententiam satisfecit. Sed vid. §. *ult. Inst. de perpet. et temp. action.*

L. 61. not. 1. add. J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 242. *seq.* Lugd. Batav. 1829.

L. 62. ad *hereditatis petitionem* Legem hanc refert von Savigny, *das Recht des Besitzes*, *p.* 89. *not.* 4.

L. 64. §. 1. *deinde in alio judicio.* Ita Flor. Sed legendum: *dein alio*, et *dein* male geminatum; ut putat Taurell. *in Annot.* Vid. Geb. *h.*

L. 67. *fugitivam* hanc Legem dicit Pratej. *Jurispr. Med.* III. 52. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 572.

L. 73. §. 1. *circumducendum.* „ Id est, *abolendum.* Eodem sensu *caussa* et *cognitio* dicuntur *circumduci.* Vid. Brisson. *de Verb. Signi* in voc. Proprie *circumduci* dicitur scriptura, quae linea unica et continua, circa eam ducta, includitur, atque ita quasi excipitur, eximitur,

abo-

aboletur. Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de his quae in test. del. p.* 266. Eodem sensu etiam *induci* cognitio dicitur in *L.* 9. *de jur. fisc.*" Voorda, *in not. MSS.*

L. 75. not. 1. *Pro Cujacio tamen faciunt*, etc. Et notat praeterea Voorda. „ Cujacium haec non restringere ad hunc casum: neque enim negat, et aliis in caussis haec usu venire, sed uti se tantum profitetur hoc exemplo tanquam genuino ad explicandum hunc locum, ratus ejusmodi caussae occasione haec prodita esse a Juliano." Refellit tamen Cujacium etiam Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 58.

L. 78. Hanc Legem jungit cum *L.* 18. *de manumiss. vindict.* Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *de reg. Jur. Oper. minor. p.* 734.

L. 79. §. 1. not. 1. add. Duaren. *Disp. Anniversar.* I. 41.

L. 80. *de quo litigatores* sensissent. Vorstium, *ad Valer. Maxim.* VIII. 2. 2. legendum conjicere *consensissent*, sed nihil corrigendum, notavit van de Water.

L. 81. not. 1. Late de hac Lege etiam Hotoman. *Obs.* VI. 22.

Tit. II. *de inofficioso testamento.*

not. 2. Nonnulla de *querela inofficiosi* habet quoque Jos. Nerius, *Analector.* II. 14. *seq.* in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 412. *seqq. De differentiis inter testamentum nullum et inofficiosum* Dissertatio est C. G. Haubold. in ej. *Opusc. a Wenck. edit. Vol.* I. *p.* 1. *seqq.*

L. 4. not. 4. add. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. h. t.* et Duker. *ad Liv. Epitom. Lib.* XIX. De *origine querelae inofficiosi* vid. et C. F. Walch. *Opuscul. Tom.* I. *p.* 293. *not. f.* Gluck. *ad Tit. de inoffic. testam.* §. 545. *p.* 69. *seqq.* et Christ. Fried. Mühlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum. hered. inst.* §. 1421. *b. not.* 37. *p.* 237.

L. 6. not. 2. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 26. §. 7. *not.* 25.

§. 1.

§. 1. not. 1. add. Muhlenbruch. *loc. modo laud.* §. 1421. *a. not.* 17. *p.* 351. *seq.*

§. 2. not. 2. add. Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *a. not.* 40. *p.* 157. ubi etiam Schillingii de hac bon. possessione sententiam peculiarem retulit. Rucker. *in not. MSS.* ait: „Emancipato necessaria fuit *bonorum possessio litis ordinandae gratia*, tum quia is sine illa nullo jure dicere potest se heredem esse, quod tamen in querela instituenda requiritur, quia est hereditatis petitio: tum quod frustra intestatum patrem faceret, nisi ab intestato rem habiturus, quod solo Praetoris beneficio per *bonorum possessionem* consequi potuit, alio jure penitus extraneus. Inde etiam haec *bon. possessio unde liberi*, qui *litis ordinandae gratia* datur, *sine re* est. *L.* 2. *Cod. h. t. cum re* demum esse incipit, cum in querela obtinuit."

L. 7. not. 5. „Jac. Gothofredus, *ad L.* 1. *Cod. Theod. de denuntiation. vel edition. rescript.* hoc putat esse vestigium solennis illius denunciationis, quae fieri olim apud acta debuit in judiciis personalibus, de qua *d. Tit. Cod. Theod.* agitur. Sed Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de reb. cred. p.* 150. *denunciationem* hic accipit pro *in jus vocatione*, quia a *comminatione* distinguitur, et conjungitur cum *libelli datione*. Et sic *denunciatio* accipitur pro *vocatione* in *L.* 4. §. 5. *de damn. infect.*" Voorda, *in not. MSS.* Cum Marano facit quoque Bav. Voorda, *Diss. laud.*

L. 8. Cum *L.* 123. *de reg. jur.* hanc Legem jungit Jac. Gothofred. *ad d. L.* 123. *Oper. minor. p.* 1050. Paragraphorum ordinem turbatum restituit Des. Herald. *Obs. Cap.* 10. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1323.

not. 1. Vid. de hac ratione Otton. *in Papinian. Cap.* 10. §. 9. *p.* 503.

not. 2. add. Otton. *loc. modo cit. Cap.* 4. §. 2. *p.* 89. *seq.*

not. 3. add. Otton. *d. loc. Cap.* 12. §. 7. *p.* 411.

not. 4.

not. 4. add. Muhlenbruch, *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *a. not.* 58. *p.* 155. *seq.*

§. 1. add. Otton. *loc. modo laud.* *Cap.* 5. §. 6. *p.* 85.

§. 8. not. 1. *De portione legitima* etiam Commentatio est C. Librecht, qua praemium reportavit a Fac. Jurid. in Acad. Gandav. a. 1818. et *Commentationem historico-Juridicam de portione legitima* conscripsit Aristid. Cralle. 1820. cui opusculo Praefationem praemisit L. A. Warnkoenig.

not. 2. „*Ut puta, sumus duo filii exheredati.* Sed mihi datum Legatum, efficiens *legitimam*, quae Papiniani aetate Legati titulo poterat relinqui. Vid. §. 6. *h. l.* Verba autem seqq. *et si dicam inofficiosum, non totam* etc. referenda ad casum, quo vel nullum mihi datum est Legatum, vel in eo, quod datum est, minus *legitima* esse arbitror. Faber, *in Ration. ad h. l.* hanc periodum, ut alienam a scopo JCti, delet, quia in hoc §. uti ex verbis praecedentibus et sequentibus apparet, non quaeritur, an querenti partem exheredatus faciat, sed an ei, cui relicta est *legitima*." Voorda, *in not. MSS.*

§. 9. not. 1. Pothierii interpretationem vocis *numquid*, admittit quoque Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et post. hered. inst.* §. 1421. *c. p.* 288. *seqq.* ubi plura de hoc §.

§. 11. not. 1. add. Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *d. not.* 58. *p.* 325. *seqq.*

§. 15. not. 2. de hac *quarta*, impuberi arrogato ex constitutione D. Pii debita, late egit quoque Ant. Fab. *in Jurispr. Papinian.* X. 1. *Illat.* 12. *p.* 489. *seqq.*

§. 16. *et haec utili actione repetuntur.* *Hoc* loco *haec* legendum putat P. Fab. *Semestr.* II. 16. *p.* 451.

§. 17. not. 1. Etiam secundum Jan. a Costa, *ad pr. Inst. h. t.* olim *querela* biennio excludebatur, id est, usucapione Legis XII. Tabb. Sed postquam Nerva et Marcus constituerant, ne de statu defunctorum post quin-

quinquennium queratur, receptum est, ut etiam *querela* quinquennio demum terminaretur.

L. 10. not. 2. *Spectavit* pro *judicavit* duram locutionem esse, notavit quoque van de Water, qui propterea legi mavult *judicavit*. — *Nisi si aperte Judices* etc. Exemplum habere Plinium, *Epistol.* VI. 33. observavit Cujac. *Obs.* X. 20.

L. 11. not. 3. *donatio mortis caussa* igitur etiam jure veteri per querelam hanc sub furoris colore rescindebatur. add. *L.* 36. *de Legat.* 3[io], idque se docuisse Schultingium, ait Rucker. *in not. MSS.* add. *L.* 13. *in fin. h. t.* Vid. et de hac Lege Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *g. p.* 51. *seqq.*

L. 12. §. 2. *quod* testatoris *vitio reputetur.* Non *testamenti.* Jan. a Costa, *ad pr. Inst. h. t. p.* 281.

L. 13. Vid. ad hanc Legem etiam Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum. hered. inst.* §. 1421. *e. p.* 368. *seqq.* — *Centumvirali judicio, id est, querela inofficiosi testamenti:* haec enim, ut et *hereditatis petitio* in Centumviralibus judiciis agebatur temporibus JCtorum. Bertrand. *de vit. Jul. Paul.* ibiq. Schulting. *in Jurispr. antejustin. p.* 204. add. Muhlenbruch. *loc. modo cit.* §. 1421. *e. not.* 5. *p.* 345.

L. 14. hanc Legem plene explicuisse Vinnium, *Sel. Quaestion.* I. 20. monuit Rucker. *in not. MSS.* De eadem Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 29. *error.* 5. *num.* 14. Noodt. *ad h. t. Pand.* V. *Hactenus liquet*, etc. Muhlenbruch. *loc. modo cit.* §. 1421. *a. p.* 152. *seq.* et §. 1421. *e. not.* 4. *p.* 346.

L. 16. §. 1. not. 2. add. notata ad *L.* 9. §. 2. *de aq. et aq. pluv. arc.* — *Nam priore judicio de jure patris.* Non scil. de jure cujuslibet patris, sed patris *manumissoris*: nam pater non jure patris, sed jure manumissoris accipit *bonorum possessionem contra tabulas* filii, quibus est praeteritus, ut initio hujus §. dicitur. Maran.

in

in Paratitl. ad Tit. Pand. si a par. quis manumiss. *p.* 394.

L. 17. not. 1. add. Muhlenbruch. *ad Tit. de lib. et posth. hered. inst.* §. 1421. *c. p.* 399. *seqq.*

§. 1. *Non idem probandum est*, etc. Hanc clausulam Triboniano adscribit Faber, *in Ration. ad h. l.*

L. 19. not. 1. add. Muhlenbruch. *loc. modo laud.* §. 1421. *c. p.* 430 *seqq.* et §. 1421. *f. p.* 8. *seqq.*

L. 21. §. 1. add. Cujac. *Obs.* XV. 12.

L. 24. not. 1. add. Muhlenbruch. *d. loc. p.* 341. qui non negat, hanc Legem fortasse a Triboniano interpolatam esse.

L. 25. not. 2. add. Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *c. p.* 301. *seq.*

L. 28. not. 3. Etiam Voorda ad verbum *adnotatum* adscripsit: „id est, *observatum*, non *reprehensum*. Merill. *Obs.* II. 23. quin significari etiam hac adnotatione videtur, testamentum hoc casu ab Hadriano non esse rescissum ut inofficiosum ex caussa furoris: quum nihil maligne circa filium fecerit mater, sed reprobasse eum et infirmasse heredis institutionem ex defectu voluntatis, quod facere Imp. potuit, quamvis filius, deficiente actione alia, moverit querelam." add. Muhlenbruch. *loc. modo cit.* §. 1421. *c. p.* 381. *seqq.*

L. 29. §. 3. not. 1. Triboniani manum hic agnoscit quoque Trotz. *Memor. propag. Cap.* 6. §. 10. *p.* 460. et Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *a. p.* 186. *seq.*

L. 30. not. 1. add. Muhlenbruch. *d. loc. p.* 224. *seqq.*

L. 32. §. 1. not. 1. add. Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *c. p.* 441. *seqq.*

Tit. III. *de hereditatis petitione.*

L. 7. *Cujacius*, etc. *inferatur.* Seu *introducatur.* add. Idem, *in Comm. ad Tit. Cod. de ord. cognit.*

§. 1. not. 3. add. Cujac. *in Comm. ad. L.* 54. *de judic.* not. 4. *Jubeat* Judicem *libertatis*, etc. De *recupera-*

 to-

tore JCtum intelligendum; notat Jan. a Costa, ad §. 15. *Inst. de action.*

L. 13. §. 1. not. 1. add. Def. Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 22. *num.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1264.

§. 11. not. 1. „Τὸ πλάτος sententiam hujus §. exponit hoc modo: si inter testamentarium et legitimum verumque heredem Titii disceptetur de hereditate quasi rupto testamento, veniunt in hanc actionem etiam res alienae, quas defunctus *pro emtore*, *pro herede* vel *pro posfesfore* posfedit: nam et illae veniunt, quarum nomine *Publiciana* competit. *L.* 19. *pr. h. t.* proinde quae *pro emtore* posfedit defunctus. Ultima hujus §. verba hoc volunt: quamvis omnino heres teneatur de his, quae defunctus *pro herede* vel *pro posfesfore* posfedit, non ideo tamen in hanc actionem non venire, quae defunctus posfedit *pro emtore*, *pro legato*, *pro donato*. Similis locutio est in *L.* 9. *Cod. de legat.*" Voorda, *in not. MSS.* add. Cujac. *loc. laud.* et *in Comm. ad L.* 2. *Cod. de petit. hered.*

§. 14. not. 5. add. Averan. *Interpr. Jur.* I. 15. *num.* 17.

L. 16. add. Chesf. *Differ. Jur. Cap.* 25. *num.* 5. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 690.

L. 20. §. 4. *cum praediximus.* „Id est, *supra* vel *ante diximus.*" Van de Water.

§. 7. Lectionem *idem* retinet quoque Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. testam. quemadm. aperiant. p.* 287. dicens, hereditatem ex asse etiam caducam fieri posse, non quidem si quis solus in solidum heres est scriptus, sed si plures coheredes deficiant omnes: nam tunc per partes tota hereditas tandem caduca fit.

§. 12. *Sed Imp. Severus* etc. Totam hanc adjectionem Triboniano adscribit Ant. Fab. *in Ration. ad L.* 51. §. 1. *h. t.* circa fin.

not. 1. *Obfervavit Pancirol.* etc. Idem monuit quoque Voorda, *in not. MSS.* qui ad verba: *ceterum si quis* etc.

etc. videndum, ait, Cujac. *Obs.* XVIII. 5. et *in Comm. ad L.* 1. *Cod. h. t.*

§. 14. not. 1. *Cujacius*, etc. add. Idem, *ad L.* 121. *de verb. signif.* et *in Comm. ad L.* 1. *Cod. h. t.*

L. 22. not. 1. Rucker. *in not. MSS. eandEM REdemerit.*

L. 23. jungit cum *L.* 20. §. 6. *h. t.* Forster. *de Jur. Interpr.* II. 3. *num.* 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1030.

— not. 1. Etiam Schulting. probasse *sequendam clausulam SCti*, nisi legere malimus *secundum sequentem*, vel *ob sequentem* etc. notavit Rucker.

L. 25. §. 1. *quemadmodum, si consumsisset, in totum locupletior* etc. van de Water locum hunc ita interpungendum putat: *quemadmodum, si consumsisset in totum, locupletior* etc.

§. 6. not. 1. an *bonae fidei possessor* sit, qui in jure errat, disquirit etiam Lud. Vital. *Lect. var.* I. 24. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 654.

§. 13. not. 1. Forte legendum: *quasi dives*: SEDdeceperit. Rucker. *in not. MSS.*

§. 15. not. 2. Ant. Fab. *Conject.* XVIII. 2. totam hujus §. periodum a verbis: *sed in proposita quaestione*, etc. Triboniano adscribit.

§. 16. not. 1. Rucker. *in not. MSS.* legit: *non minuendi fideicommissI* (id est, *fideicommissi*, *si*) *nec pretium in corpus patrimonii Pythodori redissET* (id est, *rediisset*, *et*) *ex proprio* etc. add. *L.* 54. *ad SCtum Trebellian. Rediisset*, *et* legit quoque van de Water, qui praeterea in praec. verbis pro *ut si quid lautius* etc. forte legendum putat: *at si quid* etc.

§. 17. *Et si vindicet, an exceptione non repellatur, quod praejudicium* etc. In edit. Gothofredi, qua usus est Voorda, locus hic ita interpungitur: *non repellatur*: (*quod praejudicium* etc.), sed deleri debere (:) notavit, ut et parenthefeos signum, quum verba: *quod prae-*

 ju-

iudicium etc. indicent exceptionem, de qua quaestio instituitur. Addidit, versu *quia non* etc. primam contineri dubitandi rationem, qua fieri videtur, ut vindicans petitor ea exceptione non sit repellendus: et versum *quamquam victi emtores* etc. exhibere alteram dubitandi rationem, ob quam repellendus idem ea exceptione videtur. Porro pro *nisi emtores regressum* etc. cum Fabro legendum putat: *et si emtores* etc. „quia secundum lectionem Flor. regulam constituit Ulpianus ex eo, quod unico tantum casu, eoque admodum raro, obtinet; exceptionem vero ex eo, quod obtinet plerumque et frequenter: nam ut emtor re evicta non habeat regressum adv. venditorem, vix fieri potest. *L.* 11. §. *ult. de act. emt. vend.* nisi eo solo casu, quo et sciens emit rem alienam vel obligatam, et caveri sibi de evictione non curavit. *L.* 27. *Cod. de eviction.* hoc autem praetermittit rarissime, qui sciens emit rem alienam. Evanescunt ista, si legas *etsi*. Tum enim submovet JCtus his verbis posteriorem dubitandi rationem, significans, non facere eam, ut vindicans petitor ea exceptione repellendus sit. adde, quod mox ab hac definitione sua separet atque eximat casum singularem, quo, ut ait, locum exceptio habere incipit, quod ipsum indicio est, significasse eum in hac definitione sua exceptionem non habere locum. Hoc autem definitio illa generatim et palam indicat, si legas *etsi*. Contra retento *nisi*, indicat illa definitio, locum fere semper exceptionem habere: nam scribens *posse res vindicari, nisi emtores regressum adv. bon. fid. possessorem habent*, utique significat, vindicari res cum effectu, et sine metu exceptionis posse, si emtores non habent regressum ad venditorem suum; his autem regressum habentibus, non posse eas propter exceptionem vindicari, adeoque tum locum exceptioni esse. Emtores autem, ut dictum, regressum semper habent re evicta, excepto casu uno eoque satis raro. Attamen *nisi* etiam

est

est in *Basilic. Tom.* V. *p.* 554. Ceterum Faber totum hunc §. una cum duobus superioribus Triboniani potius, quam Ulpiani esse putat." Sequitur: *Julianus* Lib. IV. *Digestorum scribit.* Sed legendum esse *Lib.* LIV. putat Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaestion. in expl. L.* 55. *de condict. indeb.*

§. 19. „Quae in *hereditatis petitionem* veniunt, eadem veniunt in *familiae ercifcundae* judicium. Haec autem qualia sint, vid. apud Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 18. §. 2. *not.* 6." Rucker.

L. 16. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 24. *num.* 13. et Jani a Costa, *ad* §. 6. *Inst. de noxal. action.*

L. 21. §. 1. *Licet Celsus contra scribit.* Vid. Cujac. *Obs.* XXXVII. 13.

L. 25. §. 1. *Confessoria* etc. An intelligenda *actio inter-*



terrogatoria? Negat Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de interrog. p.* 145.

L. 27. §. 1. *Urfejus refert.* „Forte *Lib.* X. Vid. *Collat. LL. Mof. et Rom. Tit.* 12. in fin." van de Water. — *Ut* tibi *foli ferviat.* „Imo *mihi.* Est enallage perfonarum. Graeci *uni foli.* Vid. Cujac. *in Comm. ad L.* 21. *Cod. de furtis.*" van de Water.

§. 4. not. 1. De quo actum *Capite Secundo* Legis Aquiliae hodie conftat ex Gaj. *Inftit. Veron. Lib.* III. §. 215.

§. 5. add. Cujac. *Obs.* XXVII. 25.

§. 10. *Quia nec cum eo*, etc. Scil. *agi potest.* Eck. *ad Tit. fi quis jus dic. non obtemp.*

§. 33. *Si ex plostro lapis ceciderit*, etc. Hinc ut evitarentur pericula, Lege antiqua cautum fuisfe, ne plauftra interdiu in urbe agere liceret, nifi in cafibus exceptis, docet Conrad. *Parerg. p.* 408. *feqq.*

§. 34. not. 1. Est Soloecismus. Vid. Ruben. *Elector.* II. 16. et Otton. *in Papinian. Cap.* 6. §. 4. *p.* 98.

L. 29. §. 3. not. 1. Etiam Voorda notavit: emendationem Bynkershoekii vix pati fequentia: *fi nullo alio modo* etc. quae aliud fignificare videntur, quam *fi nautae ejus id prohibere non potuerunt*, ut explicantur a Bynkershoekio.

§. 4. not. 2. Etiam Voorda ait: „videtur *ducator* dici, qui in prora fedens viam gubernatori monftrabat: hic enim ob vela antiquorum vix in proram poterat profpicere." Non tamen ostendi posfe, vocem *ducator* a paulo vetustioribus Scriptoribus ufurpatam, ait Duker. *ad Flor.* II. 2. *num.* 12. — *Sufficere* esfe *competere*, docet Cujac. *Tract.* VIII. *ad African. in expl. L.* 21. *commodat.*

L. 30. §. 3. *occafionem.* Id est, *caufsam.* Forfter. *Obs. Succefsiv.* II. 6. in Thef. Otton. *Tom.* II. *p.* 935. De locutione *damnum facere* pro *dare*, *inferre*, vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vet. JCtor. p.* 373. *not.* 10. et Conrad. *Parerg. p.* 539.

L. 34.

L. 34. *Legatis*: *Per vindicationem*: nam in Legato *damnationis* repudiatio locum non habet. Schulting. ad *Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 2. *not.* 4. et §. 12. *not.* 31.

L. 35. Vid. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 15. *not.* 34.

L. 37. *Quod si non habuit*, etc. Vid. Matth. *de Criminib. in Proleg. Cap.* 1. *num.* 12.

§. 1. not. a. Emendationem Hoffmanni nulla auctoritate confirmari, notat Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 356. eamque rejicit quoque van de Water, putans per enallagen temporis scriptum *interest* pro *interfuit*.

L. 40. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 25. *num.* 10.

L. 43. *Actionem* hic, ut et alibi, dici pro *interdicto*, notat Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 6. *not.* 1.

L. 45. §. 4. not. 2. add. de Asala, *ad L.* 2. *de aleator.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 985.

L. 49. add. Lindenbrog. *ad Ammian. Marcellin.* XVIII. 3. et Heins. *ad Ovid. Remed. amor. vs.* 185.

L. 51. §. 2. *Multa autem jure civili contra rationem disputandi*, etc. Illustrat haec Noodt. *Probab.* I. 2. §. 5. Additur: *innumerabilibus rebus probari potest*. Id est, *argumentis*, *rationibus*. Vid. Graevium, *ad Ciceron. Paradox.* IV. *Cap.* 1.

not. 1. add. Bynkersh. *Obs.* V. 8. circa fin.

L. 52. §. 1. not. 1. *consulebat*, *num damnum* etc. „Forte legendum: *consulebatur*, *damnum injuria num videtur dedisse*, etc. Sic passim Alfenus. Ita quoque legendum in *L.* 6. *de manumission.*" van de Water.

§. 2. not. 1. *Sic quoque Hal.* Sed vid. notata ad *L.* 11. *de peric. et commod. rei vend.*

Tit. III. *de his*, *qui effuderint*, *vel dejecerint*.

L. 1. §. 5. Eleganter hunc §. explicare Oroz. *de Apicib. Jur.* II. 4. *num.* 6. *seqq.* notavit van de Water.

§. 9. de locutione *in conducto habitare* vid. Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 9. *p.* 37.

L. 5. §. 4. not. 1. Bynkershoekium refutavit Otto ad *Tutel. viar. Part. III. Cap. 5. p. 486. sqq.*

§. 5. not. 2. *neque (in heredem etc.* De varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 567.

§. 11. Rucker. legit: *nEC spectamus*, id est, *nec exspectamus*.

L. 6. §. 1. *Sed quibusdam locis* etc. Æthiopum regionem hic respici, putare Alb. Gentil. *ad L.* 234. *de verb. sign.* notavit van de Water.

Tit. IV. *de noxalibus actionibus.*

L. 1. *evitare litis aestimationem.* Non *faciendam*, sed *factam*, adeoque *aestimationis praestationem*. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 99. *error.* 6.

L. 2. §. 1. not. 1. add. Dirksen. *ad LL. XII. Tabb.* p. 710. *seq.* et Hasse *ueber die culpa des Röm. Rechts*, p. 23. *seqq.*

L. 4. *aut qui* condemnat *dominum*. De varia hujus loci lectione vid. Brencm. et Geb. *h. l.*

§. 2. *una autem poena exacta*, etc. Sed quid, si dominus non tantum sciverit, servum furtum facere, sed ipse cum servo furtum fecerit? an hoc etiam casu actor una poena contentus esse debebit? Dubitat Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 31. §. 28. *not.* 71.

§. 3. add. Noodt *ad Tit. Pand. de edend.* in fin.

L. 21. §. 6. *Negavius quoque dicebat*, etc. Nempe si adhuc et iterum negat dominus, se eum in potestate habere. Id enim supplendum. Fab. *in Ration. ad h. l.*

L. 22. §. 2. Rucker. *in not. MSS.* et repetit ex ultima voce praec. §., legens: *habeAT quid est* etc. id est, *habeat. At quid est* etc.

§. 4. *judicium dictare.* Vid. Noodt *ad Tit. Pand. de edend.* VI. *Editio hic* etc.

L. 26. §. 2. *Utrum directo agere velit* etc. Id est, actione noxali civili. Suerin. *Repet. Lection. Cap.* 11. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 29.

L. 30.

L. 30. *Sive domini sint*, legit quoque Fab. *in Ration. ad h. l.*

L. 51. *Certe non tantum* duplationis, etc. Est, qui legat *dupli actionis*. Vid. *neues Rheinisches Museum für Jurisprudenz*, von Blume, etc. IV. *B.* III. *H.* *num.* 12. Sed res eodem redit. add. Fab. *in Ration. ad h. l.*

L. 58. §. 2. not. 1. Plures casus, quibus servus est sine domino, recenset quoque Schulting. *ad Ulpian. Fragm.* *Tit.* 1. §. 19. *not.* 76.

L. 41. not. 1. add. Merill. *ad L. Decision. Justin. ad L.* 21. *Cod. de furtis.*

Lib. X.

Tit. I. *Finium regundorum.*

not. 1. add. Otton. *in Praef.* Tom. III. *Thes. Jur.* p. 56. *seq.*

L. 2. §. 1. not. 1. *adjudicare* proprium esse in controversiis *de finibus regundis* verbum, docet quoque Bentlej. *ad Horat. Epistol.* I. 18. *vs.* 57.

L. 4. §. 6. not. 1. „Cujacius existimat, hunc locum non aliam recipere interpretationem, quam quae habetur §. *seq.* idcirco persuasum sibi habens, in §. 6. haberi verba Sabini, in §. 7. interpretationem ex Libris Pomponii ad Sabinum. At probabilius multo est, omnia Pauli esse, et §. 6. et 7. inter se non cohaerere; sed §. 6. quasi appendicem §. 5. pertinere ad casum ibi propositum." Voorda.

§. 11. not. 1. *Sic edidit* etc. et probat quoque Graevius, *ad Ciceron. de Offic.* II. 18.

L. 8. §. 1. not. 1. Sed Waterus nihil mutandum putat, quum saepe Pluralis numerus pro Singulari sumatur.

L. 12. not. 1. Etiam Waterus interpretationem Bynkershoekii malam dicit, et sine ullius Scriptoris auctoritate, et posse quoque verba commode explicari cum Cujacio, *in Prael. ad h. l.*

L. 13. add. Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb.* p. 468. *seqq.* et

Versuche zur Kritik und Auslegung der Quellen d. Röm. Rechts, p. 216. *seq.*

Tit. II. *Familiae erciscundae.*

not. 1. add. Otton. *ad* §. 4. *Inst. de oblig. quae quasi ex contr.* Nugari hic Glossam, notat Forster. *de Jur. Interpret.* L. 2. *num.* 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 95.

L. 1. not. 2. add. Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 565. *seq.*

L. 2. not. 1. add. Dirksen. *loc. modo laud. p.* 592.

§. 4. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 18. §. 4. *not.* 7.

L. 4. §. 1. „Quando Romae libri improbati comburi primum coeperint, vid. Senec. *Controv. Lib.* V. Voorda. add. Trotz. *ad Hugon. de Prim. scrib. orig. p.* 274.

L. 7. not. 1. De varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 558. qui pro *adjectum eo* legere mavult *aut postumum*, quoniam Graeci ejus quoque mentionem hic faciunt. An probabilior haec conjectura sit ea, quam proposui, alii judicent.

L. 16. §. 2. Vid. Chesi. *Differ. Jur. Cap.* 42. *num.* 15. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 749.

L. 18. not. 1. Cujacius, *ad L.* 2. *de option. leg.* pro *generaliter per optionem* legit: *generaliter vel per optionem.*

§. 7. add. Vinn. *Sel. Quaest.* I. 37.

L. 20. §. 2. not. 1. *Quamdiu* hic dici pro *quatenus*, notavit quoque Gluck. *ad Tit. de jur. dot.* §. 1257. *not.* 87. *p.* 207. et pro *rei uxoriae actione* Tribonianum hic substituisse *ex stipulatu*, putat Bav. Voorda. *Thes. Controv. Dec.* 11. §. 9.

§. 3. *Papinianus ait, Lib.* II. *Responsor.* Vid. *L.* 32. *h. t.* et Cujac. *in Comm. ad h. l.* Ad verba: *supremi judicii divisionem*, vid. Otton. *in Papinian. Cap.* 5. §. 6. *p.* 84.

§. 5. not. 1. Procul dubio *indemnes* legendum, ut habet Charond. in margine [etiam Hal. et Vulg. Vid. Brencm. *h. l.*] sed sine ratione Hoffmannum legere *in diem indemnes*, notavit van de Water.

L. 22.

L. 22. §. 3. Nonnullae editt. *alii adjudicando*, quas sequi mavult van de Water. *Alii* Vulg. Vid. Brencm. *h.* §. 4. *Quae sunt* personales actiones. *Personalis actionis*, Hotoman. *in Epitom. h. tit.* §. 15. eamque emendationem probabilem dicit Waterus.

L. 25. *Paulus* etc. In *Basilic.* hanc Legem tribui *Javoleno*, sed male, notat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XI. §. 2.

§. 6. „Tres distincti hic sunt casus. Primus est, si testator rem communem habuit cum extraneo, ad quem, ut principalem, potissimum pertinet decisio in *fin.* §. ut testatoris pars adjudicetur uni coheredum, ne extraneo plures jungantur socii, neve Judex, tollendae communionis causa sumtus, eam adaugeat, ejusque difficultatem. Secundus casus est, si testator, pluribus factis heredibus, partem rei cujusdam, quae ipsius erat in solidum, alicui legaverit. Tertius est, si unus coheredum ante acceptum judicium *familiae erciscundae* suam fundi hereditarii partem pro indiviso alienavit. Quibus posterioribus casibus idem, quod primo, facere Judex debet iisdem de caussis." Voorda. add. Cujac. et Jan. a Costa, *locc. citt.*

§. 16. not. 1. Aliter hunc locum explicat Hasse, *die Culpa des Röm. Rechts*, *p.* 350. *seqq.* Quid, si verba: *non tamen diligentiam praestare debet, qualem diligens paterfamilias*, ita intelligamus, ut sensus sit, non eum defungi praestando diligentiam, qualem vulgo homines diligentes praestare solent, sed oportere eum non minorem diligentiam adhibere in rebus communibus hereditariis, quam adhibet in rebus suis. Aliud juris hic esse, quam in *societate* indicare videntur verba, *quoniam cum coherede non contrahimus, sed incidimus in eum.*

L. 30. add. Cujac. *in Comm. ad L.* 1. *h. t.*

L. 34. not. 1. Aliter Leyser. *Medit. ad Pand. Spec.* 117. *med.* 2.

L. 36. *Sed tu videris eo moveri*, etc. Haec verba ad Consultorem referenda. Bynkersh. *ad L. lecta. Cap.* 13.

L. 37. *non constituit* pro Vulg. lectione habendum, docet Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 358.

L. 39. not. 1. Verba *ob multam mortem* habet quoque Cod. Reg. aliique, quos laudat Dirksen. *loc. modo cit. p.* 359.

§. 3. Posteriora hujus §, verba turbare Basilic., notat Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XI. §. 2.

L. 41. *Ubi idem Decretum exstat.* Sed inscriptiones Legum differunt: de quo vid. Schulting. *ad Rubr. Paul. Sent. not.* 1. in *Jurispr. antejustin. p.* 212.

L. 44. §. 4. not. 1. Tribonianum quoque liberat, et Ulpianum loqui secundum veterem Jurisprudentiam, putat Jan. a Costâ, *ad* §. 1. *Inst. de poen. tem. litig.*

§. 8. Vid. Trotz, *Memor. propag. Cap.* 5. §. 4. *p.* 371.

L. 46. not. 1. add. Cujac. *ad L.* 20. §. 2. *h. t.* „Putem, verbis initialibus proponi sententiam Sabini, et vs. *Plane si post mortem* etc. notam Pauli, eaque significari 1º quando usu veniat sententia Sabini. 2º non obstare, filium, si durat matrimonium, dotem praecipere pendente adhuc suae institutionis conditione, add. porro Cujac." Voorda.

L. 50. Perperam Hoffmannum pro *ductus* legere *adductus*, notavit van de Water, citans Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *ducere*, *num.* 4. et *L.* 11. §. 8. *de interrog. in Jur. fac.* add. de hac Lege Mascov. *Exercit. de Collat. bonor.* §. 2. in ej. *Opusc. Jurid. et Philolog. p.* 248. *seqq.*

L. 56. *Non solum in finium regundorum*, etc. „Hoc tamen interest: in judicium *familiae erciscundae*, quod bonae fidei est, fructus veniunt omni modo, hoc est, etiamsi ante moram factam percepti sint. *L.* 38. §. *pen. de usur.* In judicium *finium regundorum* non veniunt omni modo, docente ipso Paulo in *L.* 4. §. 2. *fin. regund.* add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* XI. *error.* 1. *num.* 4." Voorda.

L. 57.

L. 59. add. Otton. in Papinian. Cap. 15. §. 3. p. 584.

Tit. III. *Communi dividundo.*

L. 6. not. 1. „*Ex hoc*, id est, ex possessione nobis a Praetore data, eaque continuata tempore legitimo, jure usucapionis. Vid. *L.* 5. *pr. L.* 12. *L.* 44. §. 1. *de damn. infect.* Cujac. *Obs.* XXI. 36." Voorda.

L. 6. not. 2. add. Cujac. *in Comm. ad L.* 1. *h. t.*

§. 1. Vocem *Titius* delet Cujac. *loc. modo laud.*

§. 3. Nomina JCtorum in hoc et seq. §. turbata esse, putat Bertrand. *de Jurisper.* II. 35. §. 2. Sed vid. Grotium, *de Vit. JCtor.* II. 2. §. 3.

L. 7. §. 3. „Pro *ex caussa indebiti soluti* Cujacius, *in Comm. ad h. l.* legit: *ex caussa jurisjurandi*, atque sic praeivisse Basilic. adfirmat. At contrarium est verissimum; stant enim pro lectione Florentina." van de Water. add. Fab. *in Ration. ad h. l.*

§. 12. Hunc et seq. §. 13. explicuit Cujac. *in Comm. ad L.* 29. *fam. ercisc.*

L. 12. not. 2. add. Cujac. *Obs.* V. 27. et Fab. *Conject.* II. 9.

L. 19. not. 1. Egit hac de re etiam Hotom. *Obs.* V. 14.

L. 20. not. 2. *ad delictum* tuetur quoque Lyclam. *Membr.* V. 11. *Ad dilectum*, etiam Otto, *de Ædil. Colon. et Munic. Cap.* 13. §. 5. *p.* 468. Sed *ad edictum*, quod etiam habet Cod. Reg. et Kob., praefert Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 359. Neque damnare illud videtur Voet. *ad h. t. Pand.* §. 4.

not. 3. add. Jan. a Costa, *in Prael. ad L.* 14. *Cod. de testib.* in Thes. Meerman. *Tom.* i. *p.* 744.

L. 23. add. Langebek. *Annotation. Cap.* 36. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 573.

L. 26. *Respondi*, si quidem etc. Rucker. *in not. MSS.* legit *si* QUIDEM, id est, *si quid quidem* etc.

L. 28. *In re communi neminem* etc. De hac regula vid. Merill. *in L. Decision. Justin. ad L.* 1. *Cod. de comm.*

serv. manum. et. Constantin. *Subtil. Enod.* II. 15. In Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 581.

L. 29. not. 1. „Nihil trajiciendum, aut emendandum, putaverim. Sensus planus et ratio bona videtur. Nam qui in rem communem impendit, id facit, non ex affectione erga personam socii (quod *negotiorum gestioni* proprium est) sed ut tueatur rem propriam, quaeque sua et alterius est: ut suam partem tueatur, necesse fuit in totam rem impensas facere, quas facturus non fuisset, si ex nulla parte fuisset propria. Ob suam partem impendit in totam rem. Agit enim sine dubio de impensis, quae separatim pro sua parte fieri non potuerunt." Ita Rucker. *in not. MSS.* Aliter van de Water, qui *neque — sed* accipit sensu *non tantum — sed etiam.* Aliter rursus Bilderdyk. *Obs. et Emend.* II. 36. qui Paulum scripsisse putat: *neque enim negotium socii gero, sed rem tueor.*

not. 2. „Bynkershoek. *vel aliena* exponit *etiam aliena.* Duriuscule profecto. In multis editt. Florentina antiquioribus habetur *vel alienam*, quod merito secutus est Cujacius." Voorda.

Tit. IV. *ad exhibendum.*

Pro *de exhibendo*, ut *ad L. Juliam*, *ad L. municip.* Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* Quare non subintelligendum *de actione*, uti in inscriptione praecedentium Titulorum, *finium regundorum*, cet.

L. 3. §. 3. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. de pignor. et hyp.* §. 1083. *p.* 315.

§. 5. not. 1. Etiam Voorda ad vocem *interdicturus* notavit: „Sed quali interdicto? tali, quo quis possessionem suam esse contendit. Vid. §. 12. *h. l.* Ergo *interdicto utrubi*: nam *uti possidetis interdictum* competit de *rebus immobilibus*; de quibus *ad exhibendum actio* non datur, quia se ipsae satis exhibent. *L.* 2. *Cod. quando et quib. quarta pars* etc."

§. 6.

§. 6. not. 1. *Florentinam descendit Marokari.* etc. „Subaudiens *servo vel qua alia re.* Sed subauditur tantum *speciebus ejus generis.*" Voordai.

§. 10. *Etsi vindicationem non habeam.* Pro *nondum.* Cujac. *in Comm. ad h. l.*

§. 12. not. 1. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 14. §. 5. *not.* 10.

§. 14. *nec ad exhibendum experiri.* Rucker. ope geminationis, legit: *exhibendum me experiri.*

L. 5. §. 4. *Neratius scribit.* „*Lib.* II. *Responsor.* Vid. *L.* 8. *de incend. ruin. naufrag.* *L.* 9. §. 3. *de damn. infect.*" van de Water.

L. 7. *omnem materiam.* „*Ex qua aedificium constat*, addit Ulpianus in *L.* 1. §. 1. *de tign. junct.* et Graeci *h.* quod si non a Librariis fuerit omissum, ad supplendum sensum adjiciendum videtur." van de Water.

§. 2. *Vel ansam scypho junxeris.* Vid. ad haec verba Küstner. *Christomat. Juris Enniana*, *p.* 20.

L. 9. §. 5. not. 1. van de Water notavit: „Mihi hic locus videtur in mendo cubare. At, qua ratione macula tollenda, non liquet. Offendit gemina locutio *quam destinavit*, et *quam intendit.* Alterutra glossam sapit."

§. 6. not. 3. add. Jac. Gothofred. *ad LL.* XII. *Tabb.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 140. Non adeo certum tamen, verbis *secundum Legem* ad XII. *Tabb.* respici. Vid. Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb.* *p.* 715. *seq.*

L. 12. §. 3. *quia quod ex re nostra fit*, etc. „Quum praemiserit Paulus: *cum sciret haec aliena esse*, plerique, etiam Cujac. *ad h. l.* et Vinnius, *ad* §. 25. *Inst. de rer. division.* [etiam Jan. a Costa, *ad d.* §. 25. *Inst.* et *ad* §. 6. *Inst. de inutil. stipul.*] putant, hic significari, in specificante, ut adquirat speciem, quae ad rudem materiam reverti nequit, exigi *bonam fidem.* At omnino praeter mentem Pauli, 1°. quia in ratione definitionis suae non dicit: *quia quod sic*, aut *quia quod mala fide*

ex re nostra fit, sed generatim: quia quod ex re nostra fit. 2do. quia praemisit, teneri eum ad exhibendum utriusque nomine, id est, et materiae et speciei novae. Ut materiae nomine teneatur eo pertinet, quod scivit, materiam alienam esse. L. 14. h. t. junct. L. 1. §. 2. de tign. junct. Ratio autem in fine reddita pertinet eo, ut ad exhibendum teneatur novae speciei nomine. In ista ratione Paulus plane Sabinianus est. Idem hac parte ercifcundum agit in L. 24. et 26. de adq. rer. dom. Itaque, si d. L. 26. non est interpolata, variavit, sicut alias, et sicut etiam alii. Vid. Merill. Obs. I. 9." Voorda.

Lib. XI.

Tit. I. de interrogationibus in jure faciendis, etc.

L. 1. §. 1. not. a. Triboniani haec esse, notavit quoque Rucker., et Brencm. de Leg. Inscript. §. 24. in Jurispr. restit. Wieling. Pand. poster. p. 170.

L. 4. §. 1. consistat. „Pro consistant. Numerus Singularis pro Plurali." van de Water.

not. 5. „Emendatio Hotomanni merito a Cujacio et Roberto rejecta est. Sed quo modo haec verba explicanda sint, non eadem omnium est sententia. Vid. Wissenbach. in Disp. ad h. t. Pand. §. 5. et Eck. ad h. t. §. 2. Ego puto, intelligenda esse de Praeside, qui in loco sui domicilii, vel per Provinciam iter faciens, jus dicit. Alioquin verba vel si domi ad magistratum Populi Romani, et posteriora vel itinere ad Praesides Provinciarum referenda." van de Water.

L. 7. Responderit. „An excidit suam esse?" van de Water.

L. 11. de aetate. „Vir quidam Doctus emendat quantitate, hereditate, cet. quia nulla aetatis mentio fit. Sed Graeci nihil mutant." van de Water.

§. 8. Si occultae tabulae. Rucker. occultae, id est, occultatae, ut habent edit. Vett. Idem dico et si, qui he-

heredem etc. „Idem dico et si qui (pro quis) heredem etc. sublata interpunctione post et si." Rucker. Quis Hal., atque ita videri legendum, neque aliter MSS., notat Brencm. h.

L. 14. not. 1. „Florentina servanda, viam monstrantibus Basilicis. Verba enim: *velut alienum servum*, sunt parenthesi includenda, hoc sensu: quemadmodum ille, qui servum alienum suum confitetur, actionem in se transfert. *L.* 8. *L.* 16. §. 1. *h. t.* Sic ut seqq. *liberi autem hominis* etc. ad speciem initio Legis propositam referenda sint," van de Water.

L. 16. not. 1. de varia hujus loci lectione vid. Augustini *Emend.* I. 2. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1434. et Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 560.

L. 22. *Nec heres erat.* „*Suus* ultro semper heres est, nisi exheredatus sit. *Emancipatus* institutus ea ipsa responsione gereret pro herede. *L.* 12. *pr. h. t.* Ergo intelligendus *suus exheredatus*, vel *emancipatus praeteritus.* Hi falsa confessione non fiunt heredes, quum ne possint quidem fieri ob non delatam ipsis hereditatem: at obligantur ea interroganti in poenam mendacii; ceteris non item, quia res inter alios acta aliis non prodest, et quia per liberam personam alii actio quaeri non potest. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 2. *error.* 10. *num.* 10. *seqq.* Idem, ut opinor, obtinet in intestati filio emancipato." Voorda.

Tit. III. *de servo corrupto.*

L. 1. §. 4. *laudando augeri malitiam.* add. Trotz. *memor. propag. Cap.* 1. §. 6. *p.* 42. *seq.*

L. 5. *non notatur.* „Id est, *non comprehenditur edicto*: nam haec actio non est famosa, licet sit turpis, et apud viros graves oneret." Rucker. Conf. notata ad *Inscript. h. t.*

§. 1. *Si dolo malo, tenebitur.* „Non principaliter quidem propter damnum, quod servo contigit, sed propter

per-

persuasionem, ex qua damnum contigit. At commodius est agere *utili Aquilia*. *L. seq.* 4. quia corpus in ea specie magis corrumpitur, quam animus, et quia *actio servi corrupti* dolum exigit, *actio Legis Aquiliae* non item. Maran. in *Paratitl. ad h. t. Pand.* Voorda.

L. 5. De eo, qui miseratione ductus deliquit, Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 7. §. 11. in Thes. Otton. *Tom.* II. p. 1115.

L. 9. §. 5. not. 1. De varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 360. qui *corruptus* praefert.

L. 11. §. 2. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 14. *num.* 6. Sed Voorda ad verba *nec sufficiet* notavit: scil. actori, id est, nec satisfactum erit actori, ut contentus esse debeat, et altera actione abstinere. Et ad verba *alteram non minuit* adscripsit: „ At enim bis idem peti nequit, ideoque qui *servi corrupti actione* consecutus est duplum, cui simplum inest, non videtur furti amplius in duplum agere posse, sed tantum in simpli poenam, et qui poenam dupli *actione furti* accepit, solam rem sine poena petiturus videtur mixta *servi corrupti actione*. Ergo altera actio utique minuit alteram. Quam ob rem *non minuit* hic positum puto pro *non tollit*. Sic enim res usucaptae ab alio, quas dominus amisit totas, vocantur *diminutae*. *L.* 20. §. 17. *L.* 21. *de hered. petition.* Sic etiam, qui amissa libertate sine capite est, dicitur capite *minutus*. "

L. 13. not. 1. Etiam Voorda notavit, emendationem Bynkershoekii non esse necessariam; quoniam *mixta* quidem haec actio est ex parte actoris. *L.* 14. §. 5. *h. t.* ex parte rei vero omnino *poenalis*, quippe constituta ejus odio, et ad coërcendum dolum ejus.

L. 16. *cum eis non constaret*. „ Vereor, ut haec locutio aevum Alfeni sapiat. An non rectius legeretur: *cum eae non constarent?* Vid. Brisson. voc. *constare*. " van de Water. Hal. et Vulg. *de eis*. Vid. Brencm. h.

Tit. IV.

Tit. IV. *de fugitivis.*

„De fuga servorum Coccej. *Exercit. Curios. Vol.* II. *p.* 778." Rucker.

L. 1. §. 2. not. 1. add. F. A. Schilling, *Bemerkungen ueber Röm. Rechtsgesch.* *p.* 293. *seq.*

§. 5. *Labeo Lib.* I. *ad Edictum scribit.* Male Accursium haec referre ad ea, quae sequuntur, notat Bertrand. *de Jurisper.* I. 7. §. 13.

§. 8. not. 1. add. Langl. *Semestr.* X. 2. — *In aedes*, „Graeci legisse videntur *aede*, scil. *sacra*, seu *templo*. Balsamon. *Collect. Lib.* II. *p.* 1303. ubi Fabrot." van de Water.

L. 3. Quae Ulpianus hic *praedia Caesaris*, ea Paulus vocat *fundos Fiscales*, *in Sent.* I. 6. *a.* §. 5. ubi vid. Schulting. *not.* 10.

Tit. V. *de aleatoribus.*

not. 1. Vulg. *de aleae lusu*, etc. Sed male. Vid. de Ajala, *loc. laud. p.* 988. De *aleatoribus* Commentationem quoque scripsit Vir Doctissimus, Collega nunc meus honoratissimus, H. Cock., qua praemium reportavit a Fac. Jurid. in Acad. Ultrajectin. a. 1817. Est etiam Dissertatio Nic. Steph. van Meurs, *de alea*, quae exstat in *Opusc. Academ.* Viri Clar. Gratamae, *p.* 99. *seqq.*

L. 1. not. 1. *domo* habet quoque Cod. Reg. et Ven. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 361.

not. 2. Sic et aliis personis probro vel flagitio pollutis Praetor actionem denegat. Schulting. *ad Val. Maxim.* VII. 7. circa fin. — *utique quae* etiam Cod. Reg. et alii. Vid. Dirksen. *l. loc.* qui tamen Florentinam etiam praefert.

§. 3. add. de Ajala, *loc. laud. p.* 917.

§. 4. not. 1. add. de Ajala, *loc. laud. p.* 929. *seqq.* et J. F. Gronov. *Lection. Plautin. p.* 287. *seq.*

L. 3. *Et Publicia.* Vid. Noodt. *ad Tit. Pand. de Public. in rem act.* in pr.

L. 4.

L. 4. „Junge L. 2. §. 3. h. t." Rucker.

Tit. VI. *Si mensor falsum modum dixerit.*

Modus hoc loco quid, vid. Const. Land. *Exercitationi.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1412.

L. 3. §. 2. Hunc §. cum *L.* 13. §. 14. *de action. emt. vend.* conciliat Leyser. *Medit. ad Pand. Spec.* 138. *med.* 3.

L. 5. not. 3. Cum Florentina Hal. et Vulg. etiam Cod. Reg. aliique. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 56 s. qui addit, Basilic. quidem videri emendationi Cujacii favere, sed eorum Scholia Lectionem Florentinam confirmare.

Tit. VII. *de religiosis, et sumtibus funerum,* etc.

not. 1. Est etiam Dissertatio Jo. Walraven, *de origine et jure sepulturae et de Romanorum actione funeraria*; quae exstat in *Opusc. Acad.* Viri Clar. Gratamae, *p.* 191. *seqq.* Titulum hunc in edicto perpetuo cohaesisse cum edicto *de sepulcro violato*, vel unum eundemque fuisse, docet quoque Trotz. *Memor. propag. Cap.* 8. §. 3. *p.* 548.

L. 2. „De *sepultura servorum* Jac. Guthen. *de Jur. Man.* II. 56." Rucker. add. J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 28. *seq.*

§. 1. not. 1. De aedificiis sepulchro superpositis et conjunctis vid. et Trotz. *loc. modo laud. Cap.* 6. §. 5. *p.* 385.

§. 5. not. 1. D. Goth. in not. „Hinc illae notae IN FR. P. X. IN AGR. P. XX. etc." Varia exempla attulit Jos. Castalio, *Adv. Praenominum feminarum Assertores*, in *Miscellan. Italic. erudit. p.* 124. 125. 134. 138. 145. et Const. Land. *ibid. p.* 515.

§. 6. not. 1. add. Trotz. *Memor. propag. Cap.* 1. §. 2. *p.* 12.

L. 6. not. 1. add. Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* II. *Cap.* 12. §. 7. *seqq.*

L. 8. not. 1. Verba *jussu Principis*, utroque loco videri

a Triboniano profecta, notavit van de Water. Non recte. Conf. Gluck. *loc. laud.*

L. 9. not. 16 adde Trotz. *Memor. propag. Cap.* 8. §. 2. *p.* 521. *seq.*

L. 12. not. 18 add. Merill. *ad L. Decision. Justin. Cap.* 46.

L. 13. §. 2. adde Trotz. *Memor. propag. Cap.* 6. §. 3. *p.* 394. *seqq.*

L. 14. §. 4. *Commendare* pro *deponere* hoc animo, ut in alium locum transferatur, etiam Ritterhus. *ad Paul. Sent.* I. 21. §. 4. *not.* 1. adde Jac. Guther. *de jure Man.* III. 3. Küstner. *Chrestom. Jur. Eunion. p.* 19. Otton. *in Papinian. Cap.* 5. §. 6. *p.* 84. Sed Rhevardo funere vocem *custodire*, ait Trotz. *memor. propag. Cap.* 6. §. 4. *p.* 366.

§. 5. not. 3. add. Trotz. *loc. modo laud. p.* 364.

§. 9. not. 12. Heraldi emendationem probat quoque Vinnius, *de Transaction. Cap. ult.* §. 18. Sed Voorda, *in Noto MSS.* parum modeste hanc criminatur, addens: „et quid attinet adjicere *hereditatis*, quum dictum sit *defuncti aut heredis?* Nihil utique pro *hereditate* potest fieri, quod fiat pro *defuncto* vel *herede*.“

§. 10. *Si forte in contumeliam defuncti* etc. Vid. Jac. Guther. *de Jur. Man.* III. 19.

§. 11. *Et ita Trebatius* etc. Forte in *libris de religionibus*. Bertrand. *de Jurisper.* I. 18. §. 8. adde de hoc §. Gundling. *Exercit. de C. Trebatio Testa*, §. 14. in ejs *Otiorum* Tom. I. *p.* 197. *seq.*

§. 12. *posse agi.* Rucker ope geminationis legit *posse ea agi.*

§. 13. seq. *Sed solutius aequitatem sequi.* „Quia est in bonum et aequum concepta *actio funeraria*. §. 6. *h. t.*“ Rucker.

§. 14. add. Brummer. *ad L. Cinciam*, *Cap.* 8. et Matth. *de Auction.* I. 13. *num.* 53.

L. 33. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 26. *Inst. de heredit. quae ab intest. def.*

L. 34.

L. 36. not. 1. add. Cujac. in Comment. ad tit. D. de quemadm. servit. amitt.

L. 35. not. 2. add. Merill. Obs. VIII. 32. et Ant. Matth. de Criminib. XLVIII. 6. Cap. 2. num. 13.

L. 36. Sicut homines liberi, etc. „Forte legendum: servum hominem, etc." van de Water. Hall. praefigit et. Vid. Geb. h.

L. 37. not. 2. Vulgatam refert quoque Cod. Reg. et Kob. Vid. Dirksen. Civil. Abhandl. I. B. p. 362. not. 3. add. Otton. de Tutel. viar. Part. III. Cap. 7. p. 518. seq. et Heinecc. Antiq. Rom. in Append. Lib. I. Cap. 4. §. 117.

§. 1. not. 3. Raevardum, Variet. III. 5. qui in circuitu accipit pro circumquaeque, sequitur etiam Trotz. memor. propag. Cap. 6. §. 3. p. 561. seq.

L. 38. not. 1. add. Trotz. loc. modo laud. Cap. 8. p. 589. seq.

L. 43. not. 2. add. Otton. in Papinian. Cap. 10. §. 5. p. 258. et Trotz. memor. propag. Cap. 6. §. 2. p. 548. not. 3. add. Otton. in Papinian. Cap. 6. §. 6. p. 107. et Trotz. loc. modo laud. — Ad verba: nam summam esse rationem quae pro religione facit, vid. Marq. Freher. Verisim. I. 23. in Thes. Otton. Tom. I. p. 891. et Otton. loc. modo cit. Cap. 9. §. ult. p. 234. Ceterum, videndum ad h. Legem Jac. Guther. de Jur. Man. II. 29. notavit Rucker.

L. 44. not. 5. Ita commodius legi, notavit quoque Voorda.

Tit. VIII. de mortuo inferendo, etc.

Hoc edictum omisisse Jac. Gothofredum, in Serie Librorum edict. perpet. in Thes. Otton. Tom. III. p. 265. monuit Rucker. in not. MSS.

L. 1. §. 8. „de machina, cujus JCtus hic meminit," Jac. Guther. de Jur. Man. III. 35." Rucker.

L. 2. Negat Lex Regia. „Id est vetat. Minus dicitur, plus intelligitur." van de Water. Legem Regiam a non-

nul-

bullis. *Legem Rhemmiam* dici, notat Lud. Charond. *Verisimil.* I. 2. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 687.

not. 1. add. Otton. *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 15.

not. 3. Plura de hac Lege monuit quoque Walchius, *Exercit. de genuino fonte distinct. inter furtum animi et inanim.* §. 6. *seqq.* in ej. *Opusc. Tom.* III. *p.* 359 *seqq.* — *Humare* etiam dici pro *cremare* adfirmat quoque Ruhnkenius. Vid. ej. *Opuscul. Tom.* II. *p.* 750. *seq.*

L. 3. not. 2. add. Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 692. *seq.* — Qua ratione *interdictum* appellatur *actio*, vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 6. *not.* 1.

L. 4. *Longa possessione jus sepulchri non tribui* etc. „Quia in hoc interdicto quaeritur de jure *dominii. L.* 1. *hi t. L.* 43. *tit. praec.* non, ut in aliis interdictis, de sola *possessione.* Fab. *de Erroribus Pragm. Dec.* 70. *error.* 6." Voorda.

Lib. XII.

Tit. I. *de rebus creditis*, etc.

Saepe scriptum reperiri *conditio* pro *condictio*, notat Ricc. *Vindic. Jur. Cap.* 17. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 797. qui erroris originem inde repetit, quod Veteres scriberent *condictio*, pronunciarent autem *conditio*, indeque Librarii, orthographiae imperiti, et sonum secuti scripserint *conditio.* add. Hier. Elen. *Diatribar.* II. 12. in *eod. Thes. eod. Tom. p.* 1435.

not. 1. add. Maran. *Oper. p.* 524. *seqq.* ubi hanc rubricam una cum tredecim prioribus h. t. Legibus explicuit.

L. 1. *Priusquam ad* verborum interpretationem *perveniamus.* Ubi non intelligenda interpretatio verborum *mutui* et *certi*; sed interpretatio verborum edicti, secundum Crusium, *Diss. de Pact. et convention.* §. 4. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 672. *h.*

not. 1. Marq. Freherus, *Verisim.* I. 16. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 882. putat, satis esse, si dicatur *quae annumerantur*, quia omnes quantitates ad numerum venduntur, veluti decem modii, etc.

L. 2. §. 1. not. *p.* Subintelligendum *magis* vel *tam* dicit quoque Voorda, qui etiam probat emendationem Bynkershoekii, pro *quia* legentis *quae*, et huc tum referentis praecedens *eorum*, ut una tantum Pauli ratio sit, non duae, sicut prae se fert recepta lectio, quum harum prior inepta sit, quippe nihil dicens aliud, quam propositio ipsa, cui probanda adducitur. Sed Bynkershoekii transpositione verborum vix opus putat: quoniam, ut *per occasionem aut per necessitatem* apud Livium, I. 5. est, *cum esset occasio aut necessitas*, ita *per solutionem* hic esse potest, *cum solutio fit*, *cum solvitur*. *Recipere* autem *functionem* idem est, ac *fungi posse*, hoc est, *officium suum praestare posse*. Brisson. voc. *fungi*. Itaque sensus est, quae, cum solvitur, tam in genere suo, quam in specie, possunt fungi, hoc est, officium suum, adeoque liberationem praestare.

§. 3. not. 1. *Etiam* subintelligit quoque Noodt. *de Pact. et transact. Cap.* 3.

L. 4. §. 1. *Res pignori data* etc. „Hoc Cujacius, *in Paratitl. ad h. t.* et Maran. *in Paratitl. ad Tit. commod.* et *ad Tit. de pignor. action.* accipiunt de eo solo casu, quo creditor dolo inficiatus est pignus. arg. *L.* 13. §. *ult. deposit.* eoque casu Maranus eum teneri dicit *condictione certi* velut ex caussa furtiva. Sed non male fortasse dicetur, pignus soluta pecunia repeti posse *condictione sine caussa*, quasi finita caussa, ob quam datum fuit. arg. *L.* 1. §. 2. *de condict. sine caus. L.* 11. §. 6. *in fin. de action. emt.*" Voorda.

L. 5. *quatenus mutua vice fungantur.* De varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 362.

L. 8. not. 2. Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 419. *adpositum*

sum accipit pro *adquisitum*. Plura de varia hujus vocis lectione vid. apud Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 563. *seq.* quibus addi possit, esse etiam, qui legat *admissum* vel *omissum*. Vid. *neues Rheinisches Museum fur Jurisprudens*, von Blume, etc. IV. *B.* III. *H. num.* 12. Van de Water, *in not. MSS.* verba haec cum Voorda in mendo cubare putat, aut esse superflua.

L. 9. §. 1. not. 1. add. Ant. Augustin. *Emend.* III. 6. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1512.

§. 8. *Julianus* — Libro X. *scribit.* „Puto *Lib.* X. *Digestorum.* Vid. *L.* 19. *h. t.*" van de Water.
not. 3. add. Dirksen, *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 564.
not. 4. *meus det*, vel *numeret* Schultingium legi velle, notavit Rucker. *in not. MSS.* qui ipse legendum proponit: *cum quotidie credituri, pecuniam mutuam ab alio poscamus, ut nostro nomine creditor eam det futuro debitori nostro.* Late de hoc loco etiam egit J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 79. *seqq.* Lugd. Batav. 1829.

§. 9. Postea *permisi tibi uti.* „Cum scil. rogares, ut eos tibi mutuos habere liceret. Vid. seqq." Voorda.
Animo enim coepit possidere. „Atqui solo animo adquiri possessio nequit. *L.* 8. *de adq. vel am. poss.* Imo potest, nimirum *fictione brevis manus*, si res jam penes te est per traditionem ex caussa *depositi*, *commodati*, *locati*, aut *pignoris*, factam. *L.* 15. *h. t.* Faber, [loc. cit.]" Voorda. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 11. §. 1. *not.* 3.

L. 11. §. 1. not. 1. de varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 365.

L. 20. not. 2. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 11. *num.* 2.

L. 21. not. 3. add. Balduin. *de division. stipulation.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 588.

L. 22. not. 2. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 12. *num.* 9. *seqq.*

L. 27. not. 3. De debitis Civitatum et collegiorum lite quoque Leyser. *Medit. ad Pand. Spec.* 151.

L. 31. not. 2. add. Noodt. *de Foenor. et Usur.* III. 12.

L. 32. not. 1. Rucker. *in not. MSS. Sed quia pecunia mea* (subaudi *est* ex *fin.* Legis) *quae ad te pervenit eam* (id est, *pervenit, et eam*) *mihi a te reddi* etc. „Ceterum, cave ex hac ratione colligas, possessorem bonae fidei habere repetitionem impensarum a se factarum: nam is, cui haec Lex dat actionem, nunquam retentionem habuit, sicut possessor bonae fidei, eique igitur non potest perinde imputari, cur sibi, priusquam rem restitueret, non prospexerit. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 26. *error.* 9. *num.* 13." Voorda.

L. 36. Vid. ad hanc Legem etiam Averan. *Interpr. Jur.* I. 9. *num.* 60. *seqq.*

L. 42. §. 1. *cum decem curari.* De varia hujus loci lectione add. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 365. „*Decem dari curari* legendum videtur, ex *L.* 67. §. 1. *de verb. oblig.* Ex collatione autem utriusque Legis patet, verba Labeonis non eadem forma in utraque Lege referri, quod saepe deprehendere licet in citationibus Veterum: et praeterea, verba: *quo scilicet significet*, etc. in hac Lege, non esse Labeonis, sed Celsi." van de Water.

Tit. II. *de jurejurando, sive voluntario*, etc.

Praecipuos, qui de hoc argumento egerunt, scriptores, recenset Gluck. *ad h. t.* §. 789. *not.* 100. *p.* 182.

L. 2. *majoremque habet auctoritatem, quam res judicata.* „Nam *res judicata* suspendi et rescindi potest per appellationem. *L.* 7. *L.* 11. *de transaction.* quae autem decisa est *jurejurando*, non item. *L. pen.* §. 1. *Cod. de reb. cred.*" Voorda. Major etiam est vis *jurisjurandi*, quam *pacti.* Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 4. *Inst. de exception.*

L. 5. §. 3. not. 1. Probat etiam Rucker. *in not. MSS.* ad-

addens, Bynkershockium hunc §. componere cum praec. §. 1., sed hos §§. sibi non esse contrarios.

L. 9. §. 4. *non semper.* „Concedit igitur Ulpianus, dari eam nonnunquam. Sed quando? tum, quum constat, delatione jurisjurandi circumscriptum esse minorem: ut, quum dicit ac probat, jam tum sibi ad manum fuisse debiti probationes omni exceptione majores. Fab. *in Ration. ad h. l. p.* 115. *b.*" Voorda.

L. 11. §. 2. *videri eum recte jurasse: puto et ex eo* etc. „Commodior videtur haec interpunctio: *recte jurasse puto, et ex eo* etc." Rucker. Sic quoque in edit. Flor. locus hic interpungitur.

L. 13. §. 1. not. 1. add. Jan. a Costa, *ad rubr. Instit. de usucapion.* et Ant. Fab. *Conject.* XIX. 10.

§. 6. not. 1. „Προπετῶς hic non est *temere*, sed *perperam:* nam agitur hic de eo, qui mala mente et consulto pejeravit. In *L.* 2. *Cod. de reb. cred.* de eo, qui calore quodam: quae proinde huic loco non adversatur." Voorda. *Superdictio* ac *titulus* quo modo differunt, vid. apud Walch. *in Opusc. Tom.* I. *p.* 413. *not. x.*

L. 14. not. 1. *add. Cujac.* etc. et Noodt. *ad Tit. Pand. de edend.* Vs. *Postremo ait Praetor.* etc.

L. 15. not. 1. Noodt. *ad Tit. Pand. qui satisd. cog.* Vs. *Altera rubricae pars* etc. jungit cum *L. ult. d. tit.* etiam Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 10. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 157.

L. 30. §. 3. *Si bona fide exactum fuerit.* Id est; deficientibus aliis probationibus, secundum Barclaj. *ad L.* 3. §. 1. *h. t.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 927.

L. 34. §. 3. *defensorem jurare non compelli.* Haec verba abundare, putat Pratej. *Jurispr. med.* I. 157. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 555.

§. 4. not. 1. Etiam Voorda notavit: „longe errat Giphanius. Hic enim sermo est de jurejurando calumniae, quod praestandum est, *si exigatur*, proinde quod utrum

praestandum sit, nec ne, pendet ex sola adversarii voluntate. Id vero, quod introduxit Justinianus, omni modo praestandum est, etiamsi id non exigat, imo etiamsi id remittat adversarius. *L.* 2. §. 4. *Cod. de jurej. propt. calumn.* Deinde *d. L.* 2. *Cod.* multis mensibus recentior est Pandectis."

§. 5. not. 2. Male *in arbitrio*, et recta Florentina, notavit Rucker.

§. 9. not. 1. Triboniano adscribit etiam Fab. *in Ration. ad h. §.*

L. 38. not. 1. add. Chesf. *Differ. Jur. Cap.* 23. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 681.

L. 42. not. 1. *Sic quoque Vulg.* „At nihil mutandum. *conditione*, id est, *caussa*. Vid. Brisson. *de Verb. Sign.* in voc. *num.* 10." van de Water.

Tit. III. *de in litem jurando.*

L. 1. not. 2. add. Fab. *Conject.* V. 17. *num.* 8.

L. 3. not. 1. add. Lud. Charond. *Verisimil.* I. 8. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 705. *Adnegata* non damnat Cramer. *Supplem. ad Brisson. de Verb. Sign. Spec.* I. *p.* 31.

L. 4. not. 1. Aliter Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

L. 5. §. 4. not. 1. de varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 366.

L. 6. *Vel ex testamento agatur.* *Actio ex testamento* est stricti juris, sed quoad usuras et fructus ex mora praestandos, imitatur naturam actionum bonae fidei. Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 8. §. 4. *not.* 14. . .

Tit. IV. *de condictione caussa data caussa non secuta.*

De *condictionibus* Dissertatio est docte conscripta Isaäci da Costa. Lugd. Batav. 1818. et *ad Titulum Pand. de condict. caus. data caus. non sec.* erudita Dissertatio est Geörg. Isaäc. Bruce. Lugd. Batav. 1827.

L. 3. §. 2. not. 1. „Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 3. inde infert, *contractus nec nominatos* proxime accedere ad *contractus conditionales*: nam qui dedit, poenitere

po-

potest,, et contractus conditionalis etiam demum existente conditione perficitur. Quae principiorum Juris confusio! an igitur pendente conditione poenitere licet?" Rucker.

§. 5. not. 1. *Amita* legit quoque Pancirol. *Thes. Var. Lection.* II. 82. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1162. Sed errorem Ulpiani vel Neratii esse, putat quoque Heinecc. *in Praef. d. Tom.* II. *p.* 14. Vid. et Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de tutel.* §. 8.

§. 7. *Sed ipse Celsus* etc. Aliquando Celsus patris sententiam sequitur, aliquando ab ea recedit. Vid. D. Gothofr. *in not. ad L.* 20. *de Legat.* 2do.

L. 5. §. 4. *Si quidem distracturus erat.* „Nimirum protinus, nisi accepisset pecuniam, de qua refundenda nunc agitur: nam distracto eo lucratus esset pretium, teste eodem Ulpiano in *L.* 16. §. *ult. de reivind.* et servus periisset novo domino. add. *h. L.* §. *pen.* Vs. *et siquidem* etc." Voorda.

Vel quo ipse usurus. „Sic in Flor. est, sed inepte. H. a Porta, Lud. Miraeus, Baudoza, etiam Hal., dederunt: *sive eo quoque ipse usurus*, aptiore quidem sensu, neque tamen recte: suis enim usibus destinatum retenturus erat, non distracturus, quo casu, mortuo eo, dici non oportet *nihil eum refundere debere*, sed, sicuti §. *praec.* sub fin., *restitui oportere*, *quod accepit*, *ipsique*, uti hic subjicitur, *adhuc servum obiisse: decederet enim*, *etsi non accepisset*, *ut manumitteret.* Quapropter suspicor, verba *vel quo ipse usurus*, quocunque legantur modo, in textum irrepsisse, quum addita essent margini a sciolo quodam, existimante, id quod mox sequitur: *si nihil* eorum *facturus*, dici non posse de unico illo: *si quidem distracturus erat*, sed plura desiderare, ad quae referatur. At nimis nihili haec ratio est, unicae rei haud raro subnectunt Veteres verba quaedam in numero plurium. Sic Brutus apud Ciceron.

 Epis-

Epistol. ad Famil. XI. 1. *Placitum est mihi, ut postularem legationem* etc. Haec *se impetraturum pollicitus est.* et Sallust. *Catilin. Cap.* 10. §. 5. *Pecuniae, deinde imperii cupido crevit: ea quasi materies omnium malorum fuere.* Plura dabit Drakenborch. *ad Liv.* XXXIII. 24. §. 6. Quum autem *distrahere* apud JCtos non tantum sit *vendere*, sed saepe etiam aliter alienare, uti in Oratione Severi Imp. *de rebus eor. qui sub. tutel. sunt*, inest etiam ei verbo intellectus rerum plurium, quod forsan JCtus significare voluit, dicens: *si nihil* EORUM, quae distrahendarum rerum sunt, *facturus.*" Voorda.

L. 7. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. de jur. dot.* §. 1237. *not.* 72. *seqq. p.* 198. *seqq.*

L. 8. *donec maneat inter eos adfinitas.* D. Goth. *in not.* „*Adfinitatem* inter sponsum et sponsam, virum et uxorem esse, hinc colligitur." add. Bynkersh. *Obs.* V. 6. *Nondum coito matrimonio.* de varia hujus vocis Lectione Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 366.

L. 12. De varia hujus Legis lectione Dirksen. *loc. modo cit. p.* 366. *seq.*

L. 16. not. 4. „Non est *permutatio*, quia pecunia datur: nec est *emtio*, quia Stichus debet *dari*, id est, dominium ejus transferri. Est igitur contractus innominatus *do ut des.* Quum vero ex negotio innominato *actio praescriptis verbis* non detur, nisi illud negotium innominatum sit simile alicui contractui nominato, hic casus vero, ubi *dari*, id est, dominium transferri debet, non sit *pro portione emtionis*, id est, non sit simile emtioni, sequitur non dari *actionem praescriptis verbis.* Ergo superest sola repetitio ex capite poenitentiae, seu *ob rem dati causa non secuta.* Sic plene explicat Nic. van der Schatte, *Diss. Inaug. ad h. l.* a. 1727." Rucker. Sequitur in Lege: *et pro evictione ejus promittere non vis.* „Ut nempe non solum accipientis eum feceris, sed etiam irrevocabili jure accipientis feceris. L. 190. *de*

reg. jur. Potest enim Stichus tuus esse, sed jure revocabili: potest alius jus pignoris in eo habere: contra hos casus incertos evictionis cautione opus est." Rucker.

Tit. V. *de condictione ob turpem, vel injustam caussam.* not. 1. add. Ed. Schrader. *Titulos Dig. de condict. ob turpem caussam, et de testibus sedecim Codic. MSS. aliorumque subsidiorum criticorum ope emendatos.* Tubing. 1819.

L. 1. *Paulus* Lib. X. *ad Sabinum.* Male alii *Lib.* XX. Nam Paulus tantum *sedecim Libros ad Sabinum* scripsit. Praeterea jungenda haec Lex est cum *L.* 3. *h. t.* quae etiam ex *Lib.* X. est. Vid. Schulting. *ad vitam Pauli a Gratio descriptam*, in *Jurispr. antejustin.* *p.* 208. *not.* 5. add. Schrader. *h.*

L. 2. §. 1. not. 1. „Florentina lectio satis est commoda, quippe continens exempla duo turpiter quidem accipientis, sed ob factum non turpe: nam et depositum reddendum gratis, et instrumenta ad me pertinentia, quae penes te sunt, licet apud te non sint deposita. accedit Basilic. auctoritas." Voorda. add. Marckart. *loc. laud.*

§. 2. *Sed hic quoque crimen* contrahit. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l. contrahitur*, sed sine ratione.

not. 2. „Refert hic Ulpianus aliorum sententiam, eamque refutat verbis sequentibus, ostendens, hoc casu utriusque versari turpitudinem, et significans, condictioni igitur non esse locum. Marckart. [*loc. cit.*]. Sic quoque Schulting. [*loc. laud.*] qui omnino addendus." Voorda.

L. 4. §. 5. not. 1. „Facit pro hac sententia, quod nova illa ratio mox verbis obliquis subjiciatur: id enim indicio solet esse, eam alienam potius, quam ipsius scriptoris esse. Conf. Otton. [*loc. cit.*]" Voorda. add. Schrader. *h.*

§. 4. not. 1. de *indicio* plura Perrenon. *Animadv.* II. 13. in

in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 844.

L. 6. add. Schrader. *h.*

L. 8. Porro *autem si et damtis* etc. *Porro* pro *plane* aut *proinde* accipit Cujac. *ad L.* 26. *de verb. oblig.*

L. 9. not. 1. add. Schrader. *h.*

Tit. VI. *de condictione indebiti.*

L. 6. §. 5. not. 1. „ Ut in *pr. h. l.* sententia Labeonis, ita hic Juliani sententia tantum proponitur; ab ipso autem Paulo nihil statuitur. Julianus procuratori semper negans repetitionem, dissentit cum Labeone, qui in *pr. h. l.* repetitionem ei concedit, si is, pro quo solvit, id ratum non habuit. Quid movisse Julianum videatur, ejusque sententiam ex mero jure, Labeonis autem ex bono et aequo defendi posse, docet Labitt. [*loc. cit.*]" Voorda.

L. 10. not. 1. „ Eum qui in diem certum promisit, obligatum quidem esse, sed debitorem nondum esse, et hac parte JCtos omnes, ipsos etiam Veteres, errare, contenditur *in Gundlingian. Pars.* VI. *Diss.* 3." Rucker.

L. 13. not. 1. „ Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.* legit: *vel ipse manumissus, vel (ut Pomponius scribit) ex peculio, cujus* etc. ut comprehendantur duo casus, quibus solvere potest servus, quod debet naturaliter: nam ille vel manumissus solvit de suo, vel adhuc servus ex peculio, cujus liberam administrationem habet. Ita quoque legit Char. nec non Schulting. [*loc. cit.*]" Voorda.

L. 16. §. 1. not. 1. Cujacium refellit Ant. Fab. *Conj.* IV. 20.

L. 19. §. 1. Verba: *quamvis enim debitum sibi quis recipiat*, etc. a mala manu profecta putat van de Water.

L. 21. *Et* pariter *duos datos.* „ Id est, *eodem tempore*, ne qui postremo loco solutus est, repeti solus possit, peremta obligatione tota priore alterius solutione." Voorda.

L. 22. §. 1. *incerti condicam.* Vid. Langebek. *Annotation.*

tian. *Cap.* 56. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 573.

L. 25. §. 1. Quare transactio super re judicata nullius momenti sit, rationem vide apud Schulting. *ad Paul. Sent.* I. 1. §. 5. *not.* 13.

§. 3. *neque enim utrumque debet locum habere*, etc. „Nisi tamen aliud convenerit. Vid. *L.* 16. *D.* et *L.* 17. *Cod. de transaction.*" Voorda.

L. 26. not. 2. „Putem, hoc omne controversum fuisse apud Veteres, et Ulpiani sententiam tam de condicendis, quam de imputandis in sortem his usuris, postea rejectam esse. Id enim non obscure indicat Imp. Philippus, in *L.* 18. *Cod. de usur.*" Voorda. Vid. et Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 14. §. 2. *not.* 7. *et* 8.

§. 12. *Neque ejusdem hominis*, etc. „Hoc Celsum, utpote Proculianum, ex sententia Stoicorum dixisse, putat Merill. *Obs.* I. 27. nam Stoicos putasse, homines omniaque adsidua accessione et decessione mutari." Voorda. Vid. et de hoc §. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de adquis. per arrogation.*

§. 13. not. 3. Etiam Rucker. *in not. MSS.* ait: „male haec sententia Ulpiani in Pand. relata est: dissenserunt enim Veteres in hac quaestione, et Justinianus contrariam sententiam, quam etiam Julianus videtur in *L.* 32. *pr.* junct. §. *ult.* *h. t.* tenuisse, adprobavit. *L.* 10. *Cod. h. t.*"

L. 27. *Non enim existimationem solventis* etc. Id est, non ut solvens putabat, se illud debere eo loco, ubi solvebat, ita indebiti restitutio eodem loco debita videri potest. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 90. *error.* 8.

L. 32. not. 1. *insolutum* etiam habere Cod. Reg. aliosque, notavit Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 367.

§. 2. *Sublata enim falsa opinione*, etc. Eadem loquendi forma in *L.* 8. *tit. praec.*

L. 36. *redimendi furti caussa.* „Id est, rei furtivae tuendae caussa." Rucker.

L. 39.

L. 39. *plus debito*. Haec verba delet Faber, *Conject.* V. 17. *num.* 4.

L. 41. not. 2. „Adest naturalis obligatio, sed cui in jure omnes effectus denegantur; quae vero effectus non habent, *nulla* dicuntur in jure nostro: et sic nulla hic est obligatio naturalis pupilli, quae licet revera adsit, omni tamen effectu caret." Rucker. add. Averan. *loc. laud.*

L. 44. not. 1. *Antinomiam* etc. „Distingue: si solveris tuo nomine, quod debet alius, tibi condictio competit, et debitor non liberatur. *L.* 19. §. 1. *h. t. L.* 5. *Cod. eod. L.* 2. *Cod. de his qui in prior. cred. loc. succed.* Sin nomine debitoris, ille liberatur, et condictio nulli competit. *h. L.* 44. *L.* 8. *L.* 36. *in fin. h. t.* Cujac. *Obs.* VIII. 9. ubi eandem distinctionem et in aliis obtinere docet." Voorda.

L. 51. not. 1. „Sententiam prima facie haec regula hanc videtur habere: nobis debita, quae retinere tantum, non petere possumus, si per errorem solverimus, repetere non possumus, ut in *L.* 53. *h. t.* Ut *si solverimus* hic sit, si solverimus rem, quae petitur, eamque restituerimus sine ulla deductione. At tentari potest, hoc velle Pomponium: ex quibus caussis jus retentionem tantum tribuit (adversario nostro), non petitionem, ea si (per errorem ei) solverimus, repetere non possumus, veluti si heres legata personis incertis relicta per errorem solverit: horum enim olim nulla petitio fuit, sed erat tamen solutorum retentio, adeoque repeti non poterant. §. 25. *Inst. de Legat.* Cujac. *Obs.* XVIII. 10. Posterior explicatio videtur optima." Voorda. add. Cujac. *in Comm. ad Tit. Cod. de incert. person.*

L. 53. not. 2. Triboniano etiam adscribit Fab. *Conject.* VIII. 8.

L. 55. not. 5. add. Ant. Fab. *in Ration. ad h. l.*

L. 56. not. 2. Saepe haec verba confunduntur. Vid. ad

rubr.

rubr. Tit. de reb. cred.

L. 58. not. 2. „ Atqui impossibilis conditio pro non scripta est. Ea hic quoque non vitiat Legatum; verum qui ingenuus pronunciatur, manumissori omnia ab eodem concessa, donata, legata, restituere cogitur ex SCto, de quo mentio fit in *L.* 1. *Cod. de ingen. manum.* et *L.* 3. *si ingen. esse dicet.* Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 24. *num.* 17. *seqq.*" Rucker.

L. 60. §. 1. Vid. ad hunc §. Voet. *ad Tit. Pand. de novation. num.* 14.

L. 65. §. 1. not. 1. add. Walch. *Opuscul. Tom.* I. *p.* 257.

Tit. VII. *de condictione sine caussa.*

L. 5. not. 1. add. Otton. *in Papinian. Cap.* 10. §. 2. *p.* 252. *seq.*

Lib. XIII.

Tit. I. *de condictione furtiva.*

L. 4. not. 4. „ Quodnam vero *residuum*? utrumne id, quod ex ipsa re furtiva non pervenit ad dominum? an poenam furti? Prius significari, censet Meier. *Colleg. Argentor. h. t.* §. 11. ratus et hanc actionem quodammodo *noxalem* esse, sicut *communi dividundo* in specie *L.* 61. *pr. de furt.* At significari potius poena videtur, quia verius est, dominum ultra id quod ad eum pervenit, condictione plane non teneri, sicut ea omnino non tenetur, si nihil ad eum pervenit. *L.* 30. *pr. de action. emt.* Neque haec *condictio*, sicut *actio communi dividundo*, quodammodo *noxalis* videtur, quia id in *actione communi dividundo* fit officio Judicis, *d. L.* 61. *pr.* qui tantum non potest polletque in hac stricti juris actione. " Voorda. Non putem hic agi de *condictione furtiva.* Vid. *L. seq.* Sed quando dicit JCtus *condicendum est domino* etc. eum innuere aliam condictionem, veluti *ex injusta caussa.*

L. 7. *decisione enim* etc. Haec verba sunt Ulpiani, priora Sa-

Sabini, secundum Cujacium, *in Comm. ad L. 6. Cod. de pact.*

L. 8. §. 1. not. 1. add. notata ad *L.* 2. §. 3. *de priv. delict.*

L. 12. §. 2. not. 1. add. J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto, Cap. 2. Sect. 1. p. 84. seqq.*

L. 15. not. 2. „ Si jungatur *L.* 14. *de oblig. et act.* apparet certo certius, *condictionem furtivam* non nasci *ex delicto*, sed dari ex bono et aequo, quod tuo facto res mea ad te pervenit, Schulting." Haec Rucker. *in not. MSS.* quae igitur confirmant, Virum Summum sententiam suam deinceps mutasse.

L. 17. „ *an in aliud nomen etc. transferatur.* Per stipulationem puram, qua statim novatio fit. *Nec me movet, praesens homo fuerit, nec ne.* Quia mora ex furto eveniens, hoc casu finitur ob novationem, quae certe etiam absente re fieri potest. Cujac. *ad L.* 29. *de verb. oblig.* in fin. Conf. *L.* 72. §. 1. *de solution.*" Voorda.

Tit. III. *de condictione triticiaria.*

L. 1. not. 1. *Si certum petetur.* Non est nomen proprium actionis, sed indicant haec verba tantum caput edicti, ex quo actio competit ad repetitionem mutui. Barclaj. *ad Tit. de reb. cred.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 806.

L. 3. not. 2. *Conf. Schulting.* etc. „ Qui merito tres hujus Legis partes constituit: nam verba *in utroque* ostendunt, jam dictum esse de casibus duobus, et ibi proponitur tertius. Igitur parte prima, quae patet usque ad verba: *si vero* etc. agi putat de re in specie debita, et jam adjudicata, quum posset adhuc praestari, sed quae mox non interiit, sed praestari posse desiit, ut si servus post condemnationem aufugit, vel res alio modo desiit in potestate nostra esse: quo casu spectabitur *tempus condemnationis.* Alter casus est in verbis: *si vero* etc. usque ad verba: *in utroque* etc. et hujusmodi est, si res in specie debita post condemnationem interiit: quo casu spectatur *tempus interitus.* Tertius est

est in verbis: *in utroque* etc. nempe si utroque illo casu res post moram ante condemnationem facta fuit deterior vel periit: quo casu aestimatio erit reducenda *ad tempus morae.*" Voorda.

L. 4. „Sunt, qui hanc Legem cum praec. *L.* 3. sic concilient, ut *L.* 3. agat de re quadam in specie debita. *L.* 4. de sola merce debita, cujus alia ratio sit. Sed hos refellit Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 84. *error.* 7. eo quod solae duae posteriores partes *Legis* 3. agant de re in specie debita; prima vero generatim de petita re, quae tam merx esse, quam servus Stichus potest: quodque in *L.* 4. in fin. idem in *rebus ceteris* obtinere dicitur, quod dictum erat de merce. Itaque *Legem* 3. accipit de sola *condictione triticaria*, et *Legem* 4. accipit de sola *condictione certi ex mutuo*, ob *L.* 22. *de reb. cred.* Verum Fabri refutatio aliorum non usque quaque procedit: primo, quia prima et secunda pars *Legis* 3. ita inter se connexae sunt, ut palam sit, agi utrobique de re eadem: atqui in secunda parte manifeste sermo est de re in specie debita. Secundo, quia verba finalia *Legis* 4. referri possunt ad exempla ante exhibita, ideoque intelligi de *rebus ceteris*, quae instar vini, olei, frumenti, et mobiles sunt, et debentur in genere, proin de *ceteris similibus rebus*. Dixeris, sic in *fine* textus nihil dici aliud, quam quod initio jam fuerat significatum. Sed quid vetat repeti in *fine*, quod verbis omnium primis continetur. Possint etiam verbis finalibus, etiamsi ita, ut dixi, accipiantur, comprehendi servi generatim debiti, qui non continentur appellatione *mercis*. *L.* 207. *de verb. sign.* Itaque *Lex* 3. agit tota de re in specie debita, quae post condemnationem vel interiit, vel aliter praestari posse desiit. 2do de re in specie debita, quae post moram, ante condemnationem, facta est deterior. Sed *Lex* 4. agit de re in genere debita, quae ante condemnationem non fuit facta deterior (ut enim genus perire nequit, ita nec fieri de-

te-

terius) sed cujus pretium fuit varium pro varietate locorum temporumque." Voorda.

Tit. IV. *de eo quod certo loco dari oportet.*

L. 1. not. 1. add. Jan. a Costa, *ad* §. 33. *Inst. de action.*

§. 8. not. 2. add. Jo. Matth. Magn. *Differ. Jur. Cap.* 17. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 285.

L. 4. not. 1. Hotoman. *Epitom. ad h. t. num.* 7. pro *vel si* legit: *ut si.*

L. 7. §. 1. not. 1. De varia hujus vocis Lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 367. *seq.* qui tamen notat, Florentinam confirmare Basilic. „Merillius, [*loc. laud.*] hunc textum intelligit de *stipulatione rem certo loco tradi*, quum nulla venditio praecessisset, ratus, non esse locum arbitrariae actioni, si merces, quas vendideris, certo loco te traditurum spoponderis, quia, cum venditioni accesserit stipulatio, superest *ex emto actio*, qua emtor consequitur, quod *actione ex stipulatu* consequi non posset. *L.* 5. §. 1. *de action. emt. L.* 37. *de evictión.* Sed qui ad nexum, ob *τὸ tamen*, inter hunc §. 1. et *pr. h. l.* intercedentem, advertit animum, nae ille fatebitur, loqui Paulum de promissa traditione mercium venditarum. Et si fingas, in contrahenda emtione nihil de loco convenisse, postea vero stipulatum emtorem fuisse, ut res vendita certo loco traderetur, non poterit *actione emti* peti utilitas loci, utpote in emendo non adjecti: itaque tunc utendum *actione arbitraria.*" Voorda.

L. 8. not. 1. add. Jo. Matth. Magn. *Differ. Jur. Cap.* 19. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 288.

Tit. V. *de pecunia constituta.*

„Parum ex arte de *constituto* in *Gundlingian. Part.* XX. *Disp.* 4." Rucker.

L. 1. Quare Praetor *constitutum actione*, alia pacta tantum *exceptione* data, tueatur, pulchre exponere Crusium, *de Pact. et convention.* §. 6. in Thes. Otton.

Tom. I.

Tom. I. *p.* 672. *i.* monuit Rucker. *in not. MSS.*

§. 1. *nam et mulieres* etc. Nodum in scirpo hic quaerere Salmas. *de Modo usur. Cap.* 16. *p.* 724. notavit van de Water.

§. 4. add. Ches. *Differ. Jur. Cap.* 69. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 828.

L. 3. §. 1. add. Fab. *Conject.* XV. 5. in fin.

L. 18. §. 1. „ Ex hoc §. notandum, confesslonem debiti esse modum interrumpendi temporalem praescriptionem." van de Water.

L. 21. §. 2. not. 2. *Cum* et *con* Veteres promiscue scripsisse, docet quoque Noordkerk. *Obs. Cap.* 1. *p.* 19.

Tit. VI. *Commodati vel contra.*

L. 1. §. 1. not. 1. „ Ego puto, *JCtum Pacuvium* indicari, quia Labeo aliquando sub *Ateji* nomine illum laudat. Vid. ad *L.* 30. §. *ult. de Legat.* 3[io]." van de Water.

not. 4. *Quas ex eod. Libro* etc. „ Ubi Ulpianus hoc non usquequaque probat. Igitur hic retulit tantum, non probavit sententiam Viviani. Labitt. *Us. Indic. Cap.* 5. §. *ult.* [in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 116.]" Voorda.

§. 2. not. 1. add. Cujac. *Obs.* XXIII. 21. et Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de pact.* §. 19.

L. 3. §. 2. not. 1. Etiam Voorda, *in not. MSS.* ait: „ Verba haec non accipienda de aestimatione ab actore per jusjurandum in litem facienda; sed quod hic dicitur *quanti res sit*, verum pretium significat, quod arbitrio suo statuit Judex, quodque opponitur ei, quanti in litem juraverit actor. *L.* 8. *de in lit. jurand.*" Vid. et Bav. Voorda, *Thes. Controv. Dec.* 14. §. 9.

§. 3. not. 1. add. Donell. *ad L.* 72. *de verb. oblig. num.* 57.

L. 4. not. 1. „ Cujacius, *Obs.* X. 37. et Oisel. *ad Caj. Inst. Lib.* I. *Tit.* 6. *not.* 40. [in *Jurispr. antejust.* Schulting. *p.* 56.] huic textui *in fin.* addunt: *veluti in*

mancipationibus, sed sine necessitate. Capiatur ita: *stipis usum ad hoc commodantur pecuniae* (scil. a *Libripende* in *mancipationibus*) *ut dicis gratia* etc. Scil. mancipio accipiens in actu *mancipationis* tenebat aes, dicens *hanc rem meam esse ajo ex Jure Quiritium, eaque mihi emta est hoc aere aeneaque libra*. Caj. *d. loc.* Aes illud adferebatur a *Libripende*. Theoph. *ad* §. 6. *Inst. quib. mod. patr. pot. solv.* adeoque ab eo commodabatur ei, qui mancipio accipit, ut hic illud dicis gratia loco numerationis pretiique daret mancipanti. Vid. Schelltinga, [*loc. laud.*]" Voorda.

L. 5. §. 2. not. 2. Verba: *et culpam praestandam et diligentiam*, minus bene explicare Chesium, *Interpr.* I. 45. *num.* 23. *seqq.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 229. *seq.* notat Hasse, *die culpa des Röm. Rechts*, *p.* 278. *in not.*

§. 8. not. 2. *Chirographum* retinet Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. L.* 41. *de judic. Chirographo* jam emendaverat Hotoman. *de verb. Jur.* voc. *Chirographum*.

§. 10. not. 1. add. Fornier. *Selection.* I. 21. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 32.

§. 15. not. 1. *Pro parte quadam eventus* legit Hotoman. *Quaest. Illustr. Cap.* 19. ubi hunc §. explicat.

L. 7. §. 1. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 15. *num.* 4. *seqq.*

L. 12. §. 1. not. 1. *Commodatus est*. Id est, *commodato accepit*. Gilb. Reg. *Enantioph.* II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1609. add. Reitz. *de Ambiguis*, voc. *passivum*, *p.* 417.

L. 14. *Nec altera alteram tollit*. „Nam altera reipersecutoria est, altera *poenalis*. Nec obstat, quod *commodati* agens, ratum videatur habere negotium a servo gestum, quodque propterea eligere debeat alterutram actionem, uti in simili specie dicitur in *L.* 1. *Cod. de furt.* nam hic nulla est *ratihabitio*, quia dominus ipsam

rem

rem suam repetit, ut eam recipiat, non ut probet factum. Verum in *d. L.* 1. *Cod.* est talis *ratihabitio*, quia dominus *mandati judicio* petit praedium emtum, quo ipso gesta comprobat." Voorda. add. Cujac. *loc. laud.*

L. 17. §. 3. *inter dandum accipiendumque. Inter dantem accipientemque*, Vulg. quam praefert Hasse, *die Culpa des Röm. Rechts*, *p.* 140. *in not.*

Voluntatis est enim etc. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 15. §. 1. *not.* 3.

§. 4. not. 1. de *carruca* Averan. *Interpr. Jur.* I. 50. *num.* 12.

L. 18. *Ut ita culpae fiat aestimatio, sicut in* rebus pignori datis *et dotalibus aestimari solet.* Pro *rebus pignori datis* Hasse, *die culpa des Röm. Rechts*, *p.* 208. legit: *rebus societatis*, ratus hoc negotium in societatem incidere. Hoc non putem. Est *commodatum*, sed quod fit in utriusque gratiam, et praestat adeo commodatarius etiam *culpam*, id est, *culpam levem*, quae aestimatur, uti in *pignore* et *dote*: ita ut nunquam *minorem* diligentiam adhibere debeat in re ita commodata, quam adhibere solet in re sua. Ita *culpa* aestimatur in *dote*. *L.* 17. *pr. de jur. dot.* et quidni etiam *culpa* ita aestimaretur in *pignore*, quod in primis in utilitatem creditoris datur? add. *L.* 32. *deposit.* In *societate culpa* alio modo aestimatur.

L. 19. *damnum injuria ab alio datum non pertinere, procul dubio est.* „Itaque agi cum iis de damno isto non potest, nisi tamen vel custodiri potuit res, ne damnum daretur, vel ipse custos damnum dederit. *L.* 41. *loc. cond.*" Voorda.

Tit. VII. *de pigneratitia actione, vel contra.*

not. 1. „Olim loco *contractus pignoris* contrahebatur *fiducia*, qua rem debitor creditori mancipabat, aut in jure cedebat, ea lege, ut soluto debito remanciparetur: postquam vero etiam de *pignore actio in rem* data est,

sensim in desuetudinem abiit *fiducia*, quare etiam ejus vestigium in jure non reliquit Justinianus. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 13. *not.* 1." Rucker.

L. 1. §. 2. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 25. §. 6. *not.* 40.

L. 2. de hac Lege P. Fab. *Semestr.* II. 17. *p.* 472. *seq.*

L. 3. not. 1. add. Virgil. *Georg.* I. *vs.* 104. ibiq. Servium.

L. 4. *Sed etsi non convenerit* etc. „Haec quae denunciationem non requirunt, accipienda de casu, quo pecunia certo die est solvenda, pignus vero simpliciter datum: tunc enim non opus denunciationibus. arg. *L.* 73. *de furt.* quia pro homine tunc interpellat dies. *L.* 12. *Cod. de contrah. vel committ. stipul.* Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 5. §. 1. *not.* 4." Voorda.

not. 2. Rucker. *in not. MSS. ad* §. 1. *Inst. quib. alien. lic. vel non.* haec adscripsit: „Ego sic sentio. Tempore Pauli et Ulpiani si pignus absque pacto et simpliciter esset datum, creditor venditurus ter denunciare debebat. Paul. *in Sent.* II. 5. §. 1. Tempore Justiniani id forte moribus mutatum, et obtinuit, unam denunciationem sufficere. *L. ult.* §. 2. *Cod. de jur. dom. impetr.* unde etiam d. locus Pauli in *Pand.* omissus. Sed illa trina denunciatio adhiberi coepit in casu, quo pactum *ne venderetur* esset adjectum: ad quem morem Tribonianus inflexit *L.* 4. *de pign. act.* et sic in *pignore* paulatim receptum idem jus hac parte, quod olim obtinuerat in *fiducia*, in cujus locum pignus successit. Paul. *Sent.* II. 13. §. 5." Idem, *in not. MSS. ad h. l.* pro *verum incipit emtor* etc. ope geminationis, legit: *verum incipit et emtor* etc. Vid. et de hoc loco Gluck. *ad Tit. qui potior. in pign.* §. 1098. *et* 1099. *p.* 585.

L. 6. add. Fab. *Conject.* VIII. 18.

L. 9. §. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* II. 12. *num.* 24. §. 3. not. 2. add. Gluck. *ad Tit. quib. mod. pign. vel hyp. solv.* §. 1104. *not.* 6. *p.* 420. *seq.*

§. 4.

§. 4. *Soluta pecunia potest* pigneratitia *experiri.* „Nimirum *personali*, ut adjuncta indicant. Nec obstat *L.* 15. §. 1. *de pign. et hyp.* quae agit de *hypothecaria*. arg. *inscr.*" Voorda.

L. 11. §. 4. add. Schulting. *Thes. Controv. Dec.* 82. §. 2.

§. 5. not. 3. Etiam van de Water, *in not. MSS.* ait: „*frivola* mea, id est, suppellex universa: variis enim nominibus homines bona sua appellare amant. *L.* 16. *pr. ad SCtum Trebellian.*" add. Gluck. *ad Tit. in quib. causs. pign. vel hyp. tac. contr.* §. 1087. *not.* 16. *p.* 430.

§. 6. not. 1. add. Theod. Lamb. Prins. *Diss. de iis quae sunt singularia in mutuo*, *Cap.* 2. §. 13. *p.* 29. *seq.* Lugd. Batav. 1785.

not. 2. Jam ante Severum auctoritate Prudentum id admissum. *L.* 41. *de usurp. et usuc.* Jan. a Costa, *ad* §. 5. *Inst. per quas person. nobis adq.*

L. 13. §. 1. not. 1. Noodtii emendationem improbat quoque Otto, *ad* §. 2. *Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* et Hasse, *die Culpa des Röm. Rechts*, *p.* 211. *seqq.* Forsan Ulpianus nihil aliud dicere voluit, nisi quod *pignus* ad eam contractuum classem pertineat, in quibus non tantum *dolus* praestatur, sed in quibus etiam praestatur *culpa*, pari modo ac *commodatum*, cujus solius, non vero aliorum contractuum, mentionem JCtus fortasse fecit, quoniam de *commodato* proxime egerat. Conf. notata ad *L.* 23. *de reg. Jur.* Quando autem addit: *venit et custodia*, hoc non significat, creditorem praestare etiam *culpam levissimam*, ut quidam volunt, sed sensus est, oportere creditorem pignus quoque *custodire*, seu curare, ne ab aliis damnum patiatur. Eodem sensu Paulus, in *L.* 5. §. 4. *praescr. verb.* dicit: *possum enim tibi mandare, ut et* custodiam *mihi praestes*, etc. et Gajus, *in Inst. Veron. Lib.* III. §. 207. ait, depositarium *custodiam* non praestare, *tantumque in eo obnoxium esse, si quid ipse dolo fecerit.* Denique vim ma-

majorem, seu casum fortuitum, praestandam non esse; hic de *creditore* pari modo traditur, ac de *conductore* illud adferitur in *L.* 28. *Cod. de locat. conduct.*

L. 16. *Lege non refragante. Legem* hic significare *Orationem D. Severi*, ut in *L.* 6. *de feriis et dilat. Orationem D. Marci*, notavit Noodt. *ad Tit. Pand. de feriis et dilat.* VS. *Quod attinet* etc.

L. 17. not. 1. add. notata ad *L.* 1. §. 17. *ne quid in loco publ.*

L. 18. *pr.* Vid. Merill. *Obs.* VII. 35.

§. 3. add. Gluck. *ad Tit. quib. mod. pign. vel hyp. solv.* §. 1106. *p.* 458.

L. 20. not. 1. add. Des. Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 23. §. 2. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1268.

L. 22. not. 3. add. Lud. Vital. *Variar. Lection.* II. 16. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 680.

L. 24. §. 2. not. 2. de varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 368. *seq.*

§. 3. de interpunctione hujus §. vid. Dirksen. *loc. modo laud.* add. Leonin. *Emend.* VII. 22. *in fin.*

L. 25. *imbutos.* „Id est, artificiis istis institui coeptos, quum darentur pignori." Voorda.

L. 26. add. Gluck. *ad Tit. de pignor. et hyp.* §. 1077. *p.* 186. *seqq.* et *ad Tit. qui testam. fac. poss.* §. 1414. *p.* 379.

L. 33. not. 1. add. Narium, *Analector.* II. 30. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 468.

L. 34. *Titius cum credidisset* etc. „Titius igitur erat creditor. At quo pacto tum *potere* ipsemet a creditore potuit, *ut fundum certo pretio emtum haberet*, sicut mox in textu dicitur? Est qui legat: *cum credidisset pecuniam Sempronius.* Malim ego: *cum ei credidisset pecuniam Sempronius.*" Voorda.

L. 36. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 25. §. 5. *not.* 40. *Et ita Pomponius scribit.* „Forte *Lib.* XXVII.

Vid.

Vid. *L.* 9. §. 3. *de dol. malo.*" van de Water.

§. 1. Vid. Cujac. *Obs.* XIII. 21.

L. 39. not. 1. Etiam Eck. *ad Tit. Pand. de pignor.* §. 23. Nomina, quibus JCti utuntur exemplis sustentandis, saepe confundi, docet Bynkersh. *Obs.* I. 22.

L. 40. §. 1. Vid. Bachov. *de Pignor.* III. 26.

L. 41. not. 2. add. Jan. a Costa, *ad* §. 7. *Inst. de action.* not. 3. add. Gluck. *ad Tit. de pign. et hyp.* §. 1077. *p.* 203. Dissensum JCtorum agnoscit quoque Averan. *Interpr. Jur.* IV. 22. *num.* 14.

L. 42. not. 3. *ex pacto* legit quoque Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 62. *error.* 3. De varia hujus loci lectione vid. et Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 369.

L. 43. not. 1. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 17. §. 1. *not.* 3. et Gluck. *ad Tit. de evictione.* §. 1116. *not.* 52. *p.* 181. De varia vocis *auctoritatis* lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 369 *seq.*

§. 1. not. 1. *non teneri.* „Id est, neque *creditorem*, neque *debitorem*. Non *creditorem*, quia culei sine ipsius culpa ablati erant. Non *debitorem*, si forte culei deteriores facti sint, et ob id pignus deterius sit factum; aut si forte creditor nonnullas fecerit impensas ad culeos recuperandos. Hinc utitur JCtus voce *intertrimenti*, non *detrimenti*. Vid. Ascon. Pedian. apud Budaeum, *ad h. l.* Nodum hic in scirpo quaerit Gothofredus, et praeter necessitatem lectionem sollicitat Hoffman." van de Water.

Lib. XIV.

Tit. I. *de exercitoria actione.*

L. 1. *Et sic contrahat: in navis magistro non ita. Contrahat*, id est, *contrahat: at in navis magistro* etc. legit Rucker.

§. 9. add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 6.

§. 20. not. 1. Florentinam *ad summam rempubl.* recte de-

defendit Cujac. *Obs.* XII. 32. et Giphan. *ad Paul. Sent.* V. 21. §. 5. *not.* 11. — Non propter *mercaturam*, sed *annonae* caussa. Averan. *Interpr. Jur.* II. 13.

§. 24. *Si cum utro eorum actum est.* Pro *alterutro*, nisi forte hic pro *utro* legendum sit *uno*. Brisson. de Verb. Sign. voc. *uter.*

L. 4. *Pro* proportionibus *exercitionis.* Flor. *portionibus*, atque ita legendum. Hoffman. *Meletem ad Pand. Diss.* XIV. §. 8.

Tit. II. *de Lege Rhodia de jactu.*

L. 2. not. 5. de varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B.* *p.* 370.

§. 2. *quia id tributum* observatae *res deberent. Conservatae* vel *adservatae* legit van de Water. *Ob servatas*, Al. Vid. D. Goth. et Geb. *h.*

L. 4. §. 2. not. 2. *Papirius — respondit.* In *Libris Responsorum*, secundum Bertrand. *de Jurisper.* II. 39. §. 6.

L. 9. not. 7. add. Duker. *ad Liv.* XXVI. 47. §. 2. not. 8. add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de division. rer.* §. 4. et Gabr. Trivor. *Obs. Apolog. Cap.* 24. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 270. — *Marcum Antoninum* intelligit Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B.* *p.* 47.

L. 10. not. 1. „Cujacius, *Obs.* III. 2. hanc Legem explicat ex sententia sua, ratus in *factorum* locatione eum solum vocari *locatorem*, qui rogavit alterum, caussamque contractui dedit, nullo discrimine, det an accipiat mercedem. Vid. ej. *Obs.* II. 28. Eo etiam inclinare videtur Bynkershoek." Voorda.

§. 1. not. 1. add. de varia hujus loci lectione Dirksen. *loc. modo laud.* *p.* 370. *seq.* „Recte Bynkershoek. legit *vectaret*, sed locum ita emendatum non recte exponit, affingens textui, nautam impeditum navigare contendisse a te, ut remitteres ipsi poenam promissam, et, cum negasses remittere, poenae committendae metu conduxisse navem aliam, sed deteriorem, quum aeque bo-

nam non posset: in hanc translatas merces tuas ea navigatione periisse. Quibus omnibus extrinsecus petitis nihil opus est. Repetendum tantum ex superioribus, nautam hoc quoque casu retentum publice, eoque factum, ut intra constitutum diem exponi merces in loco constituto nequirent: hoc casu si paratus est nauta, merces remissa sibi ea poena transvehere, ait Paulus, idem juris esse, hoc est, non esse tibi cum eo actionem ex conducto, ne ad poenam quidem petendam: haec enim sine ipsius culpa erat commissa, et simul ac poterat, vectare merces paratus erat." Voorda.

§. 2. not. 1. add. Heinecc. *in Praef. Tom.* II. *Jurispr. Rom. et Attic. p.* 14.

Tit. III. *de institoria actione.*

L. 1. *Æquum Praetori visum est*, etc. De naturali aequitate, quae hanc actionem dictat, Grotius, *de Jur. Bell. ac Pac.* II. 11. §. 12. *et* 13.

L. 5. *cuicunque.* Hal. et Al. *quicunque*, sed Florentina recta. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 371.

§. 1. *Servius* Lib. I. *ad Brutum.* Id est, *Lib.* I. *ad edictum*, secundum Bertrand. *de Jurisper.* II. 11. §. 15.

§. 8. add. Jac. Gutber. *de Jur. Man.* I. 15.

L. 11. §. 3. not. 3. add. Gul. Forner. *Selection.* I. 24. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 35. et Salmas. *de Modo usur. Cap.* 15. *p.* 661. *seq.*

L. 13. not. 1. *Arelate* scribendum recte notasse Brencman. observat quoque Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 371. *seq.*

L. 17. §. 2. not. 1. „Minus bene de hoc §. Faber, *Conj.* II. 11." van de Water.

§. 3. not. 1. „*Furiosus* delet Ant. Faber, quia furiosus, nisi sit *suus* vel *necessarius* heres, adquirere hereditatem non potest. *L.* 63. *de adq. vel om. hered.* Sed refragantur ei Codd. omnes, neque necessaria illa emendatio, si modo intelligamus eum, qui, dum jacebat he-

meditans, agitabatur furore, deinde vero dilucidum pacitum intervallum hereditatem adiit: nam et illi, quibus haec intervalla obtingunt, passim appellantur *furiosi*." Voorda. Conf. Schulting. *loc. laud.*

L. 20. not. 1. add. Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur.* p. 40.

not. 2. de varia vocis *protestandam* lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B.* p. 372.

Tit. IV. *de tributoria actione.*

L. 1. §. 1. add. F. C. C. Tydeman. *Diss. de Pedio JCto*, p. 41. Lugd. Batav. 1822.

L. 5. §. 1. not. 1. Florentinam lectionem non esse sollicitandam, docet quoque Bav. Voorda, *Thes. Controv. Dec.* 21. §. 9. et Gluck. *ad Tit. quando ex facto tutor.* §. 1346. *not.* 70. *p.* 52.

L. 5. §. 15. *Si praeter mercem servus* etc. Hal. et Al. *propter*, sed Florentinam referre quoque Cod. Reg., eamque et Basilic. confirmare, notat Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B.* p. 372.

§. 16. *ad Fucinum*, scil. lacum, Ant. Augustin, *de Nomin. propr. Cap.* 7. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 488.

§. 18. not. 1. Ut rei venditae et traditae dominium non transeat, nisi soluto pretio, id ex Lege Platonis in XII. *Tabb.* translatum esse, docet Forner. *Selection.* I. 8. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 15. Sed an quidem hac de re XII. *Tabb.* quicquam cautum fuerit, dubitat Otto, *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur.* p. 21. et *ad* §. 41. *Inst. de rer. division.* Vid. tamen Dirksen. *ad Lb.* XII. *Tabb.* p. 499. *seqq.*

L. 7. §. 2. *Sed re comperta si non tribuat*, etc. Male Al. *comparata*. Vid. Budaeum, *ad h. l.*

L. 9. §. 2. *Sed Pomponius* Lib. LX. *scripsit*. Forsan *Lib.* LX. *ad Edictum*, Bertrand. *de Jurispr.* I. 11. §. 6.

Tit. V. *quod cum eo, qui in aliena potestate est*, etc.

L. 2. not. 5. *quasi fidejussionem esse videri, cum quis pro alio*

alio debitum suscipit, hoc est, *expromittit*, Cujac. *Obs.* XIII. 35. *in fin.* — *Sententiam* conservavit *Imperator*. D. Goth. *in not.* *Confirmavit*, Hal. „Sed Florentinam defendit Cujac. *Obs.* XVII. 20. quia si confirmaretur, confirmatio retrotraheretur; atqui sententia majoris Judicis, qua injusta pronunciatur appellatio, non retrotrahitur. *L.* 6. §. 1. *in fin. de his qui not. infam.*" Voorda. — Intelligere Paulum *Caracallam*, cujus in his *Decretorum Libris* passim meminit, notavit van de Water.

Tit. VI. *de SCto Macedoniano.*

L. 2. Pertinere hanc Legem ad Tit. *de separationibus*, notat Merill. *ad L. Decision. Justin. Cap.* 2. in fin. add. Galvan. *de usufr. Cap.* 8. *num.* 18.

L. 5. §. 3. not. 1. *in creditum abiit.* Ita Flor. Sed Hal. et Vulg. *abii.* Vid. Brencm. *h.* Atque ita legendum ob ea, quae sequuntur, notavit Voorda.

§. 4. not. 1. add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de adoption.* §. 17.

L. 7. §. 7. not. 1. *Severius* etiam Charond. *h.* in margine.

§. 11. not. 1. van de Water legit: *interdum, tamen etsi* etc. not. 2. *peculiarem mercem* etiam Cod. Pand. Erlang. Vid. Gluck. *ad Tit. de institor. action.* §. 892. *not.* 27. *p.* 244. qui Nerium sequitur.

Lib. XV.

Tit. I. *de peculio.*

Qua ratione Praetor *actionem de peculio* introduxerit, eleganter exponere Henr. a Suerin. *Repet. Lection.* I. 10. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 26. *seq.* monuit Rucker. *in not. MSS.*

L. 1. §. 4. not. 1. Verbum *actionis* saepe subintelligi, docet Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 17. §. 1. *not.* 5.

L. 3. not. 1. *Tamen* hic abundare, dicit quoque Salmas. *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 2. *p.* 19.

§. 12. not. 2. Pari modo hunc locum interpungit Rucker. *in not. MSS.*

L. 5. §. 2. not. 1. *Schulting. Thes. Controv. Dec.* 41. §. 5. Lege: *Dec.* 39. §. 5.

L. 7. §. 1. not. 2. De varia hujus loci lectione Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 373.

L. 9. §. 7. not. 1. „Ant. Matth. *de Criminib.* XLVIII. 5. *Cap.* 1. *num.* 9. in fin. putat, hunc §. pugnare cum *L.* 25. §. 3. *de aedilit. edict.* Sed bene haec explicarunt Bachov. Fabrot. Toullieu, [locc. laudd.]". Voorda. not. 2. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 31. *not.* 11.

L. 11. §. 8. not. 1. Uti Hal. etiam Cod. Reg. et Kob. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 373.

L. 17. *Sicut ipsi vicarii sunt in peculio.* Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 17. *Inst. de Legat.*

L. 19. §. 1. Interpolatum hunc §. a Triboniano, docet Fab. *Conject.* VIII. 14.

L. 21. §. 1. not. 2. add. Voorda, *Thes. Controv. Dec.* 21. §. 9. *p.* 292.

L. 27. §. 8. not. 2. add. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 375.

L. 30. §. 6. *Objiciendo — objici. Adjiciendo — adjici* legi mavult Cujac. *in Comm. ad L.* 5. *Cod. de exception.*

L. 32. *Commentatio ad hanc Legem* est F. L. Keller. Goetting. 1822.

L. 37. *teneberis de peculio.* Quod fuit venditionis tempore. Cujac. *Obs.* II. 30.

L. 41. *quam ad jus Civile referimus* etc. Vocem *Civile* sine ratione expungere Fab. *Jurispr. Papinian. Tit.* II. *Princ.* II. notavit van de Water.

L. 42. not. 2. add. Conrad. *Parerg. p.* 186.

L. 47. §. 1. nisi *in rem domini. Nisi si*, ope geminationis, Rucker. *in not. MSS.*

§. 3. *competere in reliquum. Competere in* etc. id est, *competere ei in reliquum* etc. Rucker.

L. 50.

L. 50. §. 3. *Quae pro capite servi* facta. Id est, *soluta*. Forner. *ad L.* 218. *de verb. sign.*

L. 51. add. Gluck. *ad Tit. quando ex facto tutor. etc.* §. 1346. *p.* 32. *seq.*

L. 54. not. 2. add. Pard. Pratej. *Jurispr. Med.* I. 25. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 519.

Tit. II. *quando de peculio actio annalis est.*

L. 1. §. 4. *Sed et si alio modo* etc. Vid. ad haec Cujac. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 10. §. 5. *not.* 12. et Noodt. *ad Tit. Pand. de adoption.* in fin.

§. 9. de varia hujus loci lectione Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 373. *seq.*

Tit. III. *de in rem verso.*

L. 3. §. 4. *Pati debet dominus, creditorem haec auferre.* Hoc quo modo sine damno domus fieri possit, explicat Budaeus, *ad h. l.*

§. 9. *Curiosus igitur debet esse creditor*, etc. Coccejum, *Exercit. Curiosar. Vol.* I. *p.* 1591. hic citavit Rucker.

L. 10. §. 10. *et filius creditum* tibi *solvisset*. *Sibi* legit Fab. *Conject.* XI. 7. *num. ult.* Sed male, ut notavit van de Water.

L. 14. not. 1. *in quod* etiam Rucker.

L. 16. *alios* redemerat, *nummos venditori non solverat*. Rucker. legit: *redemerAT*, id est, *redemerat, at nummos* etc.

Illud sibi *videri.* „Haec vox non ad *Alfenum* referenda, sed ad ejus Praeceptorem *Servium Sulpitium*, qui hic respondet, ut in plurimis Alfeni responsis. Exempla vid. apud Bynkersh. *Obs.* VIII. 1. Atque sic haec vox servanda in *L.* 43. *pr. de damn. inf.* ubi perperam variant Codd. Plena locutio est in *L.* 22. *de ann. legat. L.* 203. *de verb. sign.*" van de Water.

not. 1. de verbo *conturbare* vid. et Herald. *de Rer. judic. auct.* II. 25. *num.* 19. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1 0.

p. 1890. — Idem Burman. etc. legit reparare. „ Sed Burman. pro *venire* exhibet *venidere*, ex corrupta edit. Gothofr. in 4to Genev. 1620. qua lectione deceptus legi vult *reparare*." Rucker. *Reparari* pro *emi* etiam in *L.* 39. §. 2. *de furt. liber.* ubi vide.

L. 18. not. 1. de varia hujus loci lectione Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B.* *p.* 374.

Tit. IV. *quod jussu.*

L. 1. §. 5. *Sed quia aliud est jubere. Aliud est fidejubere* addit Hotom. *Epitom. ad Tit. de serv. corrupt.* num. 7.

L. 5. *Junge L.* 29. etc. add. Merill. *ad Tit. de reb. credit.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 682.

Lib. XVI.

Tit. I. *ad SCtum Vellejanum.*

L. 4. §. 1. *quia facilius se mulier obligat, quam alicui donat.* Vid. Merill. *Obs.* V. 20.

L. 7. *nullam tamen replicationem* etc. „ Si scil. hoc *mandati* judicio ab ipso conventa utatur *exceptione SCti.*" Voorda.

Et pecunia fidejussoris *liberatur. Fidejussoris is*, ope geminationis, Rucker.

L. 8. §. 2. not. 2. de varia lectione verborum: *in prima visione*, vid. et Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 374. *seq.*

L. 17. §. 1. *qui idem pignus* acciperet, *mulieri* etc. *AcciperET*, id est, *acciperet*, *et mulieri* etc. Rucker.

L. 18. add. Fab. *Conject.* XI. 1.

L. 19. §. 2. de varia hujus §. lectione Dirksen. *loc. modo cit. p.* 375.

L. 24. §. 3. not. 1. Sed lectionem Florentinam optime tueri Ant. Fab. *loc. laud.*, ait van de Water.

L. 32. §. 1. *Vera est eorum opinio.* Nempe Juliani. Vid. *L.* 39. §. 1. *de reivind.* ibiq. Cujac. *in Comm.*

Tit. II. *de compensationibus.*

Ab

Ab initio tantum ex eadem caussa admissa fuisse videtur *compensatio*, non etiam ex caussa dispari, uti postea obtinuit. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 5. §. 3. *not.* 11. — Hodie ex *L. ult. Cod. h. t.* plane corpora cum pecunia compensari posse, putat Merill. *Obs.* IV, 35. Sed vid. Gluck. *h. tit.* §. 950. *p.* 73.

L. 4. *male peto. Male petere*, vel *agere*, et *nihil agere*, quid JCtis significet, Langebek. *Annotation. Cap.* 17. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 557. *seq.*

L. 10. §. 2. *Id est*, pro *idem est*, legit quoque Jo. Suarez. *ad L. Aquil.* I. 5. *Sect.* 5. *num.* 38. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 73.

§. 3. *quae instar actionum habent.* Id est, *stipulationes Praetoriae cautionales.* Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de division. stipulation.*

L. 14. Male Graecos hanc Legem *Ulpiano* tribuere, notavit Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XV. §. 9.

L. 17. not. 1. *Aediles municipales* intelligit quoque Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 16. *p.* 176. — *add. Cujac. Obs.* etc. „qui luculenter ostendit, hanc Legem non pugnare cum *L.* 20. *D. L.* 3. *Cod. h. t. L.* 46. §. 5. *de jur. fisc.* constituta differentia inter aedilem et curatorem rei frumentariae, seu annonariae. Conf. Lyclam. *Membran.* III. 13." Voorda.

L. 20. not. 5. *Hoffman. Meletem.* etc. Sine ratione Hoffman. hunc textum emendare, notarunt quoque Rucker. et van de Water.

Tit. III. *Depositi vel contra.*

L. 1. §. 14. *si vero* suaseris *mihi* etc. *Persuaseris*] etiam Cod. Reg. et Kob. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 378.

§. 21. *cum restituendi facultatem* etc. Cum restituendi, id est, *cum rem restituendi* etc. Rucker. et mox *si ante condemnationem* restituendi.

§. 25. add. Vinn. *ad Peckium*, *de re nautica*, *p.* 287. *seqq.*

§. 32.

§. 32. de varia lectione verborum: *cum sciret esse alienum*, vid. Dirksen. *loc. modo cit. p.* 576.

§. 33. *Quae* sententia *vera mihi videtur.* Flor. *sentia.* Vid. Rucker. *Diss. de Civil. et natur. temp. comput.* in *Praefat. p.* 10.

§. 38. *Judicia secreta.* „Ego non dubito legendum: *judicii secreta.* Sic in *L.* 41. *pr. ad L. Aquil. secreta judiciorum*, ubi agitur de eodem casu. Sic in *L.* 70. *de hered. instit. secretum alienae voluntatis*, et in *L.* 3. *Cod. de codicill. secreta voluntatis.*" van de Water.

L. 7. §. 2. „*depositarius* hic abusive pro *deponente* ponitur: idem evenit in *L.* 24. §. 2. *de reb. auctor. judic. possid.*" Rucker. add. Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *depositarius.*

not. 3. *Schulting.* etc. Aliorum conciliationes minus probabiles esse, notavit Voorda.

L. 13. §. 1. *Sed non antequam* etc. „Id est, utendo, vel vendendo, furtum fecerit: nam intelligitur *condictio furtiva*, quae sola *domino* competit. *L.* 16. *de condict. furtiv.* Fab. de Errorib. *Pragm. Dec.* 79. *error.* 7." Voorda.

L. 14. §. 1. *Fab. de Errorib. Pragm.* etc. et *Conj.* XVI. 19. *num.* 46.

L. 16. not. 2. *Ut actiones suas tibi praestet.* „Hoc desiderabat subtilitas juris, a qua tempore Africani nondum erat recessum in plurimis: sed postea tempore Pauli receptum est, ut primus deponens haberet *actionem depositi utilem* contra ipsum secundum depositarium. Paul. *in Sent.* II. 12. §. 8. ibiq. Schulting. *not.* 12." Rucker.

L. 18. *et intra annum quoque.* „Sensus est, in heredem tantum *in simplum* agi, etiamsi agatur intra annum. Fab. Schulting. [*locc. laudd.*] Male igitur ex his verbis ratiocinatur Jan. a Costa, *ad Tit. Cod. ex del. defunct.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 716. ratus, signi-

„ nificari heredes post annum non teneri." Voorda.
Et in perpetuum datur. Non enim actio depositi *miserabilis* considerande tanquam *Praetoria*, sed tanquam *Civilis* actio. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 12. §. 11. *not.* 17.

L. 20. not. 2. add. Cujac. *Obs.* XXII. 30.

L. 24. not. 3. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 12. *num.* 13. Pluribus de hac Lege egit quoque Theod. Lamb. Prins, *Diss. de iis, quae sunt singularia in mutuo*, *p.* 66. *seqq.* Lugd. Batav. 1785.

L. 25. §. 1. add. Otton. *in Papinian. Cap.* 12. §. 3. *p.* 375. ubi Papinianum defendit contra censuram Hotoman. *Obs.* IV. 12. putantis, aliter hic eum scripsisse in *Responsis*, quam superiore Lege in *Quaestionibus*.

L. 26. Certe, *si aliquid mihi humanum* etc. Al. *ceterum*. quod probare videtur Burman. *ad Sueton. in August. Cap.* 49.

§. 1. add. Cujac. *Obs.* XXVII. 18. Aliam versionem Latinam dat Alciat. *Dispunct.* I. 18.

L. 29. §. 1. add. Gluck. *hoc Tit.* §. 940. *p.* 169. qui tacitum deponentis consensum intelligit.

L. 32. not. 1. *dolum esse.* „ Id est, in doli crimen cadere. *L.* 1. §. 5. *de oblig. et action.* adeoque effectum doli habere, pro dolo accipi: nimirum in *deposito*, ut sequentia textus verba indicant, idque ratione *infamiae*: nam ut depositarius teneatur ob *latam culpam*, ad id minime opus est, ut *lata culpa* habeatur pro *dolo*, quum contractus nullus sit, in quo non aeque praestetur *lata culpa* ac *dolus*, immo quum ea in ipso quoque *deposito* perinde praestetur. *L.* 1. *Cod. h. t.*" Voorda.
not. 4. *Nam et si quis non ad eum modum* etc. „ Negationem tollit Faber [*loc. laud.*] et *in Ration. ad h. l.* eoque inclinat etiam Russard. notante Pacio, *h. l.* Sed minus recte, et sine ulla necessitate: nam sensus est, etsi quis non tam est diligens, quam exigit communis ho-

hominum natura, sed dissolutius agit, atque homines ordinario agere vult ratio, tamen hunc debere eam saltem curam *deposito* adhibere, quam adhibet rebus suis, alioquin dolo non carere. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. *ult.* Schulting. [*loc. laud.*]. Sed quum non ita versari in rebus, ut bonos patresfam. decet, *culpa levis* sit, non *lata*, vereor, ne secundum istam explicationem significetur a JCto, fraude non carere depositarium, si ea, quibus omissis *levis culpa* contrahitur, fecit in suis, in *deposito* non item: adeoque vel ipsam *culpam levem* dolum esse: quod a re et a scopo JCti alienum est, ut constat ex verbis ejus initialibus. Itaque malim dicere, in vs. *nam et si quis non ad eum modum* etc. loqui JCtum de diligentia, quam generatim et indefinite *hominum* natura desiderat, proinde natura omnium hominum. Itaque loqui eum de diligentia, quam ab omnibus adhiberi ratio vult, quamque ordinario adhibent omnes. Hanc qui non adhibet in deposito, *latam* admittit *culpam*, quam culpam JCtus in vs. *nisi tamen ad suum modum* etc. dolum esse significat, si depositarius ne fecerit quidem in *deposito*, quod fecit in re sua, idque confirmat in *fin.* textus. Ceterum peccant plerique in eo, quod hic doceri putant, vel quaenam sit *culpa lata*, quodve indicium ejus, vel an et quando praestanda sit *lata culpa* in *deposito:* quum verba initialia et finalia perspicue doceant, textum huc pertinere, *latam culpam* in *deposito* incidere in doli crimen posse." Voorda. Egit de hoc loco etiam Hasse, *die culpa des Röm. Rechts*, *p.* 259. *seqq.*

Lib. XVII.

Tit. I. *mandati vel contra.*

L. 1. §. 1. *Vel per epistolam.* Proprie tamen *mandatum* sit sine scripto, aut epistola. Cujac. *Obs.* XXVII. 59.

L. 5. §. 2. Conf. Gaj. *Inst. Veron. Lib.* III. §. 161. add.

add. Jan. a Costa, ad §. 8. Inst. h. t.
L. 4. Vid. §. 8. Inst. h. t. V.f. diversae scholae auctores etc. quae tamen periodus non reperitur apud Gaj. in Inst. Veron. loc. modo cit.
L. 6. not. 3. add. Schulting. in Enarr. Tit. Pand. de procuratoribus §. 10. in fin.
§. 4. not. 1. quod mallet Noodt. „quia ceteroquin hujus et seq. §. eadem species est. Sed hoc verum non est: nam retenta lectione in §. 4. neque mandantis interest, neque mandatarii: et in §. 5. interest mandatarii in omnibus speciebus. Itaque retinenda lectio, praesertim quum constet, mandatum aliena gratia initum, valere, etsi neque mandantis interest, neque mandatarii. L. 2. pr. et §. 2. h. t. Marckart. [loc. laud.]" Voorda.
not. 4. add. Voorda, Elector. Cap. 7. p. 80. seq.
§. 5. not. 1. „Noodt. hanc periodum accipit de mandato, quod neutrius contrahentium, sed tertii gratia fuit initum. At hujus quidem rei nullum in textu exstat indicium: contra, nexus postulat, ut et haec verba pertineant ad mandatum mandatarii gratia initum, eoque pertinebunt, tametsi substituas at pro aut: quamquam pro lectione recepta stant Basilic. Marckart. [loc. laud.]" Voorda.
L. 8. §. 2. Lectionem Hal., quam etiam refert Cod. Reg., probat quoque Dirksen. Civil. Abhandl. I. B. p. 576.
§. 3. add. Glück. h. tit. §. 954. p. 259. seq.
§. 8. not. 1. „Olim qui appellabat, intra diem quintum ex die acceptorum apostolorum, ni juste appellaverit, sponsionem facere, et de certa poena, nempe in tertiam partem pecuniae in litem deductae, recte cavere debebat: si quis autem ob paupertatem cavere non posset, appellatio impediebatur. Vid. Paul. Sent. V. 33. §. 1. ibiq. Interpp." Rucker.
§. 10. de hoc §. egit quoque Hasse, die Culpa des Röm. Rechts, p. 477. seqq.

not. 2. *Sed et si reliquas.* Forsan legendum *si recipiant*

L. 10. §. 7. add. Noodt. *Probab.* IV. *ult.* §. 5.

§. 8. *Isque non sine usuris crediderit.* Vulg. *sub usuris.* Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 376. qui id videtur praeferre. Sed quare? non video, quum res eodem redeat: nam qui *non sine usuris* credit, haud dubie credit *sub usuris.*

§. 9. *nisi si salariarius fuit.* De varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *loc. modo laud.* De *salariariis* vid. et Jac. Gothofred. *de salario*, *Cap.* 1. *num.* 3. *Oper. Minor. p.* 211.

L. 12. §. 4. *Idem Marcellus ibidem ait.*". Haec ad praecedentem §. rejicienda videntur." Rucker.

§. 10. *Et ita Imp. Severus Hadriano* Demonstrati. *rescripsit.* *Demonstrati filio*; Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 577. De varia hujus vocis lectione vid. Brencm. *h.*

L. 13. not. 1. Etiam Voorda, Wielingium secutus, retinendam ait constantem omnium Codicum lectionem, firmatam quoque *Basilic.* auctoritate. Pari modo van de Water.

L. 16. not. 1. add. Pantoj. de Ajsl. *in L.* 2. *de aleator.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 976.

L. 26. §. 1. *cum non* antecesserit *mandatum*. Cod. Reg. *intercesserit.* Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 377. qui notat *Basilic.* hanc lectionem confirmare.

L. 22. §. 2. *aut cum rogatu* etc. „Hoc fiebat, ut creditor ex mandato consequeretur a fidejussore, quod servare non potuisset a debitore: nam Pauli aetate fidejussor liberabatur electo reo. Vid. Paul. *Sent.* II. 17. in fin. *L. ult. Cod. de fidejussor.*" Voorda. add. Cujac. *loc. cit.* et Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. h. t.*

§. 6. not. 1. Etiam van de Water *mactandum* legit, aut si Florentina lectio servanda est, in *pr.* legendum ait: *ad aedem.*

§. 9.

§. 9. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* III. 9. *num.* 16.

L. 24. *Seu ob immanes rei actiones.* Vulg. *immanes.* recta Flor., quam etiam servat Cod. Reg. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. B. p. 577.

L. 26. §. 6. *Non omnia* etc. Rectius ratiocinari Africanum in *L.* 61. §. 5. *de furt.* bene observasse Fab. *De Ration. ad h. l.* notavit van de Water.

L. 28. not. 1. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 17. §. 16. *not.* 48. et Jan. a Costa, *ad pr. Inst. quib. mod. toll. oblig.*

L. 29. §. 4. *de apicibus juris.* „Huc igitur pertinent exceptiones procuratoriae, *formulae non rite conceptae*, quum de debito satis liquet. Cujac. *Obs.* XXVII. 25." Voorda.

L. 53. not. 1. add. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B.* p. 377. *seq.*

L. 56. §. 1. *quod animadvertens ejus rei emtorem esse.* Vid. ad haec Rittershus. *ad Paul. Sent.* V. 12. *not.* 71.

§. 2. not. 1. *ingratus* pro *invito* etiam Gilb. Reg. *Enantioφ.* II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* II. p. 1609. Sed cum Cujacio *ingratiis* praefert quoque van de Water.

L. 58. §. 1. *nec* tamen *semper* etc. Particulam *tamen* hic abundare, putat Salmas. *ad Spartian. in Hadrian. Cap.* 2. *p.* 19.

L. 59. add. J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 89. *seq.*

L. 45. §. 3. not. 1. Florentinam defendere conari Orozi *de Apicib. Jur.* V. 9. notavit van de Water.

L. 58. §. 1. not. 1. add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de pact.* §. 56.

L. 59. §. 1. add. Cujac. *Obs.* XXVI. 16.

§. 4. *Ex hoc responso* etc. Spuriam hanc periodum esse, putat quoque Fab. *Conj.* XVII. 12.

§. 5. *indemnem rationem tuam esse ex causa mandati* etc. *tuam esse*, id est, *tuam me esse*, Rucker.

§. 6. Lege Salmas. *de Modo usur. Cap.* 12. *p.* 497. et

 Cap. 16.

Cap. 16. *p.* 685.

L. 60. §. 3. *vel tacito intellectu.* *Vel tacite intellectum* melius putat van de Water.

§. 4. ὡς κυρίῳ ὄντι τῶν ἐμῶν. Vid. Sanct. *Minerv.* IV. 4. ibiq. Perizon. *num.* 27.

Tit. II. *pro socio.*

L. 1. *vel sub conditione.* Eleganter dubitandi rationem aperire Cujac. *in Comm. ad h. t. Cod.* ait van de Water. not. 1. Triboniani manum non agnofcit quoque Bynkersh. *Obs.* VII. 12.

L. 3. §. 3. Vid. Noodt. *de Forma emend. dol. mal. Cap.* 7.

L. 4. *Et per nuntium.* Etiam per epistolam. Cujac. *in Comm. ad L.* 2. *de oblig. et action.*

not. 1. Hertium, *Disp. de societate facto contracta*, *Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 115. citat Rucker.

L. 5. §. 2. *donationis caussa* etc. Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de donation. p.* 449. hanc rationem reddit, quod focietas confenfu fit, donationis autem fubftantia confiftit in traditione alicujus rei.

L. 7. not. 1. add. Gronov. *ad Liv.* XXXIV. 11. §. 2.

L. 8. *cujusque* etiam al. Codd. Vid. Dirkfen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 578. qui Florentinam Bafilic. confirmare ait.

L. 10. *quasi debita* etiam Al. Vid. Dirkfen. *loc. modo cit.* qui Florentinam praefert.

L. 14. not. 1. add. Otton. *ad* §. 4. *Inst. h. t. not.* 3.

L. 17. not. 1. *accipit* expungit quoque van de Water. De varia hujus loci lectione Dirkfen. *loc. modo laud.*

§. 1. „Ex profesfo explicat Laur. Andr. Hamberger. *in Diss. de edicto perpetuo.* Jenae 1740." Rucker.

L. 20. *Idem* Lib. XXXI. *ad Edictum.* Numerus hic, aut in *L.* 47. *de reg. jur.* est corruptus. Anton. Augustin. *Emend.* I. 7. in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1451. Vid. ad *d. L.* 47.

L. 22. Τὸ *ei* abest quoque a Kob. et Ven. Cod. Reg. ve-

vere pro *el.* Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B.* *p.* 379.

L. 22. *prius quam inter eum.* De varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *loc. modo cit.*

L. 25. de hujus Legis *pr.* Hasse, *die Culpa des Röm. Rechts*, *p.* 327. *seqq.*

L. 29. §. 2. not. 1. add. J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom.* *Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 90. *seq.*

L. 35. *parere* tuetur quoque Marckart. *Interpr. rec. Lection.* I. 7. *p.* 48.

L. 40. not. 1. add. de varia hujus loci lectione Dirksen. *loc. modo cit.*

L. 51. *pr.* Haec respiciunt ad *L.* 45. quae cum *L.* 47. et 51. uno spiritu legenda est. Labitt. *Us. Indic.* *Cap.* 3. §. 1. *in fin.* in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster.* *p.* 36.

L. 52. §. 2. *Utrum ergo tantum dolum* etc. Vid. Schrader. *Comm. ad* §. *ult.* *Inst.* *h.* *t.*

not. 2. „*Politori* defendit Burman. *Comm. ad Phaedr.* IV. 4. *vs.* 26. Sic *impolitiae*, id est, *incuriae*, notabant Censores Equitem, qui equum gracilentum, aut parum nitidum haberent. Gell. *Noct. Attic.* IV. 12. unde agrum *polire* dici potuit." Rucker. add. Küstner. *loc. laud.*

not. 4. Nihil quoque mutat Voet. *ad h. t. Pand.* §. 12.

§. 3. not. 2. Pro *valde prudentibus* etiam accipit Suarez. *ad L. Aquil.* II. 2. *Sect.* 1. *num.* 22. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 89. — *In prudentibus* etiam Cod. Reg. et Kob. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B.* *p.* 379.

§. 10. not. 1. add. de varia vocis *certis* lectione Dirksen. *loc. modo cit.* *p.* 380.

§. 15. *Impensi* legit quoque Rittershus. *ad Phaedr.* *Lib.* I. *Fab.* 2.

§. 18. *Aufidius refert*, Scil. *Namusa*. Bertrand. *de Jurisper*, II. 13. §. 2.

L. 60. add. Voet. *ad h. t. Pand.* §. 17. Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de usur.* *p.* 201. Gluck. *ad Tit.*

 de

de usur. §. 1150. *p.* 34. *seq.*

L. 62. add. J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 91. *seqq.*

L. 63. not. 2. *Societas aequatio juris est*, Liv. VIII. 4.
§. 3.

§. 1. not. 1. add. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 380.

§. 8. not. 1. de varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *loc. modo laud.*

§. 9. Vid. et ad hunc §. Chesium, *Differ. Jur. Cap.* 8. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 636.

§. 10. add. Merill. *Obs.* IV. 21. et Bav. Voorda, *Thes. Controv. Dec.* 9. §. 2. in fin.

L. 65. not. 2. Lectio Florentina praeferenda. Vid. Dirksen. *loc. modo laud. p.* 380. *seq.*

§. 10. *Deinde tunc sequatur res, de qua societatem coierunt.* „Id est, deinde alter emerit, cujus emendi caussa societatem contraxerant." Voorda. Conf. Pothier, *hoc tit. num.* 58.

L. 16. not. 1. Hoc omififse Jauchium, *de Negation. Pand.*, monuit Voorda.

not. 2. add. de varia hujus loci lectione Dirkfen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 395.

L. 20. not. 1. Paulus, *in Sent.* II. 13. §. 1. vocat *fuperfluum*, id est, id quod plus est in pignore, quam in credito. De voce *hyperocha* quaedam Cujac. *Obs.* IV. 25. add. Nerium, *Analector.* II. 50. in Thef. Otton. *Tom.* II. *p.* 469.

Tit. V. *de diftractione pignorum et hypothecarum.*

De diftractione pignoris, vel nulla, vel una, vel trina denunciatione interveniente, vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 5. §. 1. *not.* 4.

L. 5. §. 1. *emtionis titulo*, „Non tamen ut veri emtores, neque pleno emtionis titulo, quia res cum fructibus, pretio et ufuris oblatis, ipfa auferri potest. *L.* 59. *de fidejusfor.* Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 517. add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 9. *error.* 4. *num.* 3." Voorda.

L. 6. not. 1. *De jure offerendi, ex quo in priorum creditorum locum fuccedityr*, Exercitatio est Hauboldi, quae exftat in ejus *Opuscul. Vol.* I. *p.* 573. *feqq.* add. Gluck. *ad Tit. qui potior. in pignor.* §. 1097. *p.* 351. *feqq.*

L. 7.

L. 7. §. 2. not. 3. Voorda, recensitis aliorum quorundam emendationibus et interpretationibus, addit: „Optimum est, retenta Florentina, verba *ut pactioni stetur*, quasi restrictionis loco, atque ita accipere: *venditio est nulla, non tamen prorsus et in totum, sed hactenus, ut pactioni stetur.* Ratio dubitandi, num valeat pactio, satis est praegnans: quia videtur obstare libertati civium, et dispositioni de rebus suis, et quod securitas creditori manens sufficiat. Ratio decidendi est, quia de pignore jure honorario nascitur actio, cui pactum adjici possit, quod ad tempus alienationem impediat, nimirum donec pignus luatur: adeo ut creditori, qui nunquam fuit dominus, non detur quidem *reivindicatio*, sed *hypothecaria* pacto formata, et quidem duplici effectu: 1°. quia multum interest, utrum pignus *hypothecaria* avocetur, si nullum est pactum de alienando initum, quam si nullitatis ratio ob pactum accedit: nam hoc casu creditor non oneratur probatione, rem in bonis debitoris fuisse, cum pacisceretur, qua probatione alias oneratur. *L.* 15. §. 1. *de pignor. L.* 23. *de probation.* 2do. quod tertius possessor beneficium ordinis opponere nequit, quia venditio propter pactum illud hactenus fuit nulla, ut possessio penes debitorem mansisse videatur. Alias utilitates et effectus dedit Jac. Gothofredus, de quibus tamen dubitare licet."

L. 11. Idem est responsum in *L. ult. h. t.* ubi vide.

L. 12. §. 1. not. 2. add. Noodt. *ad Tit. Pand. de negot. gest.* Vs. *Postremo* etc.

Tit. VI. *quibus modis pignus vel hypotheca solvitur.*

L. 1. §. 1. Vid. ad hunc §. Seb. Corn. Klinkhamer. *Comm. de Jur. Rom. loco, qui est de donationibus, ex Fragm. Vatic. nuper illustrato, p.* 83. *seqq.* Amstelod. 1826.

L. 2. Vid. Ant. Fab. *Conject.* XVI. 16.

L. 3. add. Cujac. *Obs.* XXIV. 36.

L. 8. §. 4. not. 1. Hotoman. *Obs.* VII. 7. verba *pro indiviso* transponit, legens: *possideat, quia de parte pro indiviso convenisset*, etc.

§. 6. *inverecunde applicari* etc. Hanc locutionem explicat Noodt. *Obs.* I. 4.

§. 7. not. 2. add. Cujac. *Obs.* XXVI. 15.

L. 9. not. 1. *in assem.* Id est, *in solidum.* Eck. *ad Tit. Pand. de usur.* §. 15. add. Raevard. *loc. laud.*

L. 10. *nam sicut debitori ita et creditori* etc. „ Levem hanc esse rationem, judicat Bachov. *de Pigneritb.* III. 28. *in fin.*" van de Water.

L. 12. not. 3. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 8. *num.* 20.

Lib. XXI.

Tit. I. *de Aedilitio edicto*, etc.

„ Suetonium, in Libro *de Vitiis corporalibus*, quem laudat Servius, *ad Virgil. Eclog.* III. *vs.* 8. et *Aeneid. Lib.* VII. *vs.* 627., hoc edictum explicuisse, putat Torrent. *in Praef. ad Sueton.*" van de Water.

L. 1. *Labeo scribit.* In *Libris ad edictum*, secundum Bertrand. *de Jurisper.* I. 7. §. 15.

§. 1. not. 2. Imo olim nudari solita mancipiorum promercalium corpora, ut ita facilius vitia, si quae forent, occulta cognoscerentur. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* II. 26. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 187.

§. 9. not. 5. „ Haec sic vel legenda vel capienda: *neque enim nos ex animi vitiis aliquos minus sanos esse.*" Voorda. add. Gronov. *loc. laud.* — *Si quid sit animi vitium tale*, etc. „ Tale est, si usum corporis, ipsiusque adeo servi, impediat." Voorda.

L. 4. §. 1. not. 3. „ Forte *in quos ita animi vitium.*" Rücker.

§. 2. *Item aleatores et vinarios* etc. Vid. Gul. Forner. *Selection.* II. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 92.

§. 3. *vel morionem.* Vid. Marcil. *ad LL. XII. Tabb.*

Cap. 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 835. et Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *morio.* — *De errone.* Male Al. *de errore.* Vid. Ant. Augustin. *Emend.* III. 7. in eod. Thes. eod. *Tom.* p. 1515. *seq.*

§. 5. not. 2. add. Merill. *loc. modo laud.* p. 234.

L. 6. §. 2. *Spadonem* etc. „Sed *Eunuchus* morbosus est, certe ex Stoicorum et Proculianorum sententia. Vid. Merill. *Obs.* I. 25." Voorda.

L. 10. §. 4. *quod genus morbi Graeci vocant* νυκτάλωπα: Legendum: νυκταλωπίαν. Conrad. *ad Gell.* IV. 2. *not.* 27.

§. 5. *Atypus* est, qui voces non format. Merill. *Obs.* VI. 23. add. Conrad. *ad Gell. loc. cit. not.* 15.

L. 11. not. 1. Esse haec Labeonis, apparet ex Gell. *Noct. Attic.* IV. 2.

L. 12. §. 4. not. 1. Cujacium sequitur quoque Voss. *in Etymolog. Ling. Lat.* voc. *Scabo.*

not. 2. add. Scip. Gentil. *in Apolog. Apulej. not.* 115. *Oper. Tom.* VI. *p.* 57. *seq.* qui variis conjecturis relatis, tandem Florentinam tuetur. Minus bene haec explicat Const. Land. *Exercitation.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1590.

L. 14. §. 2. not. 2. Lectionem Haloandr. *concipere* etiam habere Cod. Reg. Kob. et Ven., testatur Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 395.

§. 8. *et qui jam discuti non possint.* Id est, *dissolvi.* Vid. Budaeum, *in Annot. ad h. l.* et Duker. *ad Flor.* III. 18. §. 9.

§. 10. not. 1. „Procul dubio intelligendus *Coelius Sabinus*, qui sub Vespasiano vixit. At difficultatem movet Bertrand. *de Jurisper.* II. 50. §. 2. ex *L.* 17. §. 15. *h. t.* ubi Labeo Coelii sententiam probare videtur, quod per temporis rationem esse nequit. Sed observandum, verba *ut Labeo probat* esse Ulpiani, qui tantum indicat, Labeonem ejusdem fuisse sententiae. Pari modo in *L.* 2. *de usu et habit.* Tubero probare dicitur Celsi sententiam, quamvis diu ante Celsum vixerit." van de Water.

L. 17. §. 15. *extra habitationem liberti* fuit. Hal. *fugit,*

etiam alii. Vid. Dirksen. *loc. modo laud.* *p.* 395.

§. 19. add. notata ad *L.* 9. *de manumission.*

L. 20. not. 1. Emendationem Höffmanni probat quoque Dirksen. *d. loc. p.* 395. *seq.* quamvis agnoscat, lectionem Florentinam etiam esse lectionem Vulgatam, aliorumque Codicum.

L. 21. §. 2. *iisdem diebus reddi. Id reddi*, *L.* 30. *h. t.* Cujac. *Obs.* XVII. 21. D. Goth. in not. „qui Triboniani error natus est ex singularibus litteris." Imo, ex eo quod non Sigla acceperit pro Siglis. Vid. Cujac. *d. loc.*

L. 25. §. 2. *Veteres enim fraudem* etc. Haec prioribus vix respondere, adeoque a sciolo quodam inserta esse, aut a Triboniano truncata, putat P. Faber, *Semestr.* II. 18. *p.* 423.

§. 5. not. 1. Florentinam, quam etiam Vulg. et Al. servant, tuetur etiam Dirksen. *loc. modo cit. p.* 396. Schroder. *Obs. Jur. Civ.* III. 15. *p.* 302. illud *pro veneno* glossam esse putat.

§. 8. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 17. §. 11. *not.* 50.

L. 27. *Sed et si quid emtionis caussa erogatum est.* Puta, in proxenetas, seu pararios. Perrenon. *Animadv.* II. 13. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 644.

L. 30. §. 1. Vid. ad hunc §. J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 121. *seqq.* Lugd. Batav. 1829.

L. 31. § 2. *Sive unus partus sit, sive plures.* „Ex his elicit Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 59. *error.* 9. cum ancilla redhibendum etiam eum filium, qui apud emtorem est conceptus; nam, inquit, parere illa apud emtorem non potuit saepius, quin ultimo saltem loco natus apud eum sit conceptus." Voorda.

§. 6. not. 1 „Perperam de usuris usurarum hic somniat Gothofredus: cujus somnia turbare non debuissent Hoffmannum: JCtus enim intelligendus de *peculio*, et *usufruc-*

fructu, de quibus in §. 3. et 4. cujus fructus restituendi sunt." van de Water.

§. 14. not. 1. add. Dirkfen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 396. secundum quem verba *permissa est* ab Hal. inserta, originem debent Codicibus Vulgg.

§. 20. add. Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de divis. stipul.*

L. 36. *quantum ex consummatione* etc. Vid. D. Goth. *in not.* et Cujac. *in Comm. ad Tit. Cod. de usur. rei judic.*

L. 38. §. 5. *Et fere eadem sunt in his*, etc. Servis comparantur jumenta. Merill. *Obs.* II. 35.

§. 4. *Jumentorum autem appellatione* etc. Vid. ad haec Meerman. *Diss. de reb. manc. et nec mancip.* §. 71 *seq.*

§. 7. *In jumentis* non adeo. „Id est, *plane non.*" van de Water. add. notata ad *L.* 1. *pr. de contrah. emt.* Sequitur: *Coelius quoque scribit.* De Marco Coelio hoc accipit Bertrand. *de Jurisper.* II. 50. §. 5. Vid. et ad hunc §. Athan. Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* III. 10. *num.* 21. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 512.

§. 8. *Quaesitum est*, *si* mula *talis sit*, etc. Quare non *mulus?* rationem dat Meerman. *loc. modo laud.* §. 88.

L. 40. §. 1. Conf. Paul. *in Sent.* I. 15. §. 2. ibiq. Interpp.

L. 43. *quae sine causa* turbantur, etc. „Vocem hanc illustrat Burman. *ad Ovid. Metam. Lib.* II. *vs.* 515." van de Water.

L. 44. „*Et rei*, *quae minoris*, quae modicae vel minimae, *esset*, *noluerunt Ædiles accedere hominem* cujusvis pretii, majoris aut exigui, *ne qua fraus aut edicto*, *aut juri Civili fieret.* Edicto aedilitio scil., ne, si accederet, redhiberi non posset, tametsi in caussa redhibitionis esset: nam accessionis non est redhibitio sine re principali. *L.* 33. §. 1. *h. t.* res autem minimae non redhibentur. *L.* 48. §. *ult. h. t.* *Juri Civili*, quia accessione evicta venditor non tenetur in duplum, sed in hoc tantum obligatur, ut emtori habere liceat. *L.* 11. §. 17. *de actien. emt. vend.* Placuit illud Ædilibus

propter dignitatem hominum, quamvis servorum, natura ipsis datam, ob quam neque in fructu sunt. §. 37. *Inst. de rer. division.* nec *mercis* appellatione continentur. *L.* 207. *de verb. signif.* *Alioquin et in ceteris rebus* majoris pretii, velut in fundis, *eadem ratio fuit: ridiculum namque esse, tunicae fundum accedere*, in quibus tamen id Aedilibus non placuit." Voorda. Conf. Cujac. *loc. cit.*

L. 45. *Simpli* videtur *condemnari*. „*Videtur* autem, quia quod fecit, facere eum judex jussit arbitrio suo, quod pro condemnatione est, quam ob rem et sententia vocatur et condemnatio in *L.* 35. §. 1. *de reivindic.* add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 94. *error.* 6. neque enim aliorsum pertinent actio et judicium, quam ut actori reus satisfaciat, §. *ult. Inst. de perp. et temp. action.* totaque his et controversia dirimatur. *L.* 1. §. 10. *de oper. nov. nunc.* quorum utrumque actor per arbitrium, cui obtemperatur, perinde consequitur, ac per condemnationem. Fab. *d. loc. error.* 7." Voorda. Bynkersh. *Obs.* V. 16. in fin. pro *videtur* legendum ait *jubetur.*

L. 53. *recte sani videntur.* Cujacius, *Obs.* IX. 3. JCtum addito *recte* respexisse putat ad ipsas stipulationes aedilitias, quae sic fiebant: *recte sanum esse.* De *morbo comitiali* vid. et Gluck. *ad Tit. qui testam. fac. poss.* §. 1414. *not.* 2. *p.* 381. *seq.* *Quibus morbus vacaret.* Hal. *morbis vacant.* Non opus. Vid. Brisson. voc. *vacare.*

L. 56. *fidejussori* emtionis. Id est, *venditionis*, secundum Rad. Forner. *Rer. Quotid.* IV. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 235.

L. 62. not. 1. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 11. §. 5. *not.* 19.

L. 65. §. 1. not. 1. add. Cujac. *ad Libb. Paul. Quaestion. in expl. L.* 46. *de judiciis.*

§. 2. not. 1. *non* pro *non solum* accipit etiam Cujac. *Obs.* VIII. 9. *Ex venalitio novitiorum emtus.* ubi *venalitium*

pro

pro *turba servorum venalium* etiam accipit Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 29. *p.* 105.

Tit. II. *de evictionibus*, etc.

Non solum ubi *traditione*, sed etiam ubi *mancipatione* emtio consummata est, venditor de evictione in duplum tenetur. Late Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 17. §. 3. *not.* 7.

L. 1. not. 1. add. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 72. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 836. *seqq.*

L. 2. add. Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. de division. stipul.* et Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 17. §. 2. *not.* 4.

L. 4. not. 2. add. Meerman. *de reb. mancip. et nec mancip. num.* 197.

L. 6. Merillium notavit quoque Meerman. *loc. modo laud. num.* 298. et etiam Voorda, *in not. MSS.* monuit: „potest haec Lex ita accipi, ut ex consuetudine regionis aut fidejussor dandus sit evictionis nomine, aut non dandus."

L. 11. not. 1. add. Constantin. *Subtil. Enod.* I. 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 496. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de adq. rer. domin.* §. 11. Otton. *Notit. rer. publ. Cap.* 1. §. 2. *Schol.* 4. *p.* 61.

L. 15. §. 1. not. 2. Emendationem Cujacii praeferendam esse lectioni Florentinae, quamvis hanc servent Vulg. aliique Codd., notavit quoque Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 397.

L. 16. Vid. Cabot. *Disputation.* II. 28. in Thes. Meerman. *Tom.* IV. *p.* 640.

§. 1. not. 1. quando res censeatur evicta, late Callet. *ad Tit. Cod. de eviction.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 532. *seqq.*

§. 2. *an tum, cum meus factus esset.* „hoc accipiendum, quod res evincatur, non a domino: si enim res mea facta est, evictio ex caussa dominii cessat: sed quod res est evicta per creditorem, qui jus pignoris in ea habebat."

bat." Rucker. Pari modo ac Schulting. in annotatione.

L. 18. not. 1. add. Fab. *Conject.* III. 1. *num.* 3.

L. 20. not. 2. Fab. *Conj.* VI. 6. *num.* 6. verba *ut eo nomine non obligeris* transponit post *excipiendum cautione.* „ Non male Bynkershoek. [*loc. laud.*] legit: *Fundum meum obligavi, deinde alienavi tibi: ut eo nomine non obligeris, si eum postea a te emam*, etc. sed minus recte exposuit verba: *ut eo nomine* etc. Sensus eorum est, ut mihi, fundum illum redimenti, pro evictione satisdans non obligeris (ipso jure) ejus pignoris et inde existentis evictionis nomine, cautione excipiendum esse, hoc est, in cautione, quod pro me obligatus sit. Praeterea pro *quia* sine necessitate substituit *quin*: quum pertineat eo illa ratio, recte te et merito in cautione excipere, quod pro me obligatus sit; vel eo, non excepto eo te doli tantum exceptione tutum, ipso autem jure et eo nomine obligatum esse." Voorda.

L. 21. not. 4. *de dolo tamen poterit agi.* „ Sed actione emti, an ex stipulatione de evictione ob adjectam doli clausulam? Variavit Cujacius, sed recte Merill. [*loc. cit.*] dicit, *actione emti.* Improbat autem hoc Faber, *de Error. Pragm. Dec.* 9. *error.* 3. *num.* 5. *et* 6. ratus agendum esse *actione doli.*" Voorda.

L. 31. not. 2. add. Jac. Guther. *de Jur. Man.* I. 15. not. 2. Locus Fulgentii est in Thom. Muncker. *Mytogr. Latin. Tom.* II. *p.* 168.

L. 33. *committitur stipulatio.* „ Nimirum duplae evictionis causa promissae. Ratio dubitandi est, quod nondum tradideram servum; ante traditionem autem non potest competere actio de evictione. Sed hic casus excipitur. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 199." Voorda.

L. 35. *cum fere spes habenti abscissa est.* Flor. *habendi.* Vid. de hac locutione Duker. *ad Liv.* XXXV. 32. §. 6.

L. 57. §. 1. not. 1. minus recte Cujacium putare, omnes

res

res pretiosiores, de quibus dupla promittenda erat, fuisse res mancipi, quamvis videatur postea earum mancipatio admissa fuisse, docet Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 19. §. 3. *not.* 14. add. Bynkersh. *de reb. mancip. Cap.* 4. et Meerman. *de reb. mancip. et nec mancip. num.* 188. *seqq.*

L. 40. *quia etiamsi evictus fuerit* etc. „ Cur ita? quia Legatarium, qui in Legato nullum damnum facere intelligitur, *L.* 56. *de Legat.* 1°. ab evictionis actione ipsa juris ratio depellit. Paul. *Sent.* V. 11. §. 5." Voorda.

L. 42. add. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 68. *num.* 9. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 826.

L. 46. §. 2. not. 2. add. Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaestion.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 405. *num.* 13. Sed van de Water verba haec vix idoneum sensum habere putat, et legendum: *quae eum* (scil. venditorem) *evictionis nomine exsolverit*, id est, *liberaverit:* addens *L.* 69. §. 5. *h. t.* et Brisson. voc. *solvere* et *exsolvere*.

§. 3. not. 2. add. Altamiran. *loc. modo laud. num.* 14.

L. 52. *an ex alia.* „ Attamen tali, ut opinor, in qua praestanda est evictio. Dubitandi ratio est, quod ea stipulatio sit aediliria, quodque Ædilium de ceteris rebus non fuerit jurisdictio. *L.* 63. *de aedil. edict.* Matan. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 200." Voorda.

L. 56. §. 2. add. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 72. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 837.

§. 4. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 19. *Inst. de inutil. stipul.*

L. 57. Vid. ad hanc Legem Callet. *ad Tit. Cod. de eviction. Cap.* 3. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 332. *seq.*

L. 64. *duplae stipulatio pro parte quinta non quarta praestabitur.* „ Cujacius, *Obs.* XXV. 37. intelligit *quintam* et *quartam* mille jugerum, non residuorum octingentorum. At simplicius dici potest, intelligi *quintam quartamque* pecuniae in duplae stipulationem deductae.

Prae-

Praestabitur autem *quinta*, quia quod periit, quum emtoris detrimentum fit, onerare venditorem, ejusque praestationem augere nequit. adde, quod iniquum foret, praestare evictionem ejus, quod non est evictum: atqui evicta tantum est pars *quinta* ejus, quod venditum fuit." Voorda.

Si totus fundus etc. „Proinde hoc casu evictio praestabitur *actione ex stipulatu* pro mille jugeribus, perinde ac si flumen nihil abstulisset, quamvis *ex emto actio* tantum pro octingentis competat. *L.* 66. §. *ult. L.* 70. *h. t.* stipulatio autem tota committitur hoc casu, quia verum est, fundum totum evictum esse: nam est idem fundus, licet deterior sit, et minor ejus modus evictionis tempore, quam fuit, quum venderetur. Ita Cujac. *d. loc.* ubi etiam Azonis et Accursii rationes differentiae inter hunc et superiorem casum refutat." Voorda.

§. 1. *quia alluvionis periculum* etc. „Id est ejus, quod per alluvionem fundo jam vendito accessit: hoc enim non vendidit. *Periculum* hic significat *evictionem*, vel *periculum evictionis*." Voorda.

L. 66. *haec enim etsi in rem actio est*, etc. Vid. ad haec Fab. *Conject.* XX. 11.

L. 71. not. 1. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 6. §. 6. *not.* 20.

L. 72. *una emtio facta sit.* Ruecker. *facta sit*, id est, *facta si sit.*

L. 74. §. 1. *non quanti interest*: „Mitius igitur hoc casu agitur cum debitore, quam si rem vendidisset ipsemet: quia haec venditio, quamvis fiat ejus nomine, ipso tamen invito fit, quamobrem ne habendus quidem pro venditore videtur. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 100. *error.* 8." Voorda.

L. 75. de hac Lege Balduin. *de Jurispr. Mucian.* in *Jurispr. Rom. et Attic.* Tom. I. *p.* 536. *seqq.* — *Facit huc L.* 66. *L.* 67. *de contr. emt.* add. Brenchman. *de Leg.*

In-

Inscription. §. 11. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 157. — *quemquam teneri* in *eo jure.* Id est, *de eo jure.* add. *Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 350. et Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Sign.* voc. *in*, *num.* 6.

not. 2. *accessurum dictum*, legit van de Water. Alias lectiones refert Brencm. *h.* et Charond. *h.* in margine.

Tit. III. *de exceptione rei venditae et traditae.*

Naturam hujus exceptionis eleganter explicare Cujac. *Obs.* XVII. 18. et *in exposit. Nov.* 112. notavit van de Water.

L. 2. „Pro *priorem te tueri* van de Water [*loc. laud.*] legit: *Praetorem te tueri*, ob *L.* 4. §. 32. *de dol. mal. et met. exc.* ubi in eodem verborum tenore ita scriptum est. Sed constans hic Librorum lectio, nec necessaria emendatio, modo *tueri* sumas *passive*, ut saepe fit. Vid. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 349. quo facto sensus erit: *te*, *priorem*, id est, utpote priorem, quia prior es, *tueri.* Et fieri potuit, ut Ulpianus et Pomponius eandem Juliani sententiam aliis atque aliis verbis proposuerit." Voorda. Conf. Auctor. *Obs. Jur. Civ. loc. laud.*

Lib. XXII.

Tit. I. *de usuris*, etc.

not. 1. de *mora* vid. Gluck. *ad Tit. de pactis*, §. 328. *seqq. p.* 401. *seqq.* ubi etiam alii laudantur. — De differentiis inter *usuras* et *fructus* Idem, *ad h. tit.* §. 1138. *p.* 147. *seqq.*

L. 1. not. 3. Cujacius, *ad L.* 1. *de nautic. foenor.* hic et in aliis locis, ubi mentio fit *legitimi usurarum modi*, emblemata agnoscit. Sed Idem, *ad Libb. Papinian. Quaestion. in expl. h. l.* omnia sine emblemate explicat. Bynkersh. *in Praef. posterioribus quatuor Libris Observ. praemissa*, §. *ult.*

§. 3. not. 1. Constitutionem D. Severi intelligi, putat quo-

quoque Cujac. *in Comm. ad Tit. Cod. de usur. pupillar.* et Merill. *Obs.* VII. 31.

L. 3. §. 2. not. 1. ad Otton. *in Papinian. Cap.* 12. §. 3. *p.* 376. *seq.* et notata ad *laud. L.* 58. §. *pen. ad SCtum Trebellian.* — *Si pro modo ceterorum quoque bonorum deminuantur.* „Quaenam vero sic deminuenda? ipsa cetera heredis bona, ut docet ipse Papinianus in *L.* 54. *ad SCtum Trebellian.* Quamobrem legendum fortasse: *si pro modo ceterorum quoque bonorum et ipsa deminuantur*, aut, *si pro modo suo cetera quoque bona deminuantur*, vel quod hic scriptum est, sic accipiendum: si ipsa quoque deminuta, hoc est, absumta, deminuantur pro modo ceterorum bonorum." Voorda.

§. 3. not. 2. Plures Praefectos Praetorio in urbe Roma fuisse, docet quoque Drakenborch. *de Offic. Praefect. Praetor. Cap.* 1. in Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* II. *Tom.* II. *p.* 53. add. de hoc §. Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum. hered. instit.* §. 1425. *e. not.* 95. *p.* 599. *seq.*

§. 4. *non* sine rubore *desiderabuntur usurae.* De hac loquendi forma vid. Noodt. *Obs.* I. 4. Sequentia verba: *ideoque non exigentur*, Glossatoris esse, putat Hotoman. *Obs.* V. 27.

L. 4. *Dissertationem ad hanc Legem* conscripsit Franc. de Roye, in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 736. *e. seqq.* not. 1. Lectionem *ratione* — *stipulationem* etiam servare Cod. Reg. Kob. et Ven., eamque confirmari auctoritate Scholiast. Basilic. Cyrilli, notat Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 597.

§. 1. *Id enim quod non transfertur in caussam novationis*, etc. Fallere hoc in *usuris*, *poenis*, *hypothecis*, quae tametsi non transferantur in obligationem novam, novatione perimuntur, et locum huic regulae tantum esse in *fructibus*, *partubus*, et *adquisitionibus servorum*, ait Cujac. *Obs.* XVI. I. 5.

L. 9.

L. 9. §. 1. not. 5. *Justa rationem* etiam Salmas. *de usur.* Cap. 6. p. 121. et hoc admittendum, ait Voorda, nisi malis *justa ratione* exponere: modo, vel more bono, non improbato.

L. 11. not. 1. add. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XX. §. 6.

L. 12. *nisi sua* quaque *die* etc. Budaeus, *ad h. l. quaeque.* Vid. Drakenborch. *ad Liv.* III. 22. §. 6. — quam *ejus pensionis nomine.* „Budaeus, *praeterquam*, sed perperam." van de Water.

L. 13. not. 1. *Probante Schulting.* etc. Etiam Voorda; *in not. MSS.* Sed van de Water Cujacii expositionem praefert, quia Graeci pro recepta lectione stant.

§. 1. *si eam pecuniam positam* non *habuerit*, legit Bilderdyk. *Obs. et Emend.* II. 26. p. 182.

L. 14. not. 2. add. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XX. §. 1. *Post moram* etiam Cujac. *ad Libb. Paul. Resp. in expl. h. l.* et *ad Papinian. Libb. Resp. in expl. L.* 58. §. 4. *ad SCtum Trebell.* idque sensum flagitare, ait quoque Voorda.

§. 1. *Obstat L.* 58. etc. Dissidium agnoscit Cujac. *locc. modo citt.*

L. 15. *qui post litem contestatam..* „Forsan hic excidit *percepti*, quae vox certe subaudiri debet." van de Water.

L. 16. §. 1. not. 1. „Fructus rei venditae nondum traditae, pretio nondum soluto, ad venditorem pertinent. Paul. *in Sent.* II. 17. §. 7. ibiq. Interpp." Rucker.

L. 17. not. 2. De varia hujus loci lectione vid. Dirksen, *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 397. *seq.* qui etiam Lectionem Flor. retinet, et *adfinitum* cum Brisson. explicat *definitum.* — *Et* redditis *per aliquot annos usuris.* Id est, *solutis.* Vid. Fabrot. *adv. Salmas.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1252.

§. 2. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 25. §. 17. *not.* 43.

§. 3. *Ergo nec si* debetur. „Sic Flor. et aliae editt. At legendum ex praecedentibus arbitror *videtur*, scil. mora facta." Voorda.

§. 5. not. 1. add. Küstner. *Chrestomath. Jur. Ennian. p.* 22. *Fornicariis* mavult Nic. Fern. de Castro, *Prael. ad L.* 7. *Cod. de aquaeduct.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 362. *num.* 16.

§. 8. not. 1. add. Augustin. *Emend.* II. 10. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1490. et Mausac. *Diss. Critic. ad Harpocration. p.* 599.

L. 19. not. 3. add. Forner. *Selection.* I. 21. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 32.

L. 21. *Vel exceptio aliqua allegetur.* Vid. Bynkersh. *ad L. lecta. Cap.* 13.

L. 28. *Et pilus.* add. Bynkersh. *Obs.* IV. 5. circa fin. *pleno jure.* „At non irrevocabiliter tamen. *L.* 22. *Cod. de revind.* Potest jus, quod *plenum* est, temporarium esse, et revocabile. Vid. *L.* 29. §. 1. *qui et a quib. manumiss.* Conf. Vinn. *Sel. Quaest.* I. 26. Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 93. *error.* 3. verbis *pleno jure* significari putat, eum ilico tam Quiritarium quam bonitarium habere dominium, quocirca negatur necesse esse, ut eos usuc... *L.* 4. §. 19. *de usurp. et usuc.*" Voorda. add. Franc. Mars. Gordon. *Praetermissor. Cap.* 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 859. *seq.*

§. 1. *hominum gratia. Gratia hominis*, Justin. *in* §. 37. *Inst. de rer. divis.* ubi vid. Interpp.

L. 29. De *anatocismo*, Gluck. *ad h. tit.* §. 1155. *p.* 115. *seqq.* qui etiam alios laudavit.

L. 32. §. 5. *Sed utilis actio* etc. Vid. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de dol. mal.* §. 10.

L. 33. not. 1. Emendationem Bynkershoekii probat quoque Voorda, *in not. MSS.* etiam van de Water, secundum quem elegans, at minus obvia locutio Librariis fraudi fuit. Pro *Praeses Provinciae* Ulpianum scripsisse

Cu-

Curator Reipublicae, arg. inscriptionis, putat Hotoman. *Obs.* VIII. 7. de quo curatore plura Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de curator. Kalendar.*

L. 54. *et ita in Legatis* etc. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 8. §. 4. *not.* 14.

L. 57. not. 1. add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de negot. gest.* §. 7.

L. 58. §. 1. not. 3. „ Sensus hujus rationis valde obscurus. Ductu Graecorum conjeceram rectius legi: *liceret.*" van de Water.

L. 59. *Equis* per fideicommisſum *relictis. Per damnationem* JCtum scripsisse, putat Rucker. *Per fideicommissum* etiam in *L.* 8. *h. t.* ubi idem.

L. 61. §. 2. *Ab Aulo Agerio* etc. De his nominum formulis vid. Pith. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 2. §. 6. *not.* 44.

not. 3. add. Heinecc. *in Antiq. ad Tit. Inst. de verb. oblig.* §. 6.

L. 42. add. Galvan. *de Usufr. Cap.* 25. *in fin.* et Suarez. *ad L. Aquil.* L. 5. *Sect.* 2. *num.* 36. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 64.

L. 45. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. de donat. int. vir. et ux.* §. 1256. *a. p.* 184. *seq.* et Chef. *Different. Cap.* 10. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 643. *seqq.*

L. 48. *Usumfructum tertiae partis.* „ Accommodaverat igitur maritus, ut par erat, voluntatem suam ad L. Papiam. Vid. Ulp. *Fragm. Tit.* 15. *in fin.* Cujac. *Obs.* X. 17." Voorda. add. Schulting. *ad Ulp. d. loc. not.* 12. *Et cum liberos habuisset.* add. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de condit. institution.* §. 12.

Tit. II. *de nautico foenore.*

Quare hic Titulus potius inscribatur *de nautico foenore*, quam *de nauticis usuris*, Noodt. *de foen. et usur.* I. 3. *in fin.*

L. 2. *testatione.* „ Id est, scriptura testibus munita."



Rucker. add. notata ad *L.* 9. §. 3. *ad L. Cornel. de falf.*

L. 4. not. 2. Lectio Haloandr., quamvis vitiosa, reperitur etiam in aliis Codd. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B.* *p.* 398.

§. 1. not. 2. Vid. Schulting. *ad loc. Paul. cit. not.* 12. et Bynkersh. *in Praef. Part.* II. *Obs.* §. *ult.*

L. 5. not. 3. *Si non convaluero.* Pertinere haec verba ad *donationes mortis caussa*, putat Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de donation.*

L. 7. not. 1. Verba *ex pacto* saltem subintelligenda, ait Gluck. *ad h. tit.* §. 1139. *not.* 75. *p.* 156. atque ita hunc locum jam explicuerat Salmas. *de modo usur. Cap.* 9. *p.* 354.

L. 8. „*Poena pecuniae trajectitiae*, cujus hic et in seq. Lege fit mentio, non est poena pro usuris, sed poena loco ejus quod interest promissa pro operis servi, quem remorabatur debitor: nam mittebatur saepe servus pecuniae trajectitiae gratia, *L.* 4. §. 1. *h. t.* qui scil. exigeret sortem et foenus adveniente die, et solebat poena ob operas ejus servi in stipulatum deduci. *d. L.* 4. §. 1. *L.* 23. *de oblig. et act.* Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 203." Voorda.

Tit. III. *de probationibus et praesumtionibus.*

„De *praesumtionibus* Coccej. *Exerc. curios. Vol.* II. *p.* 685. De *fallacibus indiciis* Idem, *ibid. Vol.* I. *p.* 1037. et *Vol.* II. *p.* 490." Rucker.

L. 2. Vid. ad *h. l.* etiam Jo. Mercer. *Opinion.* II. 10. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1595. *seqq.*

L. 3. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 2. *num.* 7.

L. 12. not. 4. add. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de Legat.* 1°. §. 12. Forner. *Selection.* II. 9. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 56. Chesi. *Different. Jur. Cap.* 3. *num.* 18. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 623. Etiam Voorda notavit: „at si in eodem testamento bis eadem legatur quantitas, Legatarius docere debet, legare

re testatorem bis voluisse, non repetere unum idemque legatum. *L.* 34. §. 3. *de legat.* 1°."

L. 13. *Caesar noster.* „Alexandrum Severum non indicari puto, sed Hadrianum." van de Water, addens, unicum hunc locum esse, in quo Celsus filius rescriptum Imperatoris laudat, quia aetate Hadriani non ita in usu erat, rescriptis Imperatorum sententias stabilire." Conf. Bach. *Hist. Jur.* III. 1. *Sect.* 6. §. 25.

L. 14. *hoc est, ingenuum se esse, ut pronuncietur.* Haec interpreti adscribit P. Faber. *Semestr.* II. 24. *p.* 597. et Ant. Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* III. *Pr.* IV. *Illat.* 3. *in fin.* totum hunc locum Triboniani potius esse ait, quam JCti.

not. 2. *Probanti* fortasse rectius scribi, ait quoque van de Water.

L. 18. add. Klen. *Diatrib.* II. 13. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1438.

L. 19. §. 2. add. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de procurator.* §. 4. in fin.

L. 20. not. 1. add. Cujac. *Obs.* XVIII. 23.

L. 25. not. 2. add. Gluck. *ad Tit. de condict. indeb.* §. 833. *p.* 113. — *Qui indebitas* dedisse *dicit. Dedisse se*, ope geminationis, Rucker.

§. 1. not. 2. monachos intelligit quoque Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 12. Sed negat etiam Jac. Gothofr. *ad L.* 63. *Cod. Theod. de decurion. Tom.* IV. *p.* 436.

§. 3. not. 1. add. Conrad. *Parerg. p.* 522. *seq.*

§. 4. *Tunc enim stare eum oportet suae* confessioni. D. Goth. *in not.* „*cautioni*, etc." add. Bynkersh. *Obs.* VII. 16.

L. 26. not. 1. Sed *heredibus* hic Dativum casum esse, atque ita locutum Ciceron. *Pro Fontejo, Cap.* 1. in fin. notavit van de Water.

L. 28. not. 3. „Summa horum verborum est in *L.* 2. §. 8. *de aq. et aq. pluv. arc.* Interpungendum: *solent*

ἐν πλάτει. Enim etc. Praeterea dubius haereo, num verba *quibus Consulibus* ad *τὸ viderit*, an ad *τὸ meminerit*, sint referenda. Forte totus locus sic restituendus: *Potest enim hoc memoria teneri* (vel *contineri*) *intra annum* (puta L. LX. c.) *factum, cum interim nemo sit eorum, qui meminerit, quibus Consulibus id viderit. Sed cum omnium — aut audirsent, et hoc infinite similiter sursum versum accedit, tum memoria operis facti non constaret.*" van de Water. Vid. et Pothier. *Tit. de aq. et aq. pluv. arc. num.* 15.

L. 29. *Claudio Apollinari.* „*Coelius Apollinaris* fuit Consul a. 169. *Nesbenhius Apollinaris* in Pand. memoratur. Alii *Apollinares* occurrunt apud Gruterum." van de Water.

L. 31. *quae ex alia caussa* debere *dicuntur.* D. Goth. *in not.* „Al. *deberi.*" Etiam P. Fab. *Semestr.* II. 16. *p.* 430. Ceterum, Taurell. *in Adnotat.* dicit: *Lex pen. et finalis sunt parenthesi conclusae, ut pro deletis notentur.* qua de re vid. Brencm. *h.*

Tit. IV. *de fide instrumentorum et amissione eorum.*

De posteriore hujus Inscriptionis parte nihil in ipsis Legibus sub hoc Titulo collocatis. Vid. Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de feriis*, ubi et alia similia exempla.

L. 2. *Indicem* brevem subnotationem esse, docet quoque Raevard. *Conjectan.* I. 15.

L. 3. not. 1. add. Budaeum, *ad L. Julianus.* §. *quantum. ad exhibend.*

L. 4. Idem fere *L.* 4. *de pignor. et hyp.*

L. 5. *factum suum* praebeat. „Forte *probet*, atque ita legisse videntur Graeci." van de Water.

Tit. V. *de testibus.*

Titulum hunc Codicum MSS. aliorumque subsidiorum criticorum ope emendatum edidit Ed. Schrader. Tubing. 1819. — De *ritu obvagulationis apud Romanos* Dissertatio est C. G. Haubold. in ej. *Opuscul. Vol.* I. *p.* 147. *seqq.*

L. 1. „ *Testimoniorum* pro *testium* accipit Noodt. *ad h. t.* sed puto, hanc vocem hic accipi generali significatione tam de testibus ipsis, quam eorum depositionibus." van de Water. Conf. Schrader. *h.*

§. 1. add. Schrader. *h.*

§. 2. add. Langl. *Semestr.* IV. 5.

L. 2. not. 2. *suae*, constans Vulg. lectio. Schrader. *h.*

L. 3. *Vel an inimicus* etc. Ea de re vid. Langl. *Semestr.* III. 6.

§. 1. Vivio *Varo*. Male Bertrand. *de Jurisper.* II. 31.

§. 1. legisse videtur *Vindio*. Vid. Bynkersh. *Obs.* V. 25. not. 1. *dicere veritatem*, legit. Bud. *h.* add. Schrader. *h.*

§. 2. *de* excutienda *fide testium*. Schol. Basil. legisse videtur: *de excutienda a judice* etc. Vid. Schrader. *h.*

§. 3. *Janio Rufino*. de quo vid. Otton. *in Praef. Tom. I. Thes. Jur. p.* 38. *seq.*

Alexander Apro. Provinciales hos viros fuisse, putat Ant. Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 5. *p.* 348. — *Testimonia* etiam scripto edi possunt; sed *testationes* semper significant scripturas testibus munitas. Schulting. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 8. §. 7. *not.* 12.

§. 4. *Gabinio-Maximo*. „ An legendum *Gabio Maximo*, qui fuit Praefectus Praetorio sub Antonino Pio. Vid. Capitolin. *in Anton. Pio, Cap.* 8. Fuit etiam Gabius Maximus Consul sub Pio. Vid. Casaub. *ad d. loc. Capitolin.*" van de Water.

§. 5. not. 1. *cujus eorum liberabit liberaverit*, Schrader. *h.* not. 2. „ Apud Ulpianum, *in Collat. loc. laud.* praecedit: *quive depugnandi caussa auctoratus erit*. Quod forte Tribonianus induxit ob *L. unic. Cod. de gladiator. penit. tollend.*" Rucker. add. Schrader. *h.*

§. 6. not. 1. *muneribus* tuetur quoque Schrader. *h.* et pluribus Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 399. *seq.*

Idque D. Hadrianus rescripsit. „ Forte in rescripto, cujus pars exhibetur in §. 5. *h. l.* Vid. Schol. Grae-

Lib. XXIII.

Tit. I. *de sponsalibus.*

L. 1. not. 2. add. Burg. *Elector. Cap.* 16. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 336. *seq.*

L. 4. *ad constituenda sponsalia.* „ Id est, si sponsalia dissoluta sint, eadem absque stipulatione, nudo consensu, pacto, *constituto*, redintegrari possunt: *constituere* enim est pacto iterum promittere. Sed ad nova contrahenda stipulatio requiritur. Ita Gundling. *in Discursu, sive Comm. Germanico ad Pand.* h. l. An serio nugas agit? Idem adhuc magis ineptus, *in Gundlingian. Part.* X. *Diss.* 1. §. 30. " Rucker.

L. 6. *ad finienda sponsalia.* Hal. et Vulg. *infringenda.* Sed Florentinam servant quoque Cod. Reg. et Ven. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* 1. *B. p.* 401.

L. 7. *Testationes* sunt scripturae testibus munitae. Vid. ad *L.* 3. §. 3. *de testib.*

L. 9. not. 1. *collocatae* etiam Cod. Reg. Vid. Dirksen. *loc. modo laud.* De harum vocum permutatione vid. Drakenb. *ad Liv.* X. 32. §. 5.

L. 10. not. 1. *Absunt apud Hal.* Sed sine caussa, quum Basil. quoque ea habeant. Verba *vel non contractis* etiam Cod. Reg. non habet. Vid. Dirksen. *d. loc.*

L. 12. §. 1. de consensu liberorum in nuptias Fabrot. *Exercit.* X. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1209. *seqq.* ubi hanc et seq. Legem explicat. add. Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum. hered. instit.* §. 1424. *not.* 89. *p.* 158.

L. 15. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. de rit. nupt.* §. 1216. *d. not.* 19. *p* 62.

L. 16. *Oratio Impp.* etc. „ Illa Oratio supplevit L. Juliam et Papiam, quatenus illa minus quam perfecta erat, et nuptias Senatorum cum libertinis nullas esse jussit. " Rucker. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 13. §. 1. *not.* 4.

L. 17. not. 8. „Sponfalia cum impuberibus, plus quam biennio a pubertate remotis, a poena Legis Juliae et Papiae non poterant liberare; et eo refpicit Gajus hac Lege. Plene Jac. Gothofred. [*loc. laud.*] Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 16. §. 3. *not.* 26.” Rucker.

Tit. II. *de ritu nuptiarum.*

not. 1. add. de veteri nuptiarum ritu etiam Gluck. *ad h. t.* §. 1220. *p.* 321. *feqq.*

L. 5. not. 2. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 19. §. 8. *not.* 20.

L. 6. *responsum est.* Scil. a *Servio Sulpitio*, fecundum Bertrand. *de Jurisper.* II. 15. §. *ult.* De *Cinna* Gul. Grotius, *de Vit. JCtor.* I. 11. §. 14.

L. 8. not. 1. „Mihi videtur lucem accipere ex *L.* 55. §. 1. *de verb. oblig.*” Rucker.

L. 10. not. 1. Triboniani manum agnofcit quoque hic Ant. Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* IX. *Pr.* IV. *Illat.* 5.

L. 12. *deinde a me repudiata. Ea a me*, ope geminationis, legit Rucker.

§. 1. *quamquam noverca mea non proprie dicatur. mea ea*, ope geminationis, Rucker.

§. 3. Vid. Noodt. *Amic. respons.* §. 29. et ad eum locum Bynkersh.

§. 4. *Pari ratione et fororem* etc. Haec Glosfemati adfcribit Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* IX. *Pr.* VI. *Illat.* 5.

L. 13. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 19. §. 9. *not.* 24.

L. 14. §. 2. *et* fororis *filia.* „Nihil addit de *fratris* filia, quia hae nuptiae a temporibus Claudii usque ad Conftantinum fuere permisfae. Vid. Interpp. *ad Caj. Inst.* I. 4. §. 3. *not.* 19. Noodt. *Obs.* II. 5. Paul. *Sent.* II. 19. §. 3. Ulpian. *Fragm. Tit.* 5. §. 6. *Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 6. §. 2. *et* 3.” Rucker.

L. 15. not. 2. add. Gluck. *ad h. t.* §. 1214. *not.* 31. *p.* 388. et notata ad *L.* 121. §. 1. *de verb. oblig.*

L. 16.

L. 16. *Oratione D. Marci* cavetur, etc. „ Ut nullae essent tales nuptiae igitur non ex L. Julia et Papia, sed ex Oratione D. Marci, et ex SCto venit." Rucker. add. notata ad *L.* 16. *praec. tit.*

nupsisset. Gutherius legit: *enupsisset.* Sed vid. Gronov. *ad Liv.* XXXIX. 19. §. 5.

L. 17. §. 2. *Utique autem* amitam, etc. Ita legendum, docet Hotoman. *Obs.* XII. 9.

L. 19. not. 1. Praeter Haloandrum ita etiam alii. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B.* *p.* 402. Vid. ad hanc Legem etiam Gluck. *ad Tit. de Jur. dotium.* §. 1231. *p.* 55. *seqq.*

L. 20. not. 1. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 19. *not.* 33.

L. 21. not. 1. add. Fabrot. *Exercit.* X. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1209.

L. 22. *maluisse hoc videtur.* Similia exempla sunt in *L.* 12. *de sponsalib.* *L.* 26. §. 1. *de pignor. et hyp.* Non tamen hoc est perpetuum. *L.* 4. *de reg. jur.* ubi Jac. Gothofred.

L. 24. not. 2. add. Pith. *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* 16. §. 2. *not.* 5.

L. 25. An patre praemortuo consensus matris in nuptiis filii desideretur, Fabrot. *Exercit.* XI. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1214. *seqq.*

L. 36. not. 2. add. Gluck. *ad h. t.* §. 1216. *e. not.* 24. *p.* 64. *seq.*

not. 3. *add.* *Cujac.* etc. „ Secundum quem, *desponsa* erit, cujus nomine a patre constituta fuere sponsalia per conventionem: *destinata*, quae extra testamentum, et sine conventione, alicui est destinata: *testamento nominata*, quae alicui destinata est in testamento: nam destinatio filiae ad nuptias alicui fieri a patre potest et in testamento et extra illud, uti rem explicat Cujacius." Voorda.

not. 5. add. Gluck *ad h. t.* §. 1216. *e. not.* 26. *p.* 65. *seqq.*

L. 38. not. 3. „ Wissenbach. Schulting. aliique interpo-

la-

latam hanc Legem putant ex *L.* 5. *Cod. de sponsal.* tum quia verbum *sponsare* Paulo videtur recentius, et vox *arrhae* non est frequentata a Veteribus JCtis: tum quia Pauli aetate quadruplicatas arrhas reddebat sponsa, nuptias recusans: ea vero poena mutatur *in duplum* in *d. L.* 5. *Cod.* addita hac exceptione, nisi futurum matrimonium Legibus stare prohibeatur, quo casu ipsae tantum arrhae, sicut hic loci, jubentur reddi. Sed 1°. quadruplum olim reddebat sponsa detrectans nuptias licitas, et recedens a sponsalibus, quibus obligata erat: in hac autem *L.* 38. nuptiae erant illicitae, nec obligata sponsalibus mulier. Ratio autem juris postulat differentiam inter sponsam, quae licitas, et quae illicitas nuptias detrectat. 2do. Si interpolandam hanc *L.* 38. putavit Tribonianus, cur eam interpolavit ex generali *d. L.* 5. Constitutione, non ex *L. unic. Cod. si rector Provinc.* quae in specie agit de hac ipsa causa, nec abrogata est per *d. L.* 5. quum generalis Lex posterior non derogat priori speciali. §. 4. *Const. de Justin. Cod. confirm.* *Sponsare* autem usurpatur etiam ab aequalibus Pauli. Vid. Duker. [*loc. laud.*] et *arrhas* meminerunt etiam Veteres de sponsalibus agentes. Vid. Gronov. *ad Gell.* XVII. 2." Voorda. Qui hac nota igitur contraxit, quae pluribus exposuit Bynkersh. *loc. laud.*

L. 39. §. 1. not. 1. *Vulg.* etc. Etiam Kob. et Ven. Sed Cod. Reg. ut Flor. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 402.

L. 43. §. 9. *corpora quaestuaria.* „Id est, mulieres quaestum corpore facientes. Sic et Senec. *de Benefic.* VI. 32. et Tertullian. *de cultu femin. Cap.* 12. Bynkersh. *Obs.* I. 25. in fin." Voorda.

§. 10. *quo judicio* etc. „Haec verba videntur hic aliena, et a magistello quodam adjecta." van de Water.

§. 12. *non sententiam notaverit.* Vid. Voorda, *Interpr. et Emend.* I. 5.

§. 13.

§. 15. *a quo*, etc. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 31. §. 2. *not.* 6. in fin.

L. 44. not. 1. add. Interpp. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 13. §. 1.

not. 2. de varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 402.

§. 7. Vid. Jos. Fern. de Retes, *de interdict. et relegat.* L. 5. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1209.

L. 45. *quod dicit.* Hal. *quo dicitur.* de qua lectione vid. Dirksen. *loc. modo laud.* — Liberta potest quidem patrono nubere, sed libertus non potest patronam ducere uxorem. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 19. §. 9. *not.* 24.

§. 2, *ne is* quidem *debet habere. quidem*, id est, *quidem idem*, Rucker.

§. 6. not. 1. „Budaeus, *in annot. ad h. l.* τὸ *ne* exponit *ne non.* Uterque illa nititur hypothesi, Ulpianum inter et Julianum convenisse: at a Juliano modeste admodum dissensisse Ulpianum apparet, ut recte censent Brisson. Heinecc. Wieling. [*locc. citt.*]" Voorda.

L. 47. not. 1. *facinus*, Eck. *ad h. t. Pand.* §. 42. Sed *foedus* pro *foeditate* Paulum dixisse, putat quoque Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 218.

L. 48. §. 1. *quia contra legem maritus fit.* Vid. ad haec verba Ant. Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* IX. *Pr.* V. *Illat.* 27.

L. 53. *Nuptiae* etc. „Fuere tamen gentes, quae ab hujusmodi conjunctione non abhorruere. Vid. Oisel. *ad Caj. Inst.* I. 4. §. 1. *not.* 8. Schulting. *ad Cod. Gregor.* V. 1. *not.* 15. in *Jurispr. antejustin. p.* 701. Interpp. *ad Q. Curtium*, VIII. 2. §. 19." Rucker.

L. 55. §. 1. not. 5. Noodtio obloquitur quoque Gluck. *ad h. t.* §. 1215. *not.* 46. *p.* 309. *seq.* Verba: *scilicet si in familia ejus sim*, etc. inepto interpreti adscribit Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* IX. *Pr.* VI. *Illat.* 5.

L. 57. §. 1. not. 1. add. Gluck. *Opusc. Jurid. Fasc.* IV. *p.* 156.

p. 136. *seq.* — Architectos notas Marciani *ad Libb. Papinian. de adulter.* exhibere, quasi ex *Institutionibus* Marciani forent desumtae, notavit Noordkerk. *Obs. Cap.* 2. *p.* 32.

L. 58. not. 1. Vid. et ad hanc Legem Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 209.

L. 60. not. 1. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 19. §. 9. *not.* 33. *seq.* In multis hanc Legem a Triboniano interpolatam, putat Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* IX. *Pr.* I. *Illat.* XI.

§. 1. *trium tutelarum.* Quarum onus excusationem praestat ab alia. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* XI. §. 1. *not.* 3. in fin.

§. 2. *Quatenus* pro *quandoquidem.* Gluck. *ad h. t.* §. 1216. *d. not.* 15. *p.* 60.

§. 5. not. 2. add. Bynkersh. *Obs.* VII. 15.

§. 6. add. Gluck. *loc. modo laud. not.* 36. *p.* 73. — „Ergone ex post facto per emancipationem tales nuptiae convalescunt? ita videtur, non tamen retro, sed ex die demum emancipationis. Vid. ad *L.* 65. §. 1. *h. t.*" Voorda.

L. 62. §. 1. *mulier* etc. Quia libertus patroni uxorem ducere nequit. Paul. *Sent.* II. 19. §. 9. ibiq. Schulting. *not.* 24.

§. 2. not. 1. *Pupillam* etiam Cod. Pand. Erlang. Vid. Gluck. *ad h. t.* §. 1216. *d. not.* 12. *p.* 58.

L. 63. *Praefectus cohortis.* De quo vid. Averan. *Interpr. Jur.* III. 1. *num.* 4.

contra interdictum. Scil. juris civilis, seu contra mandata. Eodem modo accipitur apud Paul. *in Sent.* II. 19. §. 5. ubi vid. Schulting. *not.* 14.

L. 64. §. 1. *adprehendi.* „pro *comprehendi.*" van de Water.

L. 65. §. 1. *justas nuptias effici.* „add. *L.* 6. *Cod. de nupt.* Sed nonne sic ex post facto confirmatur, quod

non

non valuit initio? minime: neque enim liberi antea nati fiunt legitimi. Ergo non quasi ex pristina, sed quasi ex nova voluntate nunc demum fit uxor, quae modo uxor non erat, nec retro uxor fuisse intelligitur. P. Fab. *ad L.* 29. *de reg. jur.*" Voorda.

L. 66. not. 1. add. Gluck. *loc. modo laud. not.* 22. *p.* 62. *seq.*

L. 67. not. 1. add. Gluck. *d. loc. not.* 17. *p.* 60. *seq.* not. 3. Pro *in eum* Ant. Fab. legi vult *in alium.* Sed vid. Gluck. *d. loc. not.* 18. *p.* 61.

§. 1. Noodtio adsentitur Gluck. *ad h. t.* §. 1216. *e. not.* 27. *p.* 69. quem etiam vid. de seq. §. 2. *ibid. not.* 10. *p.* 57. *seq.*

§. 3. *nam finita jam tutela* etc. „Cujacius, *Obs.* XXV, 3. in fin. ambigere hic dicit Tryphoninum, impedienda potius adoptio sit, an matrimonium dissolvendum; sed procliviorem tamen eum esse in id, ut adoptio impediatur, matrimonium consistat. Mihi verius videtur, significare eum, et matrimonium consistere, nec impediendam esse adoptionem, quasi credibile non sit, etiam hoc casu adoptionem fieri ideo, ne rationes tutelae reddantur." Voorda. Pluribus hac de re Gluck. *ad h. t.* §. 1216. *e. p.* 74. *seqq.*

§. 4. Vid. ad hunc §. Gluck. *loc. modo laud. p.* 85. *seq.*

Tit. III. *de jure dotium,*

not. 1. Alios etiam, qui de hoc argumento egerunt, citat Gluck. *ad h. t.* §. 1229. *not.* 51. *p.* 441. *seq.*

L. 2. Cum *L.* 18. *de reb. auct. Judic. possid.* jungit Cujac. *in Comm. ad h. t. Cod.*

L. 5. §. 4. Mentem JCti recte exprimere Graecos, neque adeo sollicitandam lectionem cum Hoffmanno, notavit van de Water.

§. 6. *Neratius ait.* „Forte in *Libro de nuptiis.* Gell. *Noct. Attic.* IV, 4. [ibiq. Thysius.]" van de Water.

§. 8. Waterum refutat Gluck. *ad h. t.* §. 1231, *not.* 21. *p.* 48. *seq.*

§. 10.

§. 10. *Sed suum aes alienum* etc. Hoc illustrat Fabrot. *adv. Salmas.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1281.

§. 11. *Ceterum, si cum deberet filiae*, etc. Tunc enim dat veluti extraneus, puta debitor filiae, non tanquam pater. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 6. §. 5. *not.* 9.

L. 6. not. 1. de quaestione, an dos profectitia mortua uxore ad patrem revertatur, licet liberi supersint, late egit Gluck. *ad Tit. solut. matrimon.* §. 1274. *p.* 205. *seqq.*

L. 7. §. 2. Vid. ad *h.* §. Averan. *Interp. Jur.* V. 1. *num.* 5.

§. 3. de hoc §. Gluck. *ad h. t.* §. 1234. *not.* 25. *p.* 155. *seq.*

L. 9. §. 1. not. 3. add. Gluck. *loc. modo laud. not.* 25. *p.* 134. *seq.* Quidquid sit, ait Voorda, apparet, niti eam benignitatem speciali dotis favore. Vid. et de hoc loco Jos. Fern. de Retes, *Opuscul.* II. 3. *Cap.* 1. *num.* 5. in Thes. Meerman. *Tom.* VI. *p.* 144.

§. 3. not. 1. add. Gluck. *ad h. t.* §. 1237. *not.* 49. *p.* 229. et Toullieu, *Collectan. p.* 7.

L. 10. Vid. Gluck. *d. loc.* §. 1230. *b. p.* 16. *seqq.*

§. 6. not. 1. add. Fabrot. *adv. Salmas.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1267.

L. 14. add. Gluck. *ad h. t.* §. 1233. *not.* 9. *p.* 126 *seq.* *In rerum natura ea esse* etc. legit Rucker. ope geminationis. Interpolatam hanc Legem a Triboniano, putat Hotoman. *Quaest. illustr. Cap.* XI.

L. 17. not. 1. de culpa, quam maritus praestat in rebus dotalibus late Gluck. *ad h. t.* §. 1235. *p.* 118. *seqq.*

L. 20. *Et Neratio.* „Forte in *Libro de nuptiis.*" van de Water. add. notata ad *L.* 5. §. 6. *h. t.* Egit de hac Lege etiam J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 124. *seqq.*

L. 21. add. Noodt. *de Pact. et transact. Cap.* 2. vs. *Tertiam* etc.

L. 23. not. 1. add. Gluck. *ad h. t.* §. 1236. *not.* 91. *p.* 163. *seq.*

L. 26. not. 1. *Ut*, etiam God. Pand. Erlang. Vid. Gluck.

d. loc. §. 1230. *d. not.* 5. *p.* 40.

L. 29. add. Cujac. *Obs.* XXV. 7.

L. 30. add. Interpp. ad Ulpian. *Fragm. Tit.* 6. §. 11. *not.* 36. *seq.* „ Docet *L. seq.* 31. sermonem hic esse de posteriore matrimonio cum eodem viro post divortium contracto. Male igitur vulgo applicatur mulieri denuo quidem, sed tamen alii nubenti. Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 99. *error.* 5." Voorda.

L. 33. *isque defectus sit facultatibus. antequam dotem daret*, addit Vulg. Sed male. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 403.

not. 2. add. Gluck. *ad h. t.* §. 1229. *not.* 30. *p.* 440. *seq.*

L. 38. *Ipsa secum debebit compensare* etc. „ Eadem locutio in *L.* 39. *in fin. de furt.*" van de Water.

L. 41. add. Noodt. *de Pact. et transact. Cap.* 8. Vs. *Interim dicam* etc.

L. 42. Vid. ad *h.* Legem quoque Gluck. *loc. modo laud.* §. 1234. *p.* 131.

L. 43. §. 1. ceterum *mulieri per liberam personam* etc. Id est, *ceteroquin*, Gluck. *d. loc.* §. 1237. *not.* 78. *p.* 202.

L. 44. §. 1. not. 2. de varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 403.

L. 46. not. 2. add. Gluck. *ad h. t.* §. 1237. *not.* 92. *p.* 209.

§. 1. not. 1. *Voorda, Interpr. et Emend.* etc. Sed *in not. MSS.* ad verbum *accipiunt* haec notavit: „Sic Flor. mendose profecto: nam non est, quo referatur hoc verbum. Lego: *adponit*, scil. Princeps his in verbis: *interdicam tutoribus et curatoribus.* Unde patet, *pupillos* eum sumere late, tam pro *puberibus*, quam pro *impuberibus*, ut in *L.* 4. *pr. de jurejur. in lit.* Ita fit, ut Orationis verba etiam ad curatores minorum pertineant: ad ceteros iis similes, ob paritatis rationem, sententia

 ejus."

ejus." Vid. et de varia hujus loci emendatione Glück. *ad h. t.* §. 1581. *not.* 72. *p.* 456. *seq.*

L. 13. *Imp. Antoninus et D. Pater ejus.* Intellige *Caracallam* et Patrem ejus *Septimium Severum.* Augustin. *ad L.* 6. §. 18. *de excusation.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1582. *seq.* Quare non Praetor fuit rogatus, vid. Ant. Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* XII. *Pr.* VIII. *Illat.* 61.

L. 14. *Divorum Principum. Severi* et *Antonini.* Vid. Gluck. *ad h. t.* §. 1581. *a. p.* 460. *seq.*

Tit. X. *de curatoribus furioso et aliis* etc.

L. 1. not. 1. add. Dirksen. *ad LL.* XII. *Tabb. p.* 577. *seqq.* et Glück. *ad h. t.* §. 1590. *d. p.* 162. *seqq.*

not. 2. add. Gluck. *d. loc.* §. 1590. *g. p.* 184. *seqq.*

not. 3. *moribus:* Legibus XII. Tabb. antiquioribus, Schulting. *loc. laud.* Otto, *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 15. Gluck. *d. loc.* §. 1590. *d. p.* 164. *not.* 74.

not. 4. „Particulam *sed* hic delet, et transponit ante *quod moribus*, Hotoman. *Obs.* VIII. 6. legens: *sed* (*quod moribus quidem ab initio introductum est*) *solent* etc. Forte legendum: *sed et.*" van de Water. Neutrum placet. — An etiam jure novo sit cura *legitima* furiosorum et prodigorum, late Gluck. *ad h. t.* §. 1590. *e. p.* 169. *seqq.*

not. 6. *add. Noodt.* etc. et Constantin. *Subtil. enodation.* II. 9. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 560. *seq.*

not. 7. add. Schulting. *ad Caj. Inst.* I. 8. *not.* 11. Pluribus Gluck. *d. loc.* §. 1598. *p.* 305. *seqq.*

§. 1. not. 1. add. Gluck. *d. loc.* §. 1590. *h. not.* 70. *p.* 201. *seq.* quem etiam vid. *ibid. p.* 203. *seqq.* ad praec. verba: *curatio autem ejus* etc.

L. 4. not. 1. Vid. et Gluck. *d. loc. not.* 72. *p.* 202. *seq.*

L. 7. not. 1. add. Gluck. *d. loc.* §. 1591. *not.* 60. *p.* 255.

§. 1. Vid. et ad hunc §. Gluck. *d. loc.* §. 1590. *l. p.* 214. *seqq.*

§. 2. not. 1. Late de hoc §., ejusque varia lectione vel

emen-

emendatione Gluck. *d. loc. p.* 216. *seqq.* ibiq. laud. Keller, *ueber Litis Contestation und Urtheil, p.* 335. *seqq.* not. 5. *heredibus.* „Hi enim agere proponuntur: curator conveniri, cui adv. hanc replicationem conceditur triplicatio doli. Sed, mea sententia pro *replicatio* rectius legeris *triplicatio*, ut in *fin.* textus, et in §. praec. Conf. *Basilic. Schol. ad h. l.*" Voorda. Etiam van de Water notavit: „ego malim *triplicatio*: alioquin tollenda vox *curatori*, aut legendum: *obfutura.* Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* XII. *Pr.* III. *Illat.* 7."

§. 3. not. 1. add. Cujac. *Obs.* XXV. 37. de voce *legitime* a Pothierio non dissentit Gluck. *d. loc.* §. 1590. *l. not.* 50. *p.* 231. ubi de hoc §.

L. 9. „Haec Lex fugitiva est, et ad hunc Titulum non pertinet." van de Water.

L. 10. not. 2. add. Gluck. *d. loc.* §. 1590. *g. not.* 33. *p.* 189.

L. 14. not. 1. Vid. et Gluck. *d. loc. p.* 197. Non obstat §. 19. *Inst. de excusation.* Gluck. *ad Tit. de tutel.* §. 1501. *p.* 111. add. Schrader. *in Comm. ad d.* §. 19.

L. 15. not. 1. „Non *libidinosae*, sed *luxuriosae* mulieri bonis interdicitur." Rucker. add. Gluck. *ad h. t.* §. 1590. *g. not.* 29. *p.* 183. *seq.*

§. 1. Insertus est hic locus Pauli *Sententiis*, III. 4. §. 7. ubi vid. Comm.

L. 16. Pluribus hanc Legem explicuit Gluck. *ad h. t.* §. 1390. *b. p.* 146. *seqq.* et Fabrum refutavit, manum Triboniani in ea deprehendentem. add. Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum. hered. instit.* §. 1425. *c. p.* 431. *seqq.*

L. 17. not. 1. interpolatam hanc Legem a Triboniano putat Fab. *Conject.* XII. 17. *num.* 21. et *de Jurispr. Papinian. Tit.* XII. *Pr.* III. *Illat.* 9.

Lib. XXVIII.

Tit. I. *qui testamenta facere possunt*, etc.

not. 3.

not. 3. *Ceterum, de origine etc.* Alios etiam citavit Gluck. *ad h. tit.* §. 1399. *p.* 312. *seqq.* Ad singulas hujus Tituli Leges commentatus quoque est Hotoman. *Oper. Tom.* II.

L. 1. not. 1. add. Gluck. *d. loc.* §. 1399. *a. p.* 316. *seqq.*

L. 2. Pluribus hanc Legem illustrat Fabrot. *Exercitation.* IV. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1183. *seqq.*

L. 3. not. 1. „ Maranus, *in Paratitl. ad Tit. Pauli de Legat.* paulo post init. verbis: *non privati, sed publici juris est*, significari putat, ea, quae in testamentis scripta, obligationem pariunt, ut *heredis institutionem, Legata, libertates, tutoris dationem*, ita firmari juris vinculo, quasi ab ipsa Lege, non a privato homine, proficiscantur. Sed rectius Cujac. *ad L.* 1. *h. t.* in fin. et Gothofr. *h.*" Voorda. add. Gluck. *ad h. t.* §. 1403. *p.* 341. *seqq.*

L. 4. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 20. §. 14. *not.* 45.

L. 5. *quartum decimum annum.* „ In materia testamentaria etiam olim tantum ex numero annorum pubertas marium computata fuit: sed in nuptiis ex inspectione corporum. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* XI. §. 28. *not.* 89." Rucker. add. Gluck. *ad h. tit.* §. 1404. *d. p.* 404. *seqq.* et *p.* 409. *seqq.*

L. 6. *pr.* quare filiusfam. testamentum facere nequeat, vid. Gluck. *ad h. t.* §. 1407. *a. p.* 98. *seqq.*

L. 7. de inscriptione hujus Legis vid. notata ad *L.* 164. *de verb. signif.* add. Gluck. *d. loc.* §. 1404. *b. not.* 10. *p.* 370.

L. 8. *pr.* add. Gluck. *d. loc.* §. 1407. *p.* 56. *seqq.*

§. 1. Vid. ad hunc §. de Retes. *de Interd. et relig.* I. 1. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1191. et Athan. Oteyz. et Olan. *Paralipom.* IV. 14. *num.* 58. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 608.

§. 4. add. Gluck. *ad h. t.* §. 1407. *not.* 41. *p.* 65.

L. 11.

L. 11. not. 1. acceptos a populo Romano intelligit quoque Gluck. d. *loc.* p. 61. *seq.*

L. 12. *quamvis suus heres dici non possit*, etc. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 4. *Inst. de hered. quae ab int. def.* et Averan. *Interpr. Jur.* III. 21. *num.* 17.

L. 15. *de statu suo dubitantes*, etc. Ratio est, quia hic legare et jubere non potest, qui nescit, an voluntas sua ullius sit momenti. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 20. §. 11. *not.* 56.

L. 18. not. 1. add. Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. quib. non est permiss. fac. testam.*

§. 1. not. 1. add. Gluck. *ad h. t.* §. 1413. *a. not.* 100. *p.* 337. Posse eos ex testamento alterius capere, putat Lud. Charond. *Verisim.* II. 10. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 755.

L. 20. Junge *L.* 10. *de stat. homin.* Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de stat. homin.* §. 5.

not. 1. Pluribus hac de re Gluck. *ad h. t.* §. 1412. *a. p.* 248. *seqq.* et §. 1413. *p.* 345. *seq.*

§. 1. Vid. Clar. C. J. van Assen. *Annot. ad Gaj. Instit. Comm. p.* 100.

§. 2. add. Gluck. *ad h. t.* §. 1413. *a. p.* 369. *seqq.*

§. 3. not. 1. add. Gluck. *d. loc. p.* 329.

§. 4. male *testimonium* pro *testamento* hic in Norico legi, notat Ant. Augustin. *Emend.* III. 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1518.

§. 5. not. 1. *Conf. Schulting.* etc. „Sed, an non alterutram sententiam melius Tribonianus omisisset." Rucker.

L. 21. *Quid est palam?* etc. „Priora Sabini, at haec Ulpiani esse, recte putat Hotoman. *ad h. l.*" van de Water.

§. 2. *quod sic accipiendum est*, etc. „Haec Ulpiani sunt, priora Sabini. Hotoman. *ad h. l.*" van de Water. *Ut — posse eos* etc. De hoc loquendi genere vid. Rygerbos. *Obs. Cap.* 3. *p.* 22.

L. 22. §. 1. Quid, si sit testamentum nuncupativum? Vid. Gluck.

Gluck. *ad h. t.* §. 1413. *a. p.* 379. *seq.*

§. 5. not. 1. add. Gluck. *ad h. t.* §. 1416. *b. p.* 429. *seqq.*

L. 24. add. Gluck. *d. loc.* §. 1416. *p.* 475. *seqq.*

L. 25. *priusquam* secundos *exprimeret heredes.*" De *coheredibus* recte accipit Cujacius, *in Comm. ad Inscr. Tit. Cod. de imp. et al. substitution.*" van de Water.

L. 26. add. Gluck. *ad h. t.* §. 1404. *p.* 551. *seq.*

L. 27. Vid. et de hoc loco Gluck. *ad h. t.* §. 1413. *a. p.* 374. *seq.*

L. 30. not. 1. Late hac de re egit quoque Gluck. *d. loc.* §. 1415. *b. p.* 440. *seqq.* add. Idem, *ibid. p.* 420. *seqq.* ubi, ut et §. 1412. *b. p.* 275., pluribus confirmavit, *proprio chirographo* hic nihil aliud esse, ac *propria manu.*

Tit. II. *de liberis et posthumus heredibus instituendis*, etc.

Argumentum hujus Tituli, laudatis etiam passim aliis auctoribus, copiose exposuit Christ. Fried. Mühlenbruch, qui Gluckii Commentarium ad Pand. post ejus obitum continuare est aggressus.

not. 1. de voce *postumus* plura Mühlenbruch. *ad h. t.* §. 1421. *h. not.* 44. *p.* 154. *seq.* „Ut *suus heres* institui vel exheredari debeat, et ut praeteritus testamentum nullum faciat, hoc non venit ex Lege XII. Tabb., quae tantum ad successionem intestati filium vocat; nec Ciceronis aetate adhuc obtinuit, sed tunc demum admissum, ut nullum esset testamentum, si filius per ignorantiam esset praeteritus: sensim receptum, ut idem obtineret, quacunque ratione filius praeteritus esset. Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 5. *not.* 1. et *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 14. *not.* 39. De institutione *postumorum*, et circa illam juris ortu et progressu, Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 3. §. 2. *not.* 15. *seqq.* Ut *postumi* testamentum rumperent, jam aetate Ciceronis certum fuit. Vid. omnino Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 18. *not.* 48. et §. 19. *not.* 50. *seqq.*" Rucker. Conf.

Müh-

Mühlenbruch. *ad h. t.* §. 1421. *h. p.* 147. *seqq.*

L. 3. not. 1. add. Finestres. *de liber. et postum. Part.* IV. *Cap.* 2. §. 11. Lectionem Flor. *ex adultero* tuetur quoque Mühlenbruch. *d. loc. p.* 302. *not.* 60.

§. 1. not. 1. add. Mühlenbruch. *d. loc. p.* 414. *not.* 21.

§. 2. not. 1. Vid. et ad hunc §. Panciról. *Thes. Var. Lection.* III. 4. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 1410. Finestres. *de liber. et postum. Part.* IV. *Cap.* 2. §. 28. Mühlenbruch. *ad h. t.* §. 1421. *h. p.* 424. *seq.* — Ad seq. §. 6. vid. Papillon. *de Subst. pupill. Cap.* 6. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 733.

L. 4. „*Postumus*, qui nascendi tempore *suus* futurus est, recte instituitur. arg. *h. l.* et *l. seq.* Sed in *postumo alieno* requiritur, ut tempore testamenti facti sit cum eo testamenti factio, adeoque ut tum jam conceptus sit. Finestres. *de postum. hered. inst. Cap.* 2. §. 6." Rucker.

L. 6. not. 1. add. Merill. *Obs.* I. 25.

L. 7. *nec superius rumpetur.* „Adversari videtur *L.* 12. §. 1. *de bon. poss. contr. tabb.* ubi significatur, testamentum perfectum rumpi per posterius, quod solennibus imperfectum, et praeteritione filiifam. nullum erat. Sed aliud videtur juris esse, cum vivo testatore moritur filius praeteritus, ut in hac *L.* 7. aliud, cum patri superstes est, ut in *d. L.* 12. §. 1. Ratio autem differentiae est, quod filii praeteriti, si vivo patre decesserit, nihil intersit, testamentum patris ullo modo sustineri: at, cum patri superstes est, maxime ejus interesse potest, et tum praecipue, cum superius testamentum exstat, in quo ipse exheredatus est, ut in *d. L.* 12. §. 1. tunc enim filius, omni juris remedio destitutus, a successione paterna prorsus excluderetur, nisi posterius testamentum imperfectum aliquatenus sustineatur, eo scil. fine, ut filius praeteritus illud rescindere possit per bonorum possessionem contra tabulas, atque ita ab intestato succedere. Ergo quod dicitur in *d. L.* 12. §. 1.

fa-

favorabiliter fit, et jure singulari ob favorem filii: sed quod habetur in hac L. 7. secundum communes juris regulas fit. Maran. [*loc. laud.*] ubi haec fusius exsequitur. Aliter Cujac. *ad hanc L.* 7. Voorda. Aliter hanc rem explicat Mühlenbruch. *ad h. t.* §. 1421. *h. p.* 319. *seqq.*

L. 8. not. 1. add. Mühlenbruch. *d. loc. p.* 441. *seqq.* qui emendationem Cujacii quoque probat.

L. 9. *quod natura magis* etc. „Hinc incipere notam Pauli, putat Hotoman. *ad h. l.*" van de Water.

L. 10. not. 1. Late de hac Lege egit quoque Gabr. Valius, *ad L.* 29. *de liber. et postum.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 402. *seq.* et Ant. Merend. *Controv. Jur.* IV. 4.

L. 11. not. 2. Vid. et Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 26. §. 1. *not.* 10. add. Merill. *Obs.* I. 36. Forner. *Selection.* I. 19. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 28. Finestr. *de Liber. et postum. Part.* I. *Cap.* 2. §. 10. Galvanum, qui negat patri ex LL. XII. Tabb. licuisse filium exheredare, refellit Finestres. *d. loc. Cap.* 3. §. 5. *seqq.* Vid. et Schulting. *loc. modo laud.*

not. 4. cum Pithoeo facit quoque Brencman. *de Leg. Inscription.* §. 24. *in fin.* in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 176. *seq.*

L. 12. add. Merill. *ad L. Decision. Justinian. Cap.* 28.

L. 13. not. 1. Vid. et Averan. *Interpr. Jur.* IV. 11. *num.* 9. et Merill. *ad L. Decision. Justinian. Cap.* 29.

§. 1. not. 2. Id. Finestres. *de liber. et postum. Part.* IV. *Cap.* 3. §. 4. et Mühlenbruch. *ad h. t.* §. 1421. *h. p.* 7. *seqq.* ubi late de hoc loco egit.

§. 17. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* III. 30. *num.* 6.

L. 14. add. Mühlenbruch. *loc. modo cit. p.* 449. *seq.* quem etiam vid. ad §. 1. *ibid. p.* 454. et ad §. 2. *ibid. p.* 305 *seq.*

L. 16. not. 1. Vid. et Averan. *Interpr. Jur.* IV. 29. *num.* 11. et Finestres. *de liber. et postum. Part.* I. *Cap.* 2. §. 4. et *Part.* III. *Cap.* 2. §. 9.

L. 18.

L. 18. de exheredatione *bona mente* facta late Mühlenbruch. *ad h. t.* §. 1425. *a. p.* 391. *seqq.*

L. 19. Vid. Finestres. *de liber. et postum. Part.* II. *Cap.* 1. §. 4. An odiosa sit exheredatio, Idem, *ibid. Part.* IV. *Cap.* 1. §. 17. *seqq.* et *Cap.* 2 §. 23. add. Mühlenbruch. *ad h. t.* §. 1425. *b. not.* 33. *p.* 225. — *Et* in disputando *adjiciebat.* Ad *Libros* Scaevolae *Quaestionum* haec referenda, putat Bertrand. *de Jurisper.* I. 18. §. 4.

L. 23. not. 1. add. Lablit. *Us. Indic. Cap.* 5. §. 2. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 84. *seq.* „An juste exheredatus querelam habeat, si pater tum ante, tum post testamentum factum, ei injuriam, ob quam exheredavit, remisit, vid. Finestr. *de liber. et postum. Part.* IV. *Cap.* 5. §. 9. *seqq.*" Rucker.

L. 24. Cur ait *postuma*? cur item *vivo patre*? Vid. Cujac. *loc. cit.* et *Obs.* XXI. 27. qui tamen non satisfacit Mühlenbruchio, *ad h. t.* §. 1421. *h. p.* 388. *seqq.*

L. 25. add. Muhlenbruch. *d. loc. p.* 306. *seq.*

§. 1. not. 2. add. Finestres. *de liber. et postum. Part.* III. *Cap.* 2. §. 12. *seq.* et *de postum. hered. instit. Cap.* 2. §. 16.

L. 28. not. 1. add. Finestr. *de liber. et postum. Part.* III. *Cap.* 2. §. 16. *seqq.* et Mühlenbruch. *loc. modo laud. p.* 378. *seqq.*

§. 1. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. quib. mod. testam. infirm.*

§. 3. *aditus est ad hereditatem.* Id est, facultas eam quandoque obtinendi. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 28. *not.* 79.

L. 29. not. 1. Late hanc Legem quoque exposuit Mühlenbruch. *ad h. t.* §. 1421. *h. p.* 181. *seqq.* qui etiam alios laudavit.

§. 1. not. 1. add. Mühlenbruch. *d. loc. p.* 194. *seqq.*

§. 3. not. 1. *nepote* probat quoque Mühlenbruch. *d. loc. p.* 189. *not.* 14.

§. 5. de hoc §. Mühlenbruch. *d. loc. p.* 243. *seqq.* quem etiam vid. ad seq. §. 6. *ibid. p.* 248. *seqq.* add. Finestres. *de postum. hered. instit. Cap.* 4. §. 6. et *Cap.* 5. §. 19. et Caldera, *Variar. Lection.* IV. 10. in Thes. Meerman. *Tom.* III. *p.* 673.

§. 7. de hoc §. Mühlenbruch. *d. loc. p.* 254. *seqq.* quem vid. ad seq. §. 8. *ibid. p.* 259. *seqq.* et ad §. 9. *ibid. p.* 264. *seqq.*

§. 10. add. Finestres. *de liber. et postum. Part.* IV. *Cap.* 2. §. 26. et vid. Jan. a Costa, *loc. cit.* et *ad* §. 3. *Inst. de patr. potestat.* et *ad* §. 6. *Inst. de heredit. quae ab int. def.*

§. 11. not. 1. add. Mühlenbruch. *d.* §. 1421. *h. not.* 97. *et* 98. *p.* 179. *seq.* qui de hoc et seqq. §§. egit, *ibid. p.* 202. *seqq.*

§. 13. not. 1. add. Schulting. *ad Caj. Inst.* I. 7. §. 2. *not.* 14. et II. 3. *not.* 23. et Mühlenbruch. *d. loc. p.* 216. *seqq.* quem etiam vid. ad seq. §. 14. *ibid. p.* 222. *seqq.* „Ante Legem Vellejam nepos erat quidem suus heres, si filius intermedius esset mortuus, sed poterat praeteriri, nec rumpebat avi testamentum, ut nec filia in potestate, quae utique sua heres est, si praeterita esset, nullum reddebat testamentum: sed Lege Velleja cautum, ut nepos moriente filio in locum sui heredis, id est, filii, succederet, id est, ut haberet jus filii, et proinde praeteritus rumperet testamentum avi. Vid. Finestr. *de postum. hered. instit. Cap.* 5. §. 15. *seqq.*" Rucker.

§. 15. not. 3. *quod* nullo jure *potuit.* „Id est, quod neutro jure, neutrius Capitis Legis Vellejae jure. Ricc. *Vindic. Jur. Cap.* 13. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 788. Cur antiquissimo jure *postumus* non potuerit institui, vid. Caes. Costa, *Var. ambig.* I. 24. in eod. Thes. *Tom.* IV. *p.* 1180." Rucker. add. de hoc. §. Mühlenbruch. *ad h. t.* §. 1421. *h. p.* 227. *seqq.*

L. 30. *principale jus est de* liberis *heredibus instituendis*, etc. „Omnibus scil., filiis, postumis, nepotibus, pro-

ne-

nepotibus, qui quasi agnascendo testamentum possunt rumpere. Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 526." Voorda *Principale jus*, de Prudentum interpretatione capere Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 542., notavit van de Water.

Tit. III. *de injusto, rumpto, irrito facto testamento.*

L. 1. *ex quo heres existere* poterit. *Potuit*, Accursius, probante Mureto, *ad h. l.*

L. 2. not. 1. Cum Bynkershoekio facit quoque Mühlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *h. not.* 11. *p.* 523. Sed interpolatam hanc Legem esse, etiam putat Muret. *ad h. l.* et Caes. Costa, *Var. ambig.* I. 56. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1195.

L. 3. §. 1. *duntaxat.* Hanc vocem delet Eck. *ad Tit. Pand. de lib. et postum.* §. 18.

§. 2. *Nam D. Marcus decrevit*, etc. „*Filium postumum* nominatim exheredari debere, ante D. Marcum jam certum fuit, nec ille id hic demum constituit, ut putat Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de exhered. liberor.* Sed cum Trajanus decidisset, ubi filii exheredatio recte poni posset, *L.* 1. *pr. de hered. instit.* Marcus hoc decreto constituit, quo in loco testamenti exheredatio postumi posset scribi. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 21. *not.* 55." Rucker.

§. 4. Lectionem Haloandr. etiam Al. habere, Florentinam tamen retinendam, notat Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B.* *p.* 414. *seq.*

§. 6. *Partes* testamenti Ulpianum appellare diversos institutionum gradus, notat Pothier. *Tit. de liber et postum. num.* 39. Quo sensu *pars testamenti* rumpitur, quum v. gr. secundus gradus, a quo postumus praeteritus est, infirmatur, quamvis primus gradus, a quo exheredatus est, valeat. add. Gluck. *ad Tit. de inoffic. testam.* §. 551. *p.* 282. *not.* 16.

L. 4. not. 1. Vid. tamen Mühlenbruch. *ad Tit. de liber.*

et postum. §. 1421. *h. not.* 74. *p.* 438. *seq.*

L. 5. not. 1. *Vid. et Pothier.* etc. Qui cum Cujacio, *ad L.* 3. *tit. praec.* in verbis: *a quo scil. postumus exheredatus* non *est*, negationem tollit. quod probat quoque Gluck. *ad Tit. de inoffic. testam.* §. 551. *not.* 21. *p.* 284. Sed emendationem Cujacii rejicit Muret. *ad. h. l.* nec eam necessariam putat Mühlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *h. p.* 452. *seq.*

L. 6. §. 5. not. 2. „Ex *L.* 2. *Cod. Theod. de liber. caus.* hoc explicandum, docet Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 511." Voorda.

§. 6. *Vel ad gladium.* „Id est, *ad ludum gladiatorium.* Cujac. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* I. §. 11. *not.* 42. Sed differt poena gladii, ad quam damnatus mori omnino debet, a ludo gladiatorio, ad quam poenam damnatus mortem evadere, et pileari potest. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 17. §. 3. *not.* 8. et *ad Collat. LL. Mos. et Rom. Tit.* XI. §. 7. *not.* 21. et Pith. *ibid. not.* 22." Rucker.

not. 1. add. Schulting. *ad d. loc. Collat. not.* 23. Nonnulla ad hunc §. notavit quoque Gluck. *ad Tit. qui testam. fac. poss.* §. 1407. *not.* 55. *et* 56. *p.* 70. *seq.*

§. 7. *ut testamenta eorum valeant.* Potest iis etiam ab intestato succedi. *L.* 3. §. 4. *de bon. eor. qui ante sent.* add. Gluck. *loc. modo laud. p.* 84. *not.* 81.

not. 4. add. Jac. Gothofr. *ad L. unic. Cod. Theod. de bon. Decurion.* et Constantin. *Subtil. enodation.* II. 6. Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 550. *seq.* — „De *Falcon.* vid. Reland. *Fast. Consul. ad a.* 193. *Pompeji Falco*[illegible] meminit Plin. *Epistol.* I. 23." van de Water.

§. 8. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. qui testam. fac. poss.* §. 1407. *p.* 79. *not.* 71.

§. 9. *quam mox Princeps literis excusavit.* „Id est, *a[illegible] legavit.* P. Fab. *Semestr.* III. 23. *p.* 357." van de Water

L. 8. *[illegible], adoptione* etc. „Insignem hunc

cum vocat Hotoman. *ad* §. 5. *Inst. de exhered. liber.* doceri hic ratus, adoptivae filiae jus majus esse, quam naturalis, quasi illa praeterita rumperet testamentum, haec non item. Sed errat: agitur enim hic de filia post factum testamentum adoptata, quae est loco postumae, et in quasi postumis, quod ad effectum rumpendi attinet, sexus non distinguitur. §. 2. *Inst. de exhered. liber.* add. Vinn. *ad* §. 4. *Inst. de exhered. liber. num.* 1." Voorda.

§. 1. „*Emancipatio* Ulpiani aetate fiebat *mancipationibus* et *manumissionibus*, et tribus quidem in filiis, una vero in filiabus et nepotibus. Si ergo pater filium mancipasset Titio, et priusquam hic ab eo manumitteretur, conderet testamentum praeterito isthoc filio, valebat testamentum, quia suum heredem, quem in potestate habebat, non praeterierat testator. At filius deinde a Titio manumissus recidebat in potestatem patris, eique denuo fiebat suus heres, ideoque rumpebat testamentum illud quasi agnascendo. Ulpian. [*loc. laud.*] Haec in filiabus et nepotibus usu non veniunt, quia una mancipatione exeunt e potestate: nam ea re fit, ut ab emtore manumissi non recidant in potestatem patris: imo semel a patre mancipati statim prorsus sui heredes esse desinunt. Hoc, nec quicquam aliud, in hoc §. doceri, merito existimant Cujac. et Schulting. *ad d. loc. Ulpian.* et Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 265." Voorda.

L. 10. Vid. Finestres. *de liber. et postum. Part.* II. *Cap.* 2. §. 25.

L. 12. *remque obtinebit.* „*Bonorum possessionem secundum tabulas* ex jure Praetorio obtinere potest scriptus heres ex qualicunque testamento, quod habet septem signa testium, sed ea *sine re* et sine effectu est, si alius jure est heres. Ulpian. *in Fragm. Tit.* 23. §. 6. add. Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de bon. poss. contr. tabb. p.* 569. Hic autem intestati successores jure he-

redes sunt, nimirum jure legitimo, et testamentum illud, ut jure civili revera ruptum, impugnare possunt. At Constitutionibus hic laudatis rigor ille juris benigne relaxatus est, et favore testamenti factum, ut ea bonorum possessio sit cum re et effectu, quae alioquin summo jure debuerat esse inanis. Maran. *d. loc. p.* 371." Voorda.

L. 13. Inserta haec Lex est Caji *Instit.* II. 3. §. 2. ubi vid. Interpp. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 19. *not.* 52. *seq.* et Mühlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *h. not.* 97. *p.* 179.

L. 15. not. 1. add. Finestr. *de postum. hered. instit. Cap.* 1. §. 17.

L. 16. *multum autem interest*, etc. „ Priora videntur esse Q. Mucii: at hic incipere nota Pomponii." van de Water.

L. 17. add. Finestr. *de liber. et postum. Part.* II. *Cap.* 2. §. 8. Jan. a Costa, *ad pr. Inst. de exhered. liberor.* Mühlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *h. p.* 329. *seqq.*

L. 18. not. 1. add. Finestr. *de postum. hered. instit. Cap.* 5. §. 9. *seqq.*

L. 19. not. 1. add. Papillon. *de Jur. accresc.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 776.

§. 1. *me posse adire puto*, etc. „ Idque quoniam adcrescit portio portioni potius, quam obvenit jure substitutionis. *L.* 35. *pr. de adq. vel om. hered.* Conf. Cujac. *Obs.* XII. 14." Voorda.

Tit. IV. *de his, quae in testamento delentur*, etc.

L. 1. §. 1. *manebunt.* Id est, *valebunt.* Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 17. *not.* 45.

§. 3. not. 1. add. Suarez. *ad L. Aquil.* I. 5. *Sect.* 5. *num.* 13. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 71. — *Et si quidem illud* concidit *testator.* „ Haec vetus est, et rectissima scriptura, pro qua nonnulli male reposuerunt:

con-

conscidit. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 265." Voorda.

§. 4. not. 1. Late de hoc loco egit quoque Mühlenbruch, *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *h. p.* 397. *seqq.* add. Marckart. *Interpr. rec. Lection.* II. 1. *p.* 173. et II. 3. *p.* 195. *seq.*

L. 2. not. 1. *Hoffman.* etc. *at id se propter unum* etc. „Ego mallem: *et* se *propter unum* etc. Literas *a* et *i* confundit Librarius Florentinus." Rucker.

L. 3. *in cognitione Principis.* „Haeret Ant. Augustin. *de Nom. propr. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 299. Sed ad *Antoninum* referendum." van de Water. — „Late et pulchre ad hanc Legem Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. L.* 12. *de his quae ut indign.*" Rucker. — Haec colloquia nihil aliud esse, quam acta judicii breviter perstricta, docet Pancirol. *Thes. Var. Lect.* I. 38. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 982. et Conrad. *Parerg. p.* 459. *seq.* Vid. et Cujac. *loc. modo laud.* — Solebant sententiae Principum calamo excipi, quem in finem Notarii judicio adsistebant. Noordkerk. *Obs. Cap.* 4. *p.* 67.

not. 1. *non* pro *nonne* hic etiam accipit Marckart. *Interpr. rec. Lect.* II. 11. *p.* 243.

not. 2. „Casaubonus [*loc. laud.*] suspicatur, hunc *Priscianum* eundem esse, cujus apud Capitolinum fit mentio, et qui reus affectatae tyrannidis sub Pio periit. Hoc si verum foret, per *Antoninum* hic intelligendus esset *Pius*, qui, uti hic, sic etiam in *L.* 6. §. 8. *de excusation.* Hadriani patris mentionem faceret, eo magis, quoniam Marcello JCto usus est Pius. Capitolin. [*loc. laud.*] *Cap.* 12. Adjecta tamen Consulum nomina faciunt, ut *Marcum Antoninum* hic indicari putem, sic ut *Priscianus* memoratus fuerit forsitan filius ejus, qui memoratur a Capitolino, aut alius nunc ignotus. add. Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 32. in fin. et

 Rei-

Reines. [loc. laud.] " van de Water.
not. 3. add. Car. Frid. Walch. *Opuscul. Tom.* I. *p.* 322. *seqq.*

Tit. V. *de heredibus instituendis.*

L. 1. §. 3. not. 2. Simile vitium apud Sueton. *in Caligul. Cap.* 55. ubi vid. Burman.
not. 3. „ Male Bynkershoek. verbum *testari* passive accipit. Vid. praecedens *testatur*, et sequens *dicat.*" van de Water.

§. 4. „ Ex re certa institutus an coherede deficiente habeat jus accrescendi? vid. Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* II. *Cap.* 11. §. 62." Rucker.

L. 3. §. 4. not. 1. „ Jure veteri dies legati cedit ex tempore *mortis testatoris*: ex Lege Papia Poppaea vero ex *apertis tabulis*, cujus hic est vestigium: sed jure novo reductum est jus vetus. *L. unic.* §. 5. *Cod. de caduc. tollend.* Cujac. et Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 31. *not.* 75." Rucker.

L. 4. Vid. ad hanc Legem Mühlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *h. p.* 368. *seqq.*

§. 1. *facti potestas est.* Hal. *facti potius esse*, quod praeferre videtur Mühlenbruch. *d. loc. p.* 359. *not.* 11. — *A primo milliario Alexandriae.* Vid. Conrad. *Parerg. p.* 394. *in not.* — *Per hiemis conditionem.* De hoc loquendi genere vid. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de pact.* §. 2. *p.* 282.

§. 2. add. Finestres. *de liber. et postum. Part.* III. *Cap.* 2. §. 9. et Mühlenbruch. *loc. modo laud. p.* 370. *et p.* 435.

L. 6. §. 1. not. 1. add. Jan. a Costa, *ad* §. 15. *Inst. de hered. quae ab int. def.* et Finestr. *de liber. et postum. Part.* III. *Cap.* 2. §. 21. *seqq.* et *de postum. hered. instit. Cap.* 5. §. 9. *seqq.*

§. 3. *ut Julianus scribit.* Scil. *Lib.* XXX. *Digestorum.* Vid. *L.* 18. *de vulg. et pup. subst.* Labitt. *de Us. Indic. Cap.* 5. §. 22. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 98.

§. 4.

§. 4. add. Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de fideic. libertat. in fin. p.* 461.

L. 9. §. 2. not. 1. Solitos fuisse Veteres JCtos Libros *Digestorum* fere postremo scribere, et in illis Libros, quos ante scripserant, in unum quasi corpus redigere, observat Perrenon. *Animadv.* I. 22. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 619. *seq.* — *Quasi plus* nuncupatum *sit.* Id est, *Librario dictatum.* Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 20. §. 9. *not.* 26. add. Merill. *Obs.* IV. 59.

§. 8. not. 1. add. Ches. *Differ. Jur. Cap.* 19. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 673. *seq.* Finestr. *de liber. et postum. Part.* IV. *Cap.* 2. §. 11. Mühlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *h. p.* 501. *not.* 58.

§. 9. *nemo potest.* „Jure novo potest. §. 27. *Inst. de Legat.* ut adeo hic §., si ex mente Ulpiani accipiatur, contineat jus antiquatum. Sed ex mente Triboniani sic intelligi potest, ut, licet hodie persona incerta possit institui, tamen debeat testator talem addere demonstrationem, unde possit dignosci, quemnam voluerit. Schulting. *ad Ulp.* [*loc. laud.*]" Rucker.

not. 1. *certus*, ut Hal., etiam Al. Vid. Gluck. *ad Tit. qui testam. fac. poss.* §. 1406. *p.* 442. *not.* 94.

§. 14. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 30. *num.* 6. et J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 143. *seqq.* Lugd. Batav. 1829.

§. 15. *Haec e Glossa esse, putat Faber*, etc. „ratus, eum bessem totum, prout voluerit, habiturum vel *institutionis*, vel *substitutionis* jure. Sed vid. *L.* 16. *h. t.*" Voorda.

L. 10. *pro partibus.* „Diversis scil. seu disparibus, uti mox indicatur, v. gr. unum ex besse hujus, alterum ex triente illius fundi." Voorda. Male in quibusdam libris scribi: *pro partibus aequis*, notat Balduin. *Disp.* I. *de Jur. Civil. Cap.* 3. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 946.

perinde habendum, *ac si* etc. „Proinde, ac si dixisset, Titius heres esto, Maevius heres esto. Ergo non reliquae tantum hereditatis, sed ipsorum etiam fundorum, partes habebunt aequales. Fab. *Conject.* XVII. 16." Voorda.

not. 1. „Ex variis hisce lectionibus germana sic commode restitui potest: *nec enim faciles ex diversitate praediorum portiones inveniuntur.*" van de Water. Voorda pro *sed* legit *sub.*

L. 13. §. 4. not. 1. add. Ed. Schrader. *Auslegung des letzten Willens, wen der Erb-lasser mehr als ein ganzes vertheilt hat, mit besonderer Rücksicht auf L. 23. Cod. de Legat.* in Dessen *Civil. Abhandl. p.* 223. *seqq.*

L. 15. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 10. §. 8. *seq.* et Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* II. *Cap.* 11. §. 18.

L. 17. §. 1. *et variat.* De variantibus JCtis Merill. *Obs.* I. 9. Vid. et ad hunc §. Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* II. *Cap.* 11. §. 34.

§. 5. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 11. *num.* 9. et J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 145. *seqq.*

L. 19. not. 2. Vid. et ad hanc Legem Averan. *Interpr. Jur.* IV. 15. *num.* 5. et V. 20. *num.* 2. Papillon. *de direct. hered. substit. Cap.* 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 686. J. J. Enschedé, *Diss. modo laud. p.* 149. *seq.*

L. 26. add. Cujac. *ad L. unic.* §. 1. *Cod. de caduc. tollend.*

L. 27. §. 1. not. 1. add. Mühlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *h. not.* 82. *et* 83. *p.* 396. *seq.*

L. 30. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. qui et quib. ex causs. manumitt. non poss.*

L. 31. §. 1. Defuncti *locum obtinere.* „Imo *heredis* personam sustinet. *L.* 24. *de novation.* Si nempe ut adita consideratur: tunc *heredis* personam retro repraesentasse videtur. Vid. Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* I. *Cap.* 1. §. 14." Rucker.

L. 32.

L. 52. *non ex alieno arbitrio pendere.* Ita in testamentis; aliud in contractibus. Jac. Gothofr. *ad L.* 22. §. 1. *de reg. Jur. Veteres* quinam hic intelligendi, vid. Dirksen. *Beiträge zur kunde des Röm. Rechts*, *p.* 159. *seqq.* et Gluck. *ad Tit. qui test. fac. poss.* §. 1406. *p.* 442. *not.* 91.

L. 55. *Sed ita et officio Judicis familiae erciscundae* etc. Vid. *L.* 1. *Cod. Gregor. de fam. erc. et comm. divid.* in *Jurispr. antejustin. p.* 694.

§. 4. not. 1. „Ulpianus, enucleato casu proposito, hic [§. 5.] demum ex fundamentis §. 3. et 4. jactis, directe respondet ad quaestionem in *pr. h. l.* positam. Porro vox *rationem* ex fin. §. *praec.* transponenda ad initium hujus §., et pro *dici* legendum *dixi.*" Voorda. Pari modo hunc locum emendant Rucker. et van de Water.

L. 56. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 14. *num.* 8. *seq.*

L. 57. not. 1. add. Papillon. *de direct. hered. substit. Cap.* 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 686. Etiam Voorda notavit: „Formula illa instituendi est Galli Aquilii, in qua semper necesse est praemitti institutionem filii. *L.* 29. *pr. et* §. 10. *de liber. et postum.* eam igitur praecessisse supponit Julianus, ut notissimum. Fab. *de Error. Pragm.* [*loc. laud.*]"

§. 1. add. Papillon. *loc. modo laud. Cap.* 3. *p.* 673.

L. 58. §. 2. delet quoque hic (:) Rucker., eaque ponit post vocem *conditione.* Vid. et ad hunc §. Averan. *Interpr. Jur.* III. 17. *num.* 5. et V. 5. *num.* 1.

L. 40. not. 2. Probat et Voorda, quoniam, ut ait, illud suadent res ipsa, et contextus, et §. *ult. Inst. de vulg. subst.*

L. 41. *Ut refert Sextus* Pomponius. „*Pompejus* legisse videtur Bertrand. *de Jurisper.* I. 23. §. 3. et II. 53. §. 2. Male: verba enim *ut refert Sextus Pomponius* sunt Triboniani." van de Water. *Sextus Pompejus* etiam Hal. Vid. Geb. *h.*

L. 42. add. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* III. 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 202. *Ante apertas tabulas.* „Jure veteri dies Legatorum cedebat ex tempore *mortis* testatoris; sed ex Lege Papia Poppaea ex *apertis tabulis*, ejusque est hic vestigium. Sed jure novo jus vetus est reductum. *L. unic.* §. 5. *Cod. de cad. tollend.* Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 31. *not.* 75." Rucker.

L. 44. *Exheredes sunto.* „Etiam extraneus, heres si scriptus est, recte exheredatur; non scriptus, inepte. Cujac. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 27. *not.* 76. — Jussus cum exheredatione, nisi heres quid faciat, conditionem facit. Schulting. *ad d. loc. Ulpian.* §. 30. *not.* 82." Rucker.

Respondit „Scil. Servius. Bynkersh. *Obs.* VIII. 1. Vid. *L. seq.*" van de Water.

L. 45. not. 1. add. Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaest.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 384. *num.* 5.

L. 46. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 9. *num.* 16.

L. 47. §. 1. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 11. *num.* 9. et 12. Etiam Voorda notavit: „quod hic habetur, abrogatum est a Justiniano *L.* 23. *Cod. de Legat.*" et similiter van de Water. „hanc computationem rejecit Justinianus *L.* 23. *Cod. de Legat.*"

L. 48. *hereditatis meae dominus esto.* „Veteres heredes pro *dominis* appellabant. Forner. *Selection.* I. 19. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 28." Rucker.

§. 2. not. 1. Mureto, qui ex hoc §. corrigendum putat *pr. Inst. de hered. inst.*, obloquitur Otto, *in not. Critic. ad d. pr. Inst.* et *in Praef. Tom.* IV. *Thes. Jur. p.* 4.

L. 49. not. 1. Conf. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 268.

L. 50. §. 1. institutione *heredis sit expressa. In institutione*, ope geminationis, Rucker.

§. 2. *Puta haec:* etc. „Al. male hic addunt *sescunciam.*

Vid.

Vid. Augustin. *Emend.* II. 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1485. Videtur tamen ex §. 5. *Inst.* *h.* *t.*, qui hinc descriptus est, supplenda vox *uncia*. Vid. Muret. *ad d.* §. 5. [Oper. *Tom.* IV. *p.* 368.]" van de Water.

L. 51. Vid. ad hanc Legem Averan. *Interpr.* *Jur.* III. 30. *num.* 15. et IV. 29. *num.* 5.

L. 52. Vid. de Retes., *de interdict. et relegat.* III. 5. *Illat.* 3. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1272. *seq.*

L. 54. *ac si pupillo substitutus non* fuisset: *si pupillo* etc. Rucker. *fuissET*, id est, *fuisset*, *et si pupillo* etc.

L. 57. Hanc Legem explicat Fab. *de Jurispr. Papinian.* *Tit.* VI. *Pr.* III. *Illat.* 3.

L. 58. §. 1. add. Otton. *Diss. de nupt. consobrinor.* *Cap.* 1. §. 5. in ej. *Diss. Juris publ. et priv.* *p.* 86.

L. 59. §. 1. *Si asse descripto* id dictum sit. „ Flor. *id ad edictum sit.* Vid. Taurell. *in annot.* Mallem: *id adscitum*, vel *id additum sit.*" Rucker. Conf. Brencm. *h.*

§. 6. Vid. de hoc §. Averan. *Interpr.* *Jur.* V. 30. *num.* 19. 7. not. 1. Etiam van de Water notavit: „ Sine dubio cum Cujacio ita legendum, nisi dicamus, JCtos saepe confudisse nomina hypothetica."

L. 60. *secundo loco.* Aliud est *secundo loco*, aliud *secundo gradu* instituere. Jan. a Costa, *ad* §. 1. *Inst. de vulg. substit.*

L. 61. *quoniam contentam te esse* doti *volui*. Vid. de hac locutione Marckart. *Interpr.* *rec.* *Lection.* I. 9. *p.* 58.

L. 62. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm.* *Tit.* 14. *not.* 2. — *Benevolentiae est.* „ Id est, indulgentiae Principis in hanc rem specialiter impetrandae, secundum Ant. Fab. *de Error. Pragm.* *Dec.* 97. *error.* 3. ob *L.* 2. *de adq. vel om. hered.*" Voorda.

§. 1. *et ad designationem* nominis *singulari nomine utatur.* „ Faber, *de Jurispr. Papinian.* *Tit.* XII. *Pr.* I. *Illat.* 43. legit: *hominis.* Sine emendatione hic poterit esse sensus: et in designando nomine nulla adjectione

uta-

utatur, unde nomen dignofci posfit." van de Water! Verba: *nisi ex aliis* etc. etiam Fab. *de Jurispr. Papin. d. loc.* Triboniano adfcribit; fed fine causfa, notat Gluck. *ad Tit. de tutel.* §. 1301. *p.* 82. *not.* 79.

L. 63. add. Lud. Charond. *Verisim.* II. 14. in Thef. Otton. *Tom.* I. *p.* 764. et Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* II. *Cap.* 11. §. 36.

L. 64. not. 1. add. Finestr. *de postum. hered. instit. Cap.* 2. §. 20.

L. 66. not. 1. add. Papillon. *de Jur. accresc.* in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 787. et Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* II. *Cap.* 11. §. 35. *et* 47. „Merillius, *de Jur. accresc. Cap.* 5. [in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1761.] ex hac Lege colligit, nullum esfe conjunctum *verbis tantum*, qui non *re* quoque intelligatur conjunctus: quoniam Cajus et Maevius, licet *aequis ex partibus* heredes fcripti, hic pro *re conjunctis* habentur. At illi in *fin.* textus negantur *conjuncti* esfe, idque ob verba *aequis ex partibus*, quibus fit, ut testator ipfe non totum id, quod iis reliquit, cuique eorum det, fed partem duntaxat ejus, ac proinde, ut eos non inftituat conjunctim. *L.* 80. *de Legat.* 3^{tio}." Voorda.

L. 68. not. 2. Vid. et ad hanc Legem Gluck. *ad Tit. qui testam. fac. posf.* §. 1406. *p.* 443. *feq.* et Mühlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *h. p.* 419. *feqq.* add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 50. *num.* 6.

L. 69. *Cartilius.* De quo vid. notata ad *L.* 5. §. 13. *commodat.* add. Bertrand. *de Jurisper.* II. 22.

L. 70. not. 1. Quaedam de *captatoriis institutionibus* notavit quoque Walch. *Opuscul. Tom.* I. *p.* 220. *feq.*
not. 2. add. Otton. *Disf. de dolo bono*, *Cap.* 2. §. 15. in ej. *Disf. Jur. publ. et priv. p.* 548. *feq.*

L. 71. not. 2. „Scribendum forte: *ex ea parte Titius*, quoniam in feq. demum §. agitur de captione, in aliam perfonam directa." Voorda.

L. 72.

L. 72. not. 1. *si quis solidum* etc. Veluti conjux a conjuge propter Legem decimariam. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 15. *not.* 5. Voordam perperam carpere Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 10. §. 12. notavit van de Water.

L. 73. add. Papillon. *de direct. hered. substitut. Cap.* 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 707. *seq.*

L. 74. Vid. et ad hanc Legem Gluck. *ad Tit. de usufr.* §. 632. *p.* 182. *seqq.*

L. 75. Vid. Papillon. *de substit. pupillar. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 733.

L. 76. *Pro* idem *Cujac.* etc. „ Et *Obs.* XIII. 37. in fin. Sed non necessaria haec emendatio, si *idem* accipiatur, scil. *servus*, vel, scil. *Julianus ait*, ut saepe apud JCtos." van de Water. Conf. Gluck. *ad Tit. de donation. int. vir. et ux.* §. 1253. *c. p.* 53. *not.* 24.

L. 77. not. 1. add. Oisel. *ad Caj. Inst.* II. 7. §. 8. *not.* 41.

L. 78. §. 3. *quam* per Leges *capere* etc. Vid. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 14. *not.* 2.

L. 81. §. 1. add. Cujac. *Obs.* XVI. 11.

L. 82. not. 1. add. Papillon. *de direct. hered. substit. Cap.* 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 686. *seq.*

L. 83. §. 1. Late ad hunc §. Fab. *Conject* XVIII. 13.

L. 85. not. 1. add. Rad. Forner. *Rer. Quotid.* V. 25. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 276.

not. 2. Pluribus hanc Legem explicat Fab. *Conj.* XVII. 19. et late de ea quoque egit Athan. Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* I. 9. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 407. *seq.* — *Quod eos amplius noluit* etc. „ Flor. *quos eos amplius* etc. Legendum autem: *quos eo*, uti ediderunt Miraeus et Baudoza." Voorda. Scriptos et editos *eo* habere, et Flor. quoque *s* deletam, notat Brencm. *h. Eos* ortum ex mala geminatione, putat Rucker.

L. 86. §. 1 *Lege: pareant.* add. P. Fab. *Semestr.* II. 16. *p.* 430. Similis error in *L.* 53. *de usur.*

L. 87.

L. 87. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 11. *num.* 9.

L. 92. not. 1. Ex hac inscriptione apparere, *Imperiales Sententias*, et *Libros Decretorum* Pauli non idem opus fuisse, notat Gluck. *ad Tit. qui testam. fac. poss.* §. 1405. *not.* 49. *p.* 424. *seq.*

not. 3. Vid. et de hoc *Pactumejo* Gluck. *loc. modo laud.* *p.* 425. *not.* 50.

not. 4. „Forte hic *Novius Rufinus* est, qui Clodii Albini partes secutus, a Septimio Severo fuit occisus. Vid. Spartian. [*loc. laud.*]" van de Water. add. Gluck. *l.* *not.* 50.

Licet modus *institutione* etc. *Modum* hic pro *caussa* accipi, docet quoque Schulting. *Exercit. ad Val. Maxim.* VII. 7. *Exerc.* I. *p.* 547. Locum autem hunc forte ita restituendum putat van de Water: *licet modus institutione falsus contineretur, qui non solet obesse.* — Legem hanc cum *Lege* 28. *de inoffic. testam.* conferri vult Noodt. *ad Tit. Pand. de inoffic. testam.* Vs. *Sed apparet*, etc. circa fin.

Tit. VI. *de vulgari et pupillari substitutione.*

„Omnes substitutionum species, quae in jure occurrunt, non satis commode ad *duas* referri possunt, Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 4. *not.* 4. — *Substitutio vulgaris* male creditur inventa propter L. Papiam: diu ante eam in usu fuit. Caes. Costa, *Var. ambig.* I. 25. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1181. *seq.*" Rucker.

not. 1. *Ad singulas h. t. Leges* etc. ad nonnullas Lud. Charond. *Verisim.* II. 15. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 759. *seqq.*

L. 1. §. 2. *quam exheredatis.* „Sed cui tunc substituitur? quis est primus heres? Vid. Papillon. *de direct. hered. substitut. Cap.* 2. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 671." Rucker. add. Vinn. *ad* §. 4. *Inst. de pupill. substit. num.* 1.

L. 2. not. 1. add. Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 4. §. 1. *not.* 5.

not. 5. et Otton. *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 8. *Ita enim post Legem Vellejam* etc. Vid. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 19. *not.* 52.

§. 2. „ Speciem facti lucemque suggerit Julianus ipse in *L.* 27. §. 4. *ad SCtum Trebellian.* Labitt. *Us. Indic. Cap.* 5. §. 19. [in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 97.] " Voorda.

§. 4. Vid. praeter Foquel. et Jan. a Costa, etiam Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 25. §. 8. *not.* 16. add. Papillon. *de Substit. pupillar. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 730. Verba: *prius sibi debere, deinde filio heredem scribere*, spuria esse, et praecedens verbum *substituere* abundare, putat Pratej. *Jurispr. Med.* I. 29. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 520. Sed vid. Leonin. *loc. laud.* Aliter hunc locum emendat Muretus, *ad* §. 5. *Inst. de pupill. substit.* sed male.

not. 2. *add.* *Reines.* etc. et Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 32.

not. 3. add. Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 4. §. 2. *not.* 11. et Gluck. *ad Tit. qui testam. fac. poss.* §. 1419. *a. p.* 44. *seqq.*

§. 6. „ Lud. Charond. *Verisim.* II. 13. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 760. putat, Ulpianum in hoc §. corrigere praecedentia. Aliter Lyclam. *Membran.* I. *ult.* " van de Water.

L. 4. §. 2. *hoc communi* verbo. „ Id est, *formula.* Foquel. *Prael. Aurel. p.* 170. " Rucker. add. Noodt. *Obs.* II. 9.

L. 5. not. 1. add. Finestr. *de adq. vel. om. hered. Part.* II. *Cap.* 10. §. 20. et Papillon. *de Jur. accresc.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 767.

L. 6. not. 1. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 15. *not.* 3. et Papillon. *de Substit. pupill. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 729.

L. 7. add. Labitt. *Us. Indic. Cap.* 3. §. 34. ibiq. Schmucc.

in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 54. *seqq.* et Foquel. *Prael. Aurel. p.* 178. *seqq.*

L. 8. Jungit cum *L.* 3. *de Legat.* 1°. Papillon. *de Subftit. pupill. Cap.* 5. in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 738.

§. 1. *Sed is*, qui ex *testamento* etc. Rucker. ope geminationis, *qui ei ex testamento.*

not. 2. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 4. *not.* 7. et Merill. *Obs.* VII. 10.

L. 10. §. 1. *quos possum heredes mihi facere necessarios.* „Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 52. *error.* 4. *num.* 4. fubaudit: *et feci*, ratus, non fufficere, potuisfe patrem hunc, quem fubftituit, fibi facere heredem necesfarium, nifi id reapfe etiam fecerit, ob *L.* 2. §. 4. *sub fin. h. t.* Male: is enim locus ex hoc textu explicandus." Voorda.

§. 2. Ad hunc et feq. §. 3. et 4. vid. et Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* VI. *Pr.* V. *Illat.* 5.

§. 7. Conferendus hic §. cum *L. ult.* §. 1. *h. t.* Labitt. *Uf. Indic. Cap.* 5. §. 24. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 104. *seqq.* ubi utrumque hunc locum explicat.

L. 11. add. Papillon. *de Subftit. pupill. Cap.* 5. in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 729.

L. 12. Vid. et Papillon. *d. loc. Cap.* 9. *p.* 752. et Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* VI. *Pr.* V. *Illat.* 7.

L. 14. add. P. Fab. *Semestr.* II. 16. *p.* 430.

L. 15. not. 1. add. notata ad *L.* 7. *h. t.*

cum fructibus inventis in hereditate. „Labittus [*loc. ad d. L.* 7. *cit.*] intelligit hic fructus a filio inventos in hereditate patris, quum ei fe misceret. Male: nam intelligendi fructus in hereditate filii inventi. add. Schmucc. *ad d. loc. Labitt.*" Voorda.

L. 16. §. 1. not. 1. add. Finestr. *de liber. et postum. Part.* II. *Cap.* 1. §. 6. *seqq.*

L. 17. add. Finestr. *de postum. hered. inst. Cap.* 2. §. 14.

L. 18. §. 1. Vid. Papillon. *de Subftit. pupill. Cap.* 5. in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 721.

L. 23.

L. 23. not. 1. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 17. §. 1. *not.* 8.

L. 26. „ *Substitutionis* legit quoque Labitt. *Us. Indic. Cap.* 5. §. 24. [in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 107.] at non sollicitandus textus: emphasis est in *hujus institutionis*, id est, *substitutionis.*" van de Water. Vid. et ad hanc Legem Papillon. *de Subſtit. pupill. Cap.* 5. in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 739.

L. 30. add. Papillon. *de direct. hered. subſtit. Cap.* 7. in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 693.

L. 31. *quae pro parte mota est.* „ Veluti si exheredata filia secundum *L.* 19. *de inoffic. testam.* egerit cum solo extraneo, quem pater una cum filio heredes fecerat aequis partibus: addita autem haec verba, quia in totum mota querela testamentum universum rescinderetur, ipsaque adeo substitutio ex jure Pand." Voorda. Vid. et de hac Lege Averan. *Interpr. Jur.* IV. 21. *num.* 20.

L. 33. *ut filium* puberem. Lege: *impuberem*, ut Flor. not. 1. add. Papillon. *de Subſt. pupill. Cap.* 3. in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 718.

§. 1. add. Papillon. *de direct. hered. subſt. Cap.* 7. in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 688.

L. 34. §. 2. add. Papillon. *de Subſt. pupill. Cap.* 10. in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 753. *seq.*

L. 37. add. Foquel. *Prael. Aurel. p.* 266.

L. 40. add. Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. de adoption.* Papillon. *de Subſt. pupill. Cap.* 6. in Thef. Otton. *Tom.* IV. *p.* 742. Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaestion.* in Thef. Meerman. *Tom.* II. *p.* 502.

L. 41. pr. add. Vinn. *ad* §. 3. *Inst. de vulg. subſtit. num.* 2.

§. 3. Junge *L.* 7. *h. t.* quae ex eodem auctore et Libro est. Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 566. add. Fineatr. *de liber. et postum. Part.* IV. *Cap.* 3. §. 25.

§. 4. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 16. *num.* 10.

§. 6. Vid. et Papillon. *de Subst. pupill. Cap.* 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 748.

L. 43. *perseverat et.* „Sensus efflagitat, legendum: *perseveravit.*" van de Water. *Perseverasset*, Hal. et Vulg. et ita etiam Flor., sed non ita antique factum. Vid. Brencm. *h.*

§. 1. *filius* meus *si intra* etc. Male apud Russard. legi: *filius meus Maevius*, notat Bynkersh. *de captator. institution. Cap.* 6. sub fin. Ipse quoque Russard. Florentinam rectiorem dicit.

§. 2. *a* secundo *exheredatus.* „*Substituti* heredes dicuntur *secundi.* Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 4. *not.* 2." Rucker.

L. 44. add. Papillon. *de direct. hered. substit. Cap.* 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 703.

L. 45. not. 1. Vid. et de hac Lege Papillon. *loc. modo laud. p.* 710. et Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod. de natural. filiis*, etc.

not. 3. add. Ant. Fab. *Conj.* XV. 13. *num.* 28.

L. 47. add. Papillon. *loc. modo laud. Cap.* 7. *p.* 692.

L. 48. §. 1. not. 1. add. Labitt. *Us. Indic. Cap.* 5. §. 24. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 104. *seqq.* et Papillon. *loc. modo cit. Cap.* 6. *p.* 684.

Tit. VII. *de conditionibus institutionum.*

L. 2. §. 1. Vid. Papillon. *de direct. hered. substit. Cap.* 9. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 712.

L. 6. not. 1. add. Marcil. *ad* §. 10. *Inst. de hered. instit.*

Conditionem evanescere. „Scil. quantum ad heredis institutionem vitiandam: non ut omnino conditio remissa censeatur: congruo enim tempore voluntati defuncti satisfacere debet. Guther. *de Jur. Man.* III. 21." Rucker. Aliter Averan. *loc. laud.*

L. 7. *Si* invicem *cavissent.* „Id est, pro sua quisque vice, ut in *L.* 28. §. *ult. de liber. et postum.*" van de Water.

L. 8.

§. 5. *Qui servum testamento sibi legatum*, etc. „Hic ponendum, legatum eum fuisse sub conditione: nam eo pure legato non valuisset emtio. *L.* 45. *pr. de reg. jur.* quum res legata a defuncto ipso jure transeat in Legatarium. *L.* 64. *de furt.* Sand. *Decision.* IV. 4. *Def.* 12. quod, quum componerentur Pand., jam fiebat per legata omnia. *L.* 1. *Cod. comm. de Legat.* ut necesse non sit, ponere quoque *vindicationis* legato hic relictum fuisse, quod tamen Juliani aetate erat necesse." Voorda. Ant. Faber, *Conj.* XII. 18. verba: *et tunc compererit le-*

legatum sibi hominem esse, ut agat ex testamento, inepti Interpretis esse putat, et delenda. Sed sine caussa. add. Cujac. *ad Libb. Julian. Digestär. in expl. h. l.*

§. 7. add. Averan. *Interpr. Jur.* II. 24. *num.* 21. *seq.*

§. 9. Vid. ad hunc §. Franc. Marſ. Gordon. *Praetermissor. Cap.* 4. in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 859.

§. 12. add. Lud. Charond. *Verisim.* II. 14. in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 765.

§. 13. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 11. *not.* 22.

L. 85. *Alter ex his partis aestimationem* etc. „Non quod eo petierat *aestimationem:* nam hoc dictum non ad intentionem referendum, sed ad condemnationem, puta quia heres non potuit partem fundi tradere, et propterea in aestimationem damnatus est. Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 299." Voorda.

L. 86. pr. Vid. Jac. Gothofred. *Animadv. Jur. Cap.* 20. in Theſ. Otton. *Tom.* III. *p.* 520.

L. 87. not. 2. add. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* et Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* III. *Cap.* 2. §. 7. *seqq.*

L. 88. Vid. J. J. Enſchedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 159. *seq.*

L. 89. *facit jus*, id est, *id jus*, etiam Rucker.

L. 90. §. 1. Pari modo hunc locum ſupplet Ant. Fab. *Conj.* III. 2. *num. ult.*

L. 91. pr. Vid. Constantin. *Subtil. Enod.* II. 10. in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 566. *seq.*

§. 2. *totum legatum ei debebitur.* „Nec obſtat regula Catoniana, quippe non pertinens ad legata, quorum dies adita demum hereditate cedit. *L.* 3. *de reg. Catonian.* dies autem legati ſervo dati cedit demum adita hereditate. *L.* 7. §. *ult. quando dies legat. vel fideic. ced.* Cujac. *Obs.* XXV. 39. ubi totum hunc §. explicat." Voorda.

§. 19. *Ut unusquisque* etc. „Hoc accipiendum de casu, quo nominatim voluit testator, ut unusquisque solidum caperet, secundum *L.* 53. *h. t.* vel de Legato *damnationis*, cum Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 15. *not.* 56." Voorda.

L. 115. *credo te daturum.* Haec Triboniano, vel imperito interpreti, adscribit Fab. *Conject.* XIV. 5. *num.* 5.

L. 116. *delibatio hereditatis.* Hinc a Legatario legari non potest. Ulpian. *in Fragm. Tit.* 24. §. 20. Hodie tamen videtur posse, post *L.* 2. *Cod. comm. de legat.* Schulting. *ad Ulpian. d. loc. not.* 56.

not. 1. add. Forner. *Rer. quotid.* I. 11. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 158.

§. 1. add. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 7. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 633.

L. 120. *distrahere, quorum reditus sportulae sunt relictae.* „*Distrahere quorum reditu* etc. id est, *distrahere, e quorum reditu* etc. litera *s* e voce *sportulae* perperam geminata." Rucker. *E quorum reditu* etiam Hal. Vid. D. Goth. *in not.*

§. 2. „add. *L.* 32. *loc. conduct.*" Voorda.

L. 121. Pluribus hanc Legem illustrare Oroz. *de apicib. Jur.* II. 11. notavit van de Water.

L. 122. not. 2. add. Jac. Guther. *de Jur. Man.* II. 10.

not. 3. add. Noodt. *de Pact. et transact. Cap.* 17. et Glück. *ad Tit. de compensation.* §. 952. *p.* 88.

L. 125. not. 1. add. Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 53. et Bach. *Histor. Jur.* III. 2. *Sect.* 5. §. 23.

L. 126. add. Jan. a Costa, *ad* §. 4. *Inst. de pupill. subst.*

L. 127. not. 1. add. Lyclam. *Membran.* VII. 8. et Chef. *Differ. Jur. Cap.* 34. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 722.

L. 128. *capere.* „Hoc verbum hic accipitur cum effectu, ut possit etiam *retineri*: nam ne in viro quidem impeditur *acquisitio*, sed *retentio*, bonis fisco vindicatis tanquam

quam ab indigno. *L.* 2. §. 1. *de his quae ut indign.* junct. *L.* 71. *de verb. sign.*" Voorda.

Lib. XXXI. Liber Secundus. *de Legatis et fideicommissis.*

L. 1. not. 1. Late etiam hac de re Gluck. *ad Tit. qui testam. fac. poss.* §. 1406. *p.* 446. *seqq.* Vid. et Walch. *Opuscul. Tom.* I. *p.* 226. *seqq.*

L. 5. add. Gluck. *loc. modo laud. p.* 473. *seq.*

L. 7. add. Cujac. *Obs.* XXVI. 29.

L. 8. §. 1. *hoc casu duo legata sunt.* „ Sed cur hoc casu magis *duo* Legata sunt, quam in *L.* 25. [*laud.*] ? Quia adjectum est: *si noluerit*, quo fit, ut Stichus neque deberi incipiat, neque legatus sit, nisi repudiata pecunia. Cedit igitur prius dies pecuniae, eaque repudiata dies Stichi legati. Die bis cedente, necesse est, legata duo esse; nam unius dies bis cedere nequit. Cujac. [*loc. laud.*] " Voorda.

not. 1. Etiam Car. Annib. Fabrot. *Adv. Salmas.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1267. Imo ita jam emendaverat Cujac. *ad Libb. Modestin. Responsor. in expl. L.* 51. *de hered. instit.* et *in Comm. ad h. l.*

§. 5. not. 1. add. Cujac. et Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 25. *not.* 64. Late ad hunc §. quoque Fab. *Conject.* XVIII. 18.

L. 12. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 7. *not.* 15.

L. 13. §. 1. not. 1. add. Schulting. *loc. modo laud.* §. 13. *not.* 56. Jan. a Costa, *ad* §. 8. *Inst. de Legat. p.* 301. Papillon. *de Jur. accresc.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 770. Merill. *de jur. accresc. Cap.* 9. in *eod. Thes. eod. Tom. p.* 1764. Etiam Voorda notavit: „ Habes hic vestigium ejus juris, quod obtinuit olim in Legato *damnationis.* Ceterum hodie in omni Legato res semel tantum debetur, eaque inter concurrentes Legatarios disjunctos scinditur. *L. unic.* §. 11. *Cod. de caduc. tollend.* Haec

applicanda etiam *pr. h. l.*, ubi itidem nomen idem duobus separatim *per damnationem* erat relictum."

L. 14, add, Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 2. §. 12, *not.* 19. Quare Tribonianus hanc Legem hic adscribat Paulo *ad Vitellium*, quum eandem in *L.* 10. §. 1. *de manum. testam.* adscribat Paulo *ad Sabinum*, vid. Perrenon. *Animadv.* II. 6, in Thes. Otton, *Tom.* I. *p.* 636, add. Bach, *Histor. Jur.* III, 2. *Sect.* 5. §. 32. *not. c.*

L. 16. *ita et testamento potest id fieri.* Vid. Jan. a Costa, *ad inscr. Tit. Inst. de dubb. reis.*

L. 21, not. i, add. Jauch, *de Negation. p.* 313.

L. 22. *et dedit ei.* „Quando non amplius est *Legatum*, sed in aliud genus negotii incidit, *dotis* vel *donationis*, Rad. Forner, *Rer. Quotid.* I, 11, in Thes. Otton. *Tom.* II, *p.* 139." Rucker.

L. 25. not. i. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24, §. 14. *not.* 39.

L. 29. *in Consilio.* „Legata petuntur per *formulam*, id est, per actionem et Judicem datum; sed fideicommissorum est *persecutio extraordinaria*, sive cognitio, quae exercetur extra ordinem ab ipso magistratu cum Consilio: et in tali Consilio fuit Celsus pater. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 25. §. 12. *not.* 29." Rucker.

Consulis. „De majoribus fideicommissis non Praetor, sed Consul cognoscebat. Schulting. *d. loc. not.* 30." Rucker.

not. 1, add. Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 28, qui cum Heineccio *Ducenvium Geminum* intelligit. Sed Augustino, legenti; *Juventii Veri*, adsentitur Brencman. *Append. Pastor. Reland. p.* 851.

J. 2. add. Otton. *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 22. Etiam Voorda notavit: „*jus antiquum* hic est, quod obtinuit ante L. Papiam Poppaeam, vel, ut ait Merill. *de Jur. accresc. Cap.* 1, [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1767.] quod constitutum fuit interpretatione Pruden-

tum

tum ad Leges XII. Tabb."

L. 51. not. 2. „Si quis tot servos, quot per L. Fusiam Caniniam licet, testamento manumisit, et praeterea alium servum legavit, ut eum Legatarius manumitteret, Legatum quidem valet, sed Legatarius eum manumittere non compellitur. Vid. *L.* 57. *de cond. et dem.* Nec obstat haec *L.* 51., quae est ex *Modestin. Lib.* I. *Regularum*, ubi Modestinus de illo Capite Legis Æliae Sentiae egit, quod dominum minorem XX. annis manumittere vetat. Vid. *L.* 16. *de manumissfion.* et accipienda ergo haec Lex est de casu, quo dominus minor XX. annis servos legavit, ut manumitterentur. Schulting. [*loc. laud.*]" Rucker.

L. 52. §. 3. Male hic novam Legem incipere Haloandrum, notat Augustin. *Emend.* III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1500. add. Brencm. *h.*

§. 5. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 14. *num.* 3.

§. 6. Vid. et ad hunc §. Averan. *d. loc.* III. 27. *num.* 3. Verba: *nisi specialiter* etc. Triboniani esse, non putat van de Water, quum Modestinus etiam alibi ita loquatur. Vid. v. gr. *L.* 34. §. 2. *h. t.*

L. 53. §. 1. *Quaero, quae legata* debeantur? „Flor. *debeant*; recte. Sed pro *quae* legendum; *qui*, Cujac. *ad h. l.* idque patet ex responso." Voorda. *Qui legata debeant* legit quoque P. Fab. *Semestr.* II. 16. *p.* 430. et probat etiam van de Water.

Quae codicillis dedit. „Repetendo scil. hunc in modum: *quae testamento dedi legavi, heredes mei danto.* Cujac. *d. loc.*" Voorda.

L. 54. §. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 11. *num.* 8. Etiam in *praelegatis* locum esse regulae, nemo a se potest capere, pluribus docet Voorda, *Interpr. et Emend.* II. 6.

§. 2. not. 1. add. notata ad *L.* 7. *de Legat.* 1°. Egit de hoc loco etiam Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XXVI. §. 1.

§. 5. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* VI 10. *num.* 10. *Illius petitione fit tantummodo mulier contenta.* Vulg. *portione.* Vid. Brencmi *h.* Male. Vid. Govean. *Var. Lection.* II. 16. et Leonin. *Emend.* V. 10.

§. 7. Νακλήρων. „Male in edit. Chalond. Κακλήρων." van de Water.

not. 1. *praeter* etiam Cujac. *ad h. l.*

L. 36. *testamento relicta.* Vid. Schulting. *ad Ulpian. Fragm.* Tit. 24. §. 1. *not.* 5.

L. 37. add. P. Fab. *Semestr.* II. 19. *p.* 499. *seq.*

L. 39. *utrumque debebitur.* „ Aliter Celsus, diversae Scholae, in *L.* 79. §. 2. *de Legat.* 3^tio. Dissensum agnoscit Merill. *Obs.* V. 19. Idem, *Obs.* VIII. 30. addit, Ulpianum in *L.* 44. §. 4. *de Legat.* 1°. mediam sententiam sequi." Voorda. add. notata ad *d. L.* 79. §. 2. *de Legat.* 3^tio.

L. 41. not. 1. *add.* Merill. etc. „Qui ex hoc loco tentari posse dicit, non concurrente altero ex *disjunctis* per vindicationem, partem illius etiam post L. Papiam caducam non fuisse, quia Ulpianus, *in Fragm.* Tit. 24. §. 12. tantum dicit, non concurrente altero ex *conjunctis* per vindicationem, partem illius caducam fuisse." Voorda. Vid. et ad hanc Legem Papillon. *de Jur. accresc.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 787.

§. 1. *haec enim taxationis loco* etc. „ De his, quae *taxationis loco* habentur in testamentis, vid. Cujac. *Obs.* II. 12. Idem, *Obs.* XXIII. 13. trajectis verbis *ubi vir uxori relegat*, et immutata particula *haec*, legendum putat: *hic enim, ubi vir uxori relegat taxationis loco* etc. *illic autem id videtur legare*, etc." Voorda. Plura de hoc loco Gluck. *ad Tit. de imp. in res dotal. fact.* §. 1281. *p.* 423. *seqq.*

L. 42. *cum ei, qui partem capiebat*, etc. „ Veluti orbo, qui non nisi dimidium ejus, quod relictum est, capit ex L. Julia et Papia. Schulting. *ad Ulpian. Fragm.* Tit. 14. *not.* 2.

not. 2. vel conjugi, quibus decimam tantum capere licet. Vid. ad *L.* 18. *pr. de aur. arg. leg.*" Rucker.

L. 43. pr. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 17. §. 14. et IV. 18. §. 12.

§. 3. *Justa heredis esset potestas in eligendo.* „ Est hoc vestigium ejus juris, quod obtinuit olim in Legato *damnationis.* Hoc autem an, exaequatis inter se Legatis, immutatum sit, non convenit. Cujacius, *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 14. Vinnius, *ad* §. 22. *Inst. de Legat. num.* 5. *et* 6. Huber. *in Pracl. ad eund. Tit. Inst.* §. 19. censent, hodie non minus, quam olim, electionem heredis esse, qui hoc aut illud in modum damnationis dare jussus est, quoniam id suggerunt verba, ideoque et voluntas testatoris. Contra, Duarenus, *ad L.* 37. *pr. de Legat.* 1°. Mérill. *in L. Decision. Justin. Cap.* 39. *num.* 19. Schulting. *ad Ulpian. d. loc. not.* 40. hoc immutatum arbitramur, nec jure novo ex eo solo, quod testator jusserit ab herede dari, sequi, ut heredis electio sit. Proinde ne in eo quidem Legati genere heredis electionem jure novo esse, nisi hoc clare dixerit testator. §. 22. *Inst. de Legat.*" Voorda.

L. 44. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 13. §. 12.

L. 45. §. 1. *vel ex die certa.* „ Mirum hoc in eo, quod datum est in diem certum, quippe cujus dies non cedit ex die adjecto, sed ab apertis tabulis, jure novo a morte testatoris. Sed ratio est, quod agnoscendo nec ante diem adquiri possit; *L.* 18. *de adq. vel om. hered.* Ches. *Differ. Jur. Cap.* 47. *num.* 5. *seq.* [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 767. *seq.*]" Voorda.

L. 46. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 25. §. 28.

L. 47. not. 1. add. Averan. *d. loc.* IV. 16. §. 12.

L. 48. *Lucusta.* „ Nomen feminae apud Sueton. *in Neron. Cap.* 33. ubi vid. Burman." van de Water.

L. 49. *mortuo bove.* „ Nempe vivo adhuc testatore: secus foret, si mortuo jam testatore mortuus esset: tunc

enim quidquid ex re mea superest, meum est." Rucker. §. 1. not. 1. add. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p. 407. seq.* §. 2. *agrum.* „Nempe Provincialem, cujus commercium non habet is, qui in Provincia officii caussa versatur, aut militat. Jan. a Costa, *ad §. 4. Inst. de Legat.*" Rucker.

L. 50. §. 1. Vid. notata ad *L. 76. de Legat. 1°.*

L. 52. *Non oportet* etc. „Ad *caduca* Legem hanc refert Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de regul. Catonian. p.* 316. Sed Seriem Librorum Terentii Clementis ad L. Juliam, et hujus Legis Capita considerans, jure dubitaveris, an haec Lex ad caduca pertineat. Itaque Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 221. refert hunc textum ad Caput X. ejus Legis, quod est de jure Quiritium ob liberos consequendo, et hic significari dicit, Latinis jus Quiritium, adeoque jus capiendi ex testamentis fuisse, etiamsi dubia tempore conditi testamenti eorum conditio fuisset." Voorda. Vid. et de Retes, *de interd. et releg.* III. 5. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1255. Papillon. *de Subst. pupill. Cap.* 4. in *eod. Thes. Tom.* IV. *p.* 725. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 21. *num. ult.*

L. 53. add. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 270. *seq.* Verba *pro dote compensandi animo* a Triboniano addita esse, putare Fabrum, *Conj.* I. 5. *num.* 7. sed sine ratione, notavit van de Water.

L. 55. §. 1. *qui jure vocantur.* „Triboniano haec adscribit Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* II. *Cap.* 10. §. 18.

L. 56. *Quod Principi relictum est*, etc. „Hoc Cujacius, *in Paratitl. ad Tit. Cod. de off. Comit. rer. privatar.* [et *in Comm. ad h. l.*] intelligit de eo, quod ipsi personae Principis relictum est: refert enim hunc textum ad rem privatam Principis, et *successoris* appellatione intelligit Principis heredem, bonorumve posses-

forem. Ex hac interpretatione Principis privilegium erit, ut ante diem cedentem moriens transmittat Legatum ad heredes: pro qua sententia propugnat *Colleg. Argentor. Tit. quando dies Legat. ced.* §. 11. Verum, quum transmittere jus Legati, quod ipsemet nondum habueris, non modo a jure, sed ab ipsa ratione abhorreat, D. Gothofred. *in not.* Donellus, *in Comm. Jur. Civ.* VIII. 28. in fin. aliique hunc textum accipiunt de relicto Principi, qua Principi, hoc est, imperio magis ac dignitati, quam personae, *successorem* interpretantes *suffectum Principem.* Haec sententia urgetur his incommodis: 1°. quod imperio magis ac dignitati, quam personae Principis relictum est, debetur successori in officio ex jure communi. *L.* 20. §. 1. *de ann. legat.* quid opus igitur *Constitutione*, cui id acceptum refert Cajus? Forsan Constitutio ista eo potissimum pertinuit, ut quibusvis verbis relicta Principi pro eo semper haberentur, ac si ei qua Principi ac dignitati potius, quam personae essent relicta. 2do. Sed etiam tum supervacua adhuc illa Constitutio fuit: nam relicta Principi, qua Principi, cedere etiam debent patrimonio Principis qua Principis, hoc est, fisco. Huic autem aetate Antonini et Caji cedebant ultro in casu proposito ex Legibus Caducariis, utpote caduca. Sed dici potest, effecisse hanc Constitutionem, ut nec caduca sint, nec cedant fisco; proinde ut successori Principis acquisita privatae ejus rei annumerarentur, tanquam quaesita beneficio privati, non ex publico imperii reditu." Voorda.

L. 57. *inter homines esse desiit.* Sic de Claudio Sueton. *in Neron. Cap.* 33. ubi vid. Burman.

L. 58. *suam esse.* SUAMESSE, id est, *suam eam esse*, Rucker.

L. 59. not. 1. *nisi si quis* etc. „JCtus hic se ipsum corrigit. Vid. Oroz. *de Apicib. Jur.* II. 6. *num.* 26. Cujac.

jac. ad L. 7. de pactis." van de Water.

L. 61. §. 1. *Sed post rescriptum Severi*, etc. „ Hoc tamen interesse putat Cujacius, *Obs.* XVIII. 12. quod substitutus, deficiente herede primo, quocunque casu vocetur ad hereditatem cum onere fideicommissi ex isthoc rescripto; sed coheres, aut legitimus heres, non aliter cum onere fideicommissi, quam si scriptus heres jam repudiavit hereditatem, quia tunc fraus, fideicommissario per repudiationem structa, cessit bono coheredis aut legitimi. Ceterum, si scriptus heres nec adita nec repudiata hereditate decessit, existimat, coheredem aut legitimum obtinere hereditatem sine onere fideicommissi, ob *L.* 59. §. 3. *de adm. et peric. tutor.*" Voorda. *Et hic quasi substitutus* etc. „ Ergone significatur, jus accrescendi esse tacitam substitutionem? Ita DD. etiam Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 20. *error.* 8. *num.* 6. Male: nam quod constitutum erat de *substituto*, producit JCtus ad eum, cui pars hereditatis accrevit: sed si hic substitutus quidam esset, contineretur verbis Constitutionis, nec opus esset propagatione ejus. Praeterea omnis substitutio res inepta est in caussa intestati, de qua hic agitur: pertinet enim ad caussam testati, cum caussa intestati adeo nihil habentem commune, ut pugnet cum ea. *L.* 7. *de reg. jur.* Ceterum, τὸ *quasi*, hic significat *sicut*; uti apud eundem Ulpianum in *L.* 16. *de religios.* et Terent. *in Andr.* II. 5. *vs.* 6. Denique substitutio proficiscitur ex voluntate testatoris, nec invitum illigat hereditati; jus accrescendi autem inter coheredes etiam invitos obtinet, et invito quoque testatore. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 31. *error.* 8. *num.* 11." Voorda.

L. 62. not. 1. *rogatus non est*, etiam Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 70. *error.* 8.

L. 63. Vid. Jac. Guther. *de Jur. Man.* III. 27.

L. 65. §. 2. Vid. notata ad *L.* 68. §. 3. *de Legat.* 1°.

L. 66.

L. 66. §. 1. add. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 59. *seq.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 803. *seqq.*
not. 1. „nulla emendatione opus, si legamus *post ea*, et *post* adverbialiter accipiamus." van de Water.

§. 2. not. 2. *namque* etiam Fab. *Conject.* III. *ult. num.* 6.

§. 4. add. Jac. Guther. *de Jur. Man.* III. 27.

§. 6. not. 1. Vid. et Heinecc. *in Additam. ad Vinn. ad* §. 10. *Inst. de Legat.*

L. 67. §. 5. de hoc et seq. §. late quoque egit Fab. *Conject.* XIV. 10.

§. 8. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 10. *num.* 9.

§. 9. *recte* datum, *et minus scriptum.* „Forte melius *dictum.* Sic *L.* 77. §. 22. *h. t.* junct. *L.* 106. *de Legat.* 1°." van de Water.

§. 10. not. 1. add. Schulting. *ad Caj. Inst.* II. 7. §. 7. *not.* 28. Plura Fab. *Conject.* XIV. 2.

L. 69. §. 3. *ne domus alienaretur*, etc. „Haec verba in rem concepta sunt, non in solam heredis instituti personam: et inde id quod sequitur: *nec tamen ideo sequentium caussa* etc. Vid. Sand. [*loc. laud.*] *Cap.* 2. *num.* 8. *et* 10. Aliter, nec scio an recte, Faber [*loc. laud.*]" Voorda.

§. 4. *postea.* „Id est, post mortem testatoris, priusquam cederet fideicommissi dies. Fab. [*loc. laud.*] Nam sufficit, fuisse ex ea familia testatoris, quum hic moreretur. *L.* 32. §. *ult. h. t.*" Voorda.

L. 70. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 1. §. 14. *not.* 41.

§. 1. *ad summam Legati videbitur* constituisse. „Forte legendum: *constitisse.* Vid. *L.* 75. *pr. h. t.* et Cujac. *ad h. l.*" van de Water. *Constitisse*, Hal et omnes. Vid. Brencm. *h.* Cujacius, *loc. cit. constituisse* scriptum putat pro *constitisse.*

Si quod Legatorum nomine perceperit, Legatarius offerat. „Mutanda interpunctio hunc in modum: *perceperit Legatarius, offerat.*" van de Water.

L. 75.

L. 75. not. 1. *etsi* etiam Fab. *Conject.* III. 12. *num. ult.* Sed *ac si* pro *etsi* accipit Regius, *Enantioph.* II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1510.

§. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 5. *num.* 3 et Papillon. *de direct. hered. substit. Cap.* 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 704. *seq.*

L. 76. *divisis tribunalibus.* „Querela enim instituebatur apud Centumviros, qui olim dividebantur in duo tribunalia. Turneb. *Adversar.* IV. 4. post in quatuor. Plin. *Epistol.* IV. 24. et VI. 33. Quinctil. *Inst. Orat.* XII. 5. add. Cujac. *Obs.* X. 20. ubi etiam docet, ea quae hic sequuntur, pertinere ad casum, quo filius unum heredem scriptum in hoc, alium in illo tribunali convenit: etiamsi diversis tribunalibus adversus eundem egit, et duobus vicit, totidem victus est, praevalet sententia pro testamento lata, nisi aperte iniqua sit. *L.* 10. *pr. de inoffic. testam.*" Voorda. add. Noordkerk. *de L. Petron. Cap.* 2. §. 18. *p.* 68. *seq.* et Mühlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *e. not.* 92. *p.* 436.

§. 1. not. 1. add. Des. Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 3. *num.* 6. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1161.

§. 2. *quoniam fructus* etc. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 9. *Inst. de Legat.* et Otton. *in Praef. Tom.* II. *Thes. Jur.* *p.* 17.

L. 77. §. 4. *eligendi facultatem non esse poena peremtam.* „Cur vero non est peremta eligendi facultas? quia electio meri facti est, quum sit merae voluntatis: deportatio autem non aufert voluntatem, nec ea, quae facti sunt. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 66. *error.* 10." Voorda.

§. 5. Pari modo, ac Faber, emendat Hotoman. *Obs.* XII. 15.

§. 6. add. Gluck. *ad Tit. mandat.* §. 959. *not.* 62. *p.* 346. *seq.*

§. 7. *fideicommissum tamen ab heredibus esse filio praestandum.* *Filiae*, Cujac. *in Comm. ad h. l.*

§. 8.

§. 8. *Evictis praediis*, etc. „ Est haec exceptio in iis, quae praecepturus erat unus ex fideicommisso: nam ceteroquin praestanda evictio rei in judicio *familiae erciscundae* uni coheredi adjudicatae. *L.* 14. *Cod. fam. erc.* at haec ipsa tamen exceptio temperatur in sequentibus verbis. Imo, neque exceptio est, quum in praeceptione aliisque Legatis non praestetur evictio: neque id, quod initio dicitur, temperatur: nam posterior textus pars non est de eo, quod praecipuum habere filium unum voluit pater, sed de bonorum divisione inter omnes filios testamento facta. Quum autem eo casu rerum cuique adsignatarum partes, quae ceteroquin coheredum forent, vice praeceptionis capiantur, *L.* 35. §. 1. *de hered. instit.* hic vocantur *praelegata.*" Voorda.

§. 9. *ad secundas nuptias cautionem extendi non oportere.* „ Eam, opinor, qua filium pater stipulari dotem voluit." Voorda.

§. 10. *non esse electionem*, etc. „ Sensus est, electionem non esse certae donationis, id est, electionem non fieri per certam donationem, quae ab initio confertur in certam personam. Idque *propter incertum fideicommissi diem*, qui facere utique potest, ut ad donatarium, si moriatur ante matrem, ne pertineat quidem jus fideicommissi. [add. Averan. *Interpr. Jur.* II. 16. *num.* 15.] Porro, si ista donatio non est electio, sequitur, ut nihil huc pertineat, licere matri ad mortem usque variare in eligendo: hoc enim usu non venit, ubi non est facta electio. et 2do. ut matre sine alia electione mortua omnes fratres ad fideicommissum recte adspirent, et donatarius id sibi frustra adserat, quasi donatione, defuncta matre sine alia electione, in electionem conversa, licet de his dissentiat Cujac. *ad Papinian.* [*loc. laud.*]" Voorda.

Nam in eum destinatio etc. „ Puto, subintelligi *demum*, ut in §. 27. *h. l.* *eos enim* etc. id est, *eos enim*

de-

demum, vel *eos solos*. Facere autem haec ratio videtur, ut ponendum sit, donatarium ante matrem decessisse, ejusque fratres mortua matre, quae non elegerat alium, Papinianum consuluisse." Voorda.

§. 12. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 21. *num.* 7. *Juris ac voluntatis*, id est, *justae voluntatis*, Perrenon. *Animadv.* I. 18. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 614.

§. 15. *placuit*. Scil. Prudentibus. Burg. *Electer. Cap.* 6. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 520.

§. 16. not. 1. add. Des. Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 5. §. 6. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1162.

§. 21. *Verba* custodiae caussa *ab interprete esse*, *putat Fab.* etc. „Sed nihil opus eo, si ponas, filiam de iis rebus solis, quas ipsi patris jussu *adsignaverat*, hoc est, tradiderat, libertus, quasi donatis sibi, fecisse controversiam: ac significare Papinianum, et hoc patrem custodiae tantum caussa fieri voluisse, sicut eodem temporis articulo claves annulumque solius custodiae caussa eidem filiae tradiderat." Voorda.

§. 22. „*ad communionem adsumitur*, est quod Graeci dicunt ἀπὸ κοινοῦ, vel κατὰ κοινοῦ. Scil. quando verbum ex oratione praecedente refertur ad sequentem quasi repetitum, vel ex sequente ad praecedentem, atque ita commune fit orationi utrique. Cujac. *Obs.* XI. 29." Voorda. add. Cujac. *in not. ad* §. 15. *Inst. de L. Aquil.* et *in Comm. ad L.* 30. *h. t.*

§. 23. not. 1. add. Fr. Marc. Gordon. *Praetermissor. Cap.* 2. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 853.

§. 26. *cum pluribus heredibus* intestato etc. Al. *institutis*. Dissentit Fab. *Conject.* III. 12.

§. 27. add. Fab. *Conject.* XIV. 8.

§. 29. *Sed libertates* etc. Vid. P. Fab. *Semestr.* II. 15. *p.* 583.

§. 32. add. Merill. *in L. Decision. Justin. Cap.* 39.

§. 33. not. 1. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 6. §. 2. not. 16.

L. 78. §. 2. *Etiam Respublica* etc. Quae olim heres instituí non poterat, nisi a libertis suis. Vid. Ulpian. *Fragm. Tit.* 22. §. 5.

Quod in tutoribus quoque probatur. „Forte hoc Triboniani, respicientis ad *L.* 23. *Cod. de adm. tutor.*" van de Water.

L. 80. *dominium, quod hereditatis fuit.* „Tantisper, dum jacebat illa. Nec legatae tantum rei dominium, sed et fructuum ex ea interim natorum. *L.* 38. *h. t.* Sed postea retrotrahitur aditio ad tempus mortis, et Legatum recta via a defuncto transiisse ad Legatarium intelligitur. *L.* 64. *de furtis.*" Voorda.

nunquam factum *heredis.* „Charond. in margine, *facto.* At servanda lectio Florentina. Nempe *factum* non est Substantivum, sed Praeteritum Passivum, hoc sensu, quod dominium nunquam heredis factum fuit." van de Water.

L. 82. *Quod si vivo testatore annus* etc. „Dissentit Papinianus in *L.* 5. *ad L. Falcid.* cujus sententia confirmatur §. 14. *Inst. de Legat.*" Voorda. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 25. *num.* 8. Vid. et Ant. Fab. *Conject.* IV. 12. Forner. *Selection.* II. 16. in Thes. Otton. *Tom* II. *p.* 65. Jan. a Costa, *ad d.* §. 14. *Inst. de Legat.* not. 1. add. Lylam. *Membr.* VII. 7. et Otton. *ad* §. 14. *Inst. de Legat.*

§. 2. *quamvis domino ejus non possent* etc. Nonnulla domino posse, servo ejus non posse legari: alia servo posse, domino non item, latius docet Voorda, *Elector. Cap.* 18.

L. 86. *nomine debitorum non contineri.* „Contrarium docetur apud Paul. *in Sent.* III. 6. §. 59. Sed pro *Legato cedunt* ibi legendum: *non cedunt*, cum Cujac. et Schulting. *ad d. Paul. loc. not.* 33. *et* 35." Rucker.

§. 1. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* V. 5. *num.* 10.

L. 87. §. 2. add. Fab. *Conject.* XIII. 16. et Papillon. *de*

Subst. pupill. Cap. 5. in Thes. Otton. *Tom.* IV, *p.* 754.

§. 3. not. 2. De querela inofficiosae donationis, ejusque origine et effectu pluribus egit Mühlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *g. p.* 58. *seqq.* aliis etiam passim laudatis auctoribus. add. Sib. Corn. Klinkhamer. *Diss. de Jur. Civ. Rom. loco, qui est de donationibus, ex Fragm. Vatican. illustrato, p.* 149. *seqq.* Amstelod. 1826.

L. 88. §. 1. *heredum commodo proficere.* „Quia id egit, ut indemnis esset Titius, non, ut quid legaret ei." Voorda.

§. 2. add. Des. Herald. *de Rer. judic. auctor.* II. 3. §. 6. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1162.

not. 1. „Mihi videtur vox *dedisset* e margine in contextum irrepsisse." van de Water.

§. 3. not. 1. *Eutyches* mavult Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 361.

§. 6. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 2. *num.* 4. Voorda ad verba: *perspicuam esse testantis voluntatem*, etc. sequentia notavit: „Sed unde ea est perspicua? Cujacius, *ad Libb. Scaevol. Respons. in expl. h. l.* dicit inde, quod testator non personas legatariorum intuitus est, sed nomen tantum familiae suae, ex qua qui essent, omnes Legati socios et participes esse voluit: itaque perinde est, ac si familiae suae legasset, quo casu procul dubio partes viriles fierent. Sed 1°. non apparet, nullos alios fuisse in familia ejus: qui si fuerunt, spectavit certe etiam personas Legatariorum. Divinatorium igitur est, eum has non spectasse, sed nomen tantum familiae suae. 2do. Concesso jam eo, fiet quidem, hoc fideicommissum ut simile sit ei, quod relictum est familiae, ratione personarum, quibus relictum est, sed minime sequetur, ut ei etiam simile sit, quod ad modum relinquendi et structuram verborum, quibus usus est testator: atqui ex his rebus pendet, quam cuique par-

-tem

tem dari voluisse videatur. Quid si ultima textus verba: *omnes ad viriles partes vocantis*, sic interpretemur: *et libertos quos vivus, et hos, quos in testamento manumiserat, et Sejam, vocantis ad partes tertias.* Haec voluntas inde est perspicua, quod et hi et illi liberti, sermone testatoris in suum quique corpus redacti, unius tantum personae potestate fungantur. *L. unic.* §. 10. *Cod. de cad. tollend. L.* 34. *pr. de Legat.* 1°. Porro ad verba: *donec ad unum proprietas perveniat*, sequentia adscripsit: „His verbis inducit inter eos testator jus accrescendi. Vid. *L.* 34. *pr. de usu et usufr. legat.* quod olim in *fideicommisso* non magis habebat locum, quam in Legato *damnationis. L.* 38. §. 2. *L.* 41. §. 9. *de Legat.* 3^{tio}. add. Cujac. *Obs.* XV. 4. Hoc autem sic accipiendum, praeter fideicommisſum tacitum, quod ex prohibita alienatione oritur, etiam inductum esse jus accrescendi; negari enim nequit, prohibitos eos esse, partes suas alienare extra nomen familiae testatoris. 2do inducto solo accrescendi jure non satis cavisset, ut vel ad unum proprietas deberet pervenire: nam isti juri non potest esse locus, postquam suam quisque partem obtinuit. add. laudatos a Sandio, *Decision.* IV. 4. *Def.* 2. in fin."

§. 10. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 14. *num.* 5.

§. 11. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 8. *num.* 3.

§. 12. Etiam in servitute conceptum filium *naturalem* dici, docet Jo. Mercer. *Opinion.* II. 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1593.

§. 13. not. 2. add. Suerin. *Repet. Lection. Cap.* 9. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 22.

§. 16. add. Voet. *ad Tit. Pand. ad SCtum Trebellian.*

§. 27. Vid. et ad hunc §. Fab. *Conject.* XIV. 11.
not. 1. Cum Pulvaeo etiam Regius, *Enantioph.* II. 20. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1509.

§. 17. not. 1. add. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaestion.*

in expl. L. 12. *de his quae ut indign.* et Otton. *Diss.* *Juris publ. et priv. p.* 533.

L. 89. add. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 31. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 709. *seqq.*

not. 2. *reliquisset* legit Voorda. Sed lectionem Flor. etiam habere Cod. Reg. aliosque, eamque tueri posse, notat Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 416.

§. 2. *dimidia portio.* „Cur vero *dimidia* tantum *portio?* quia inter hos jus accrescendi non erat, quum verba *dari volo* Legatum *damnationis* inferant. Ulpian. *Fragm. Tit.* 24. §. 13. ibiq. Schulting. *not.* 34. Merill. *de jur. accresc. Cap.* 9. [in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1764. *seq.*]" Voorda. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 4. *num. ult.* et Papillon. *de jur. accresc.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 771. *seq.*

§. 5. Vid. Hotoman. *Obs.* V. 5.

Lib. XXXII. Liber tertius. *De Legatis et fideicommissis.*

L. 1. „Conjungenda cum *L.* 2. *de Legat.* 1°. „ Rucker. add. Cujac. *in Comm. ad d. L.* 2.

§. 2. *item deportati* Triboniani esse, putat Marcil. *ad* §. 2. *Inst. de cap. demin.* Quando deportatus fideicommissum relinquere possit, late Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* IV. 13. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 591. *seqq.*

§. 6. *ad quos aliquid perventurum est* etc. Vid. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 25 §. 10. *not.* 22.

§. 9. not. 1. Etiam Voorda notavit: „Contrarium est in *L.* 61. §. 1. *de Legat.* 2do. *L.* 3. *de jur. codicillor.* Sed distinguendum, utrum quis nominatim rogatus est, an heredes simpliciter. Priore casu non debet fideicommissum alter, ad quem successio devoluta est. *h. L.* 1. §. 9. Posteriore casu debet illud. *d. L.* 61. et *L.* 3. add. Vinn. [*loc. laud.*]" Vid. et Papillon. *de Jur. accresc.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 784. et Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* II. *Cap.* 11. §. 78. *seqq.*

§. 10.

§. 10. *delata sexta parte edicti.* „Etsi jure novo, admissa in legitimis successione per Constitutionem Justiniani, accipiant bonorum possessionem *unde legitimi*, ex secunda edicti parte. Vid. §. 7. *Inst. de legitim. agnator. success.* Cujac. *loc. laud.*" Voorda.

L. 4. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 25. §. 10. *not.* 22.

L. 5. §. 1. add. Schulting. *loc. modo laud.* §. 8. *not.* 18. et Jan. a Costa, *ad* §. 35. *Inst. de Legat.*

L. 7. not. 2. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 21. *num.* 15.

§. 1. add. Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* IV. 13. *num.* 44. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 596.

L. 8. §. 2. add. Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 65. *error.* 8. sub fin.

L. 10. „Veteres maxime concupiscebant, maxima frequentia efferri. Jac. Guther. *de Jur. Man.* I. 19." Rucker.

L. 11. *vel Gallicana*. De qua vid. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* voc. *Gallicanus*. add. Interpp. *ad Jul. Caesar. de Bell. Gallic.* I. 47.

§. 5. Vid Averan. *Interpr. Jur.* III. 30. *num.* 13. et Walch. *Opuscul. Tom.* I. *p.* 230.

§. 6. *tractum habet*, etc. „Itaque heres in casu hujus §., quamvis voluerit semel, nihilo minus adhuc potest nolle, quamdiu vivit. Hoc secus est in stipulatione *Stichum aut Davum, quem voluero, dabo. L.* 112. *pr. de verb. oblig.* Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 54. *error.* 3. Conf. Cujac. *ad L.* 17. *de verb. oblig.*" Voorda.

§. 7. Hunc §. magis acute, quam vere, explicare Oroz. *de Apicib. Jur.* II. 9. monuit van de Water.

§. 8. *si te meruerit.* Sic et *L.* 46. §. 3. *de fideic. libertat.* ubi vide. „Sensus est, *si te officiis demeruerit*. Sed Latini ita non dicunt *merere aliquem*, licet aliud probare conatus sit J. F. Gronov. *ad Senec. in Hippolit. vs.* 632. Vid. Auctor. *Obs. Jur. Civ.* [*loc. laud.*] qui *te emeruerit* legendum censet: nam *emerere* etiam pro de-

demerere ponitur apud Quinctil. *Declam.* 318. atque ita etiam legendum putat in *L.* 46. [*laud.*]" Voorda. Simpliciter *demeruerit* legi posse, censet van de Water, quum literae *d* et *t* saepe permutentur.

§. 11. *Sed et cum mors patri contingat*, etc. „Imo admittetur etiam vivo patre, quasi ipsa emancipatione ex voluntate testatoris jam cessisset dies. *L.* 22. *pr. ad SCtum Trebellian. L.* 15. *quando dies Legat. et fideic. ced.*" Voorda. Sensum forte clariorem futurum, si pro *sed et* legamus: *sed ut*, et particulas illas *et* et *ut* saepius commutari, notavit van de Water.

§. 15. not. 1. *constantia.* „Legendum: *substantia.* Similis error in *L.* 4. *de SCto Silanian.* Vid. *L.* 6. *Cod. si cert. petat.*" van de Water.

§. 18. *D. Pius rescripsit.* Vid. *L.* 1. §. 11. *ut legat. vel fideic. serv. causs. cav.*

§. 20. „Male Gothofred. *in not.* Casus hic est. Primus, secundus, tertius, stipulati sunt de Titio centum. Ego autem heredem meum hanc pecuniam dare jussi Primo, quaeritur, an Legati petitio etiam competat correis ejus, quibus non est adscriptum, quoniam eorum etiam interest solvi? Negat hoc Marcellus, quia ei soli, cui Legatum adscripsit, honorem testator habitum voluit. Ergo ei soli legavit, et ei soli competit petitio Legati. Interest quidem et ceterorum, sed cui emolumentum, non honor, quaeritur, huic non continuo petitio Legati quaeritur. Ita Cujac. *Obs.* XIV. 26." Voorda.

§. 23. Vid. et ad hunc §. Donell. *ad L.* 72. *de verb. oblig. num.* 55.

Proculae. „An eadem, de qua in *L.* 26. *de probation.* Vid. Bertrand. *de Jurisperit.* I. 5. §. 7." van de Water.

L. 13. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 20. *num.* 6. et Papillon. *de Jur. accresc.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 773.

L. 14. not. 1. Etiam Voorda sequentia hic notavit: „Contrarium videtur dici in *L.* 22. *de cond. et demonstr.*

pr. sed differunt casus. In hac *L.* 14. *pr.* fundum quis legavit uxori sub conditione *si non nuberet*, et rogavit eam, ut fundum tibi v. gr. post quinquennium restitueret. Nupsit illa, et percepit Legatum beneficio legis, conditionem istam remittentis. Quaeritur, an die veniente fundum restituere debeat? Procul dubio: 1°. quia deberet itidem, si paruisset conditioni. 2do. quia hic simpliciter, non poenae caussa, rogata fuit restituere. Hic igitur nulla poena illicita adjecta, quae remittatur. Sed in *d. L.* 22. fundus mulieri est legatus *si non nupserit*, eaque rogata restituere eum Titio *si nubat*. Nupsit mulier, legatum nihilo minus petet beneficio legis, nec praestabit fideicommissum ejusdem legis beneficio, quippe relictum ab ea in poenam nuptiarum. Poena ista nuptiis non minus impedimento est, quam conditio legati: itaque remittenda itidem, saltem ex sententia legis."

L. 16. Vid. Jac. Gothofred. *de Imper. mar. Cap.* 2. *Oper. minor. p.* 69.

L. 18. *quia nuda voluntate fideicommissa infirmarentur.* Vid. Chess. *Differ. Jur. Cap.* 54. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 722.

Quod ita demum a priore testamento etc. „Nam novum condens testamentum tanto magis declaro, nolle me mori intestatum, praesertim si alios, quam legitimos, instituo heredes; sed tantum significo, malle me decedere cum alio, quam cum priore testamento. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 71. *error.* 1." Voorda.

L. 20. Triboniani manum hic deprehendere videtur Cujac. *in Paratitl. ad Tit. Cod. de caduc. tollend.* et *in Comm. ad L. unic.* §. 10. *Cod. eod.*

L. 21. *Nutu etiam relinquitur fideicommissum.* Etiam Legata nutu relinqui posse, defendit Oteyza. et Olan. *Paralipom. Jur.* II. 2. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 429. *seq.*

not. 2. add. Chess. *Interpr.* I. 18. *num.* 5. in *Jurispr.*

Rom. et Attic. *Tom.* II. *p.* 115. Bynkershoekio adsentitur quoque Voorda et van de Water.

L. 22. *Sciens saepe eidem legaverit.* „ Hoc Cujacius, *Obs.* XIV. 7. interpretatur: *cum memor esset praemissae clausulae.* Sed Faber, *de Errorib. Pragm. Dec.* 57. *error.* 8. *num.* 18. et *error.* 10. *num.* 14. reprehenso eo: *cum memor esset, se eidem jam legasse.*" Voorda. not. 2. Graecismum esse, docet Marckart. *Probab. rec. Lection. Part.* I. *p.* 5. *seq.* add. Brisson. *Parerg.* §. 65. *Oper. minor. p.* 400.

not. 3. add. Wissenbach. *Emblem. Triben. Cap.* 7. *p.* 140.

L. 25. §. 1. *non debet admitti voluntatis quaestio.* „ Itaque tum, quaecunque fuerit voluntas, standum scriptura, quae interdum plus valet, quam peractum est. *L.* 19. *de us. et usufr. leg.* sed hoc quibus in casibus, et quando obtineat, difficile dictu est. Certe non obtinet in fideicommissis. *L. pen. de Legat.* 1°. *L.* 15. §. 19. *de Legat.* 3^{tio}. *L.* 16. *Cod. de fideicommiss.* neque semper in heredis institutionibus, et Legatis. *L.* 9. §. 2. 3. 4. *de hered. instit. L.* 35. §. 3. *eod. L.* 15. *pr. de Legat.* 1°. *L.* 3. §. *ult.* junct. *pr. de supell. legat. L.* 18. §. 3. junct. §. 1. *de instr. vel instr. legat. L.* 1. *L.* 9. *pr. sub fin.* et §. 1. *de tritic. vin. ol. legat. L.* 3. §. 2. *L.* 8. *de supell. legat. L.* 69. *pr.* et §. 1. *de Legat.* 1°. Denique quod ad Legata, in quibus olim obtinuerit, quod hic scribit Paulus, mutatum hoc videtur per exaequationem Legatorum ac fideicommissorum: nam post eam Legata pro fideicommissis habenda, et ex his supplendum, quod deest illis. §. 3. *Inst. de Legat.*" Voorda.

L. 27. §. 2. *Sed demonstratum, unde accipere posset:* etc. add. Averan. *Interpr. Jur.* II. 27. *num.* 21.

not. 1. *Julianus Severus.* „ Quis ille sit, indagare non potui. Memoratur *Julianus Severus* apud Gruter. *Inscription.* [*loc. laud.*] qui fuit *quatuorvir Coloniae Sig-*

ni-

minorum: at quando ille vixerit, aeque incertum." van de Water.

L. 29. §. 1. tantandem *partem habeat.* Hal. *tantulam.* Sed vid. notata ad *L.* 30. §. 1. *de pact. not.* 1. add. Brisson. *de Verb. Signif.* voc. *tantusdem.*

Servius. „Male Al. *Severus.* Bertrand. *de Jurisperit.* II. 32. §. 4." van de Water.

minimam. „Nec hoc mutatum per exaequationem Legatorum, vel quia verba ad heredes directa ipsis etiamnum electionem tribuunt, ut putant Cujacius, Faber, alii: vel quia res legata non admittit vindicationem, quum non sit res certa corporalis, quae designari possit, si circa jus novum ratione electionis facias cum Merillio, Schultingio, aliisque." Voorda.

§. 3. not. 2. Etiam Voorda ad verba: *priusquam judicium accipiatur*, notavit: „nimirum a Judice, id est, sententia feratur, uti in *L.* 1. *Cod. si adv. rem judic.*, ob *L.* 29. §. 2. *de evicion.*"

§. 4. add. Papillon. *de direct. hered. substit. Cap.* 9. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 712.

L. 30. §. 2. *quia in id tempus.*" *in* ITEM*pus*, id est, *in idem tempus.*" Rucker.

§. 6. *Attejus scribit.* „Bertrandus, *de Jurisperit.* II. 51. §. 12. putat *Capitonem* indicari. At ego opinor *Attejum Pacuvium* memorari. Cum Bertrando facere videtur Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 1. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 226. Hic Attejus Pacuvius fuit Servii discipulus. *L.* 2. §. 44. *de orig. jur.* Neque de alio intelligendus JCtus in *L.* 39. §. 2. *de aur. arg. legat.* et in *L.* 2. §. 4. *de aq. et aq. pluv. arc.* Neque verosimile est, Labeonem, studiorum genere plane Capitoni contrarium, eum secum memorasse." van de Water.

L. 31. not. 1. „Hoffman. [*loc. laud.*] *Diss.* XXVI. §. 4. pro *quod* legit *quoad.* Sed exemplum, quo significationem voculae probet, nullum addit, neque ego ullum

repperi. Haloandri igitur lectio: *quod supra solium*, videtur praeferenda." van de Water.

L. 34. pr. „Legatum *nominis*, quale hic est, *per damnationem*, non *per vindicationem*, legari debuit: idemque Legatum hic mox dicitur *fideicommissum*, quia fideicommissum ad Legatum damnationis proxime accedit. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 2. *not.* 4. et §. 13. *not.* 36." Rucker.

§. 2. add. Averan. *Interpr. Jur.* II. 27.

L. 35. not. 1. add. Goldast. *ad Fragm. Dosithei*, §. 5. *not.* 30. et Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 407.

§. 2. *in regione* Atellata. *Atellana* mavult Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 7. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 477.

§. 3. *amantissimis*, *quos scitis*, etiam Riccius, *Vindic. Jur. Cap.* 2. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 745. Sed Voorda notavit: „Nullum horum probo. Τὸ *scitis* hic ineptum est. Desunt autem Legatorum et fideicommissorum verba: nam versus *ita ut publice* etc. nil nisi modum continet. Nec sufficit verbum *volo*, quod τῷ *gratis* substituit Baudoza. Quid, si legamus: *amantissimis praestetur balineum*."

L. 36. add. Augustin. *Emendat.* III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1500.

L. 37. §. 1. not. 1. *Glaucae Tyche*, vel *Glaucae et Tyche*, mavult Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 369.

§. 4. not. 2. add. Burman. *ad Ovid. Metam. Lib.* V. *vs.* 169.

§. 5. *παρὰ τοῦ θείου*. Vid. Gul. Forner. *Selection.* I. 14. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 23. Vid. de hoc §. Fab. *Conject.* I. 4. *num.* 8. et XIX. 18. *num.* 8.

L. 38. *an emtores*, *qui fideicommissum* ignoraverunt. *Non ignoraverunt* legit Cujac. *in Comm. ad L. ult.* §. *pen. de Legat.* 2do

§. 1. Vid. Otton. *in Praef. Tom.* I. *Thes. Jur. p.* 40. *seq.* not. 1.

not. 1. add. Forner. *Selection.* III. 13. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 99.

§. 4. *Julius Agrippa.* „ Quis ille fuerit, vid. apud Reines. *ad Rupert. Epist.* 69. *p.* 611. De *Marco Agrippa* Spartian. *in Sever. Cap.* 1. " van de Water.

not. 1. add. Finestr. *de liber. et postum. Part.* I. *Cap.* 2. §. 9. et Jac. Guther. *de Jur. Man.* III. 6. *et* 22. in fin.

§. 6. add. Chess. *Differ. Jur. Cap.* 83. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 861.

§. 7. *Respondit, nihil* etc. „ Cur ita? Vid. Fab. [*loc. laud.*] quin et successorum personae erant incertae, quales olim nec fideicommissis honorari poterant. §. 25. *Inst. de Legat.* " Voorda.

L. 39. §. 2. *Respondi non esse praestanda.* „ Scil. relicta videbantur viginti sarciendi damni caussa, quod ei imminebat ex fundi praelegato: ejus autem damni metum demsit fideicommissum posterius, quo vi ipsa ademtum sorori ejus praelegatum. " Voorda.

L. 40. §. 1. not. 1. add. Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* III. 4. *num.* 20. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 487.

L. 41. §. 2. not. 2. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 22. *num.* 11. Verba: *pietatis intuitu*, Triboniani esse, putat Cujac. *ad L.* 36. *de Legat.* 1°.

§. 3. Late de hoc §. Oteyz. et Olan. *loc. modo laud. num.* 21. *seqq.*

§. 4. *cum a testatore relinquerentur.* „ Hoc est, legarentur, proinde cum fieret testamentum: haec enim demonstratio *ex meis* praesens, non futurum tempus ostendit. *L.* 7. *de aur. arg. legat.* " Voorda.

not. 1. Vid. et Lyclam. *Membran.* VII. 27.

§. 6. add. Jos. Castalion. *Var. Lection.* in *Miscellan. Italic. erudit. p.* 42. *seq.*

§. 8. *exheres esto.* „ Exheredatio enim in extraneo, herede scripto, locum habet, in non scripto inanis est. Cujac. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 27. *not.* 76. "

Ruc-

Rucker. Vid. et de hoc §. Bynkersh. *de Legat. poen. nomin. Cap.* 5. ſub fin.

§. 9. *pretio facto.* Vid. de hac locutione Forner. *Selection.* I. 16. in Theſ. Otton. *Tom.* II. *p.* 25. *ſeq.*

posſe partem dimidiam etc. „ Ideo vero partem duntaxat dimidiam, quia fideicommisſa quam proxime accedunt ad ſimilitudinem Legati damnationis, quam ob rem in illis non magis, quam in hoc Legato, obtinebat jus accreſcendi. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 13. *not.* 34." Voorda.

§. 15. *post mortem enim utique creditur datum.* „ Ne in potestate heredis ſit, non volendo usque ad mortem ſuam, fideicommisſum reddere inutile. Credi autem hoc in fideicommisſis potuit, quia haec, ſecus ac Legata, relinqui jam olim potuere post mortem heredis. §. 35. *Inſt. de Legat.* ibiq. Vinn. Conf. *L.* 11. §. 6. *h. t.*" Voorda.

L. 46. *exiguius.* „Sic *exiguisſima* apud Ovid. *Heroid. Epist.* XIV. *vſ.* 115." van de Water. add. Heinecc. *ad Brisſon. de Verb. Sign.* voc. *exiguus.*

L. 47. §. 1. not. 1. Etiam Voorda ad verba: *in emto paratum* etc. notavit: „ Hoc est, quod emtum est, etiam paratum esſe; quod autem paratum est, non continuo emtum esſe."

L. 49. not. 3. *et probat Voorda*, etc. Sed in notis adſcripſit: „ quid ſi legamus: *quas ſibi comites mulieres exoptant.*"

L. 50. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 8. *num.* 4.

L. 52. not. 2. *Hoffman.* etc. *pro* corio *legit* cortice. „ Male; non enim in exteriore illo et aspero cortice ſcribebant, quod fieri nequit, ſed in cortice interiore, ſive in illa tunica et membranula arboris, quae media inter corticem et lignum est, *de bast van de boom.* Istae vero tunicae Latine dicuntur *coria.* Vid. Salmaſ. *ad Vopisc. in Firmo*, *Cap.* 3. maxime, *p.* 707. et Fabri *Lexic.*

Lexic. voc. *philyra.*" Rucker.

not. 3. „*roboreis* legit Scalig. *Animadv. ad Guilandin. p.* 18." van de Water. add. notata ad *L.* 2. §. 4. *de orig. Jur.*

not. 4. add. Jo. Mercer. *Opinion.* I. 12. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1574. De *membranis* vel *pergamenis* vid. et Oisel. *ad Caj. Inst.* II. 1. §. 4. *not.* 51.

§. 2. not. 2. Cum Augustino facit quoque Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 417. quum et nonnulli alii Codd. *rhapsodiae* habeant.

§. 4. Vid. et ad hunc §. Averan. *Interpr. Jur.* III. 19. *num.* 6.

§. 6. add. Oisel. *ad Caj. Inst.* II. 1. §. 4. *not.* 50.

§. 9. add. Torrent. *ad Sueton. in Claud. Cap.* 32.

L. 54. not. 1. add. Papillon. *de Jur. accresc.* in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 773. „*Visceratio* est carnis et panis distributio. Jac. Guther. *de Jur. Man.* II. 10. Otto, [*loc. laud.*] " Rucker.

L. 55. not. 1. Negationem delet quoque Balduin. *de Jurispr. Mucian.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 514. quamvis Florentinam quoque lectionem defendi posse putet.

§. 6. add. Otton. *de Ædilib. Colon. et Municip. Cap.* 9. §. 5. *p.* 321.

L. 56. *in numero. In numerum*, *L.* 168. *de verb. sign.* ubi idem.

L. 58. *parata essent*, *Hal.* „Idque necessarium omnino, quia *sunt* testamenti tempus demonstrat, ut Legata cedere nequeant, quae postea comparavit. At, si legimus *essent*, patet, testatorem retulisse verba ad mortis tempus, hoc modo: *quae ejus caussa parata erunt.* Cujac. [*loc. laud.*] " Voorda.

Rescriptum est. „Id est, a Servio responsum. Vid. *L.* 4. *de aur. arg. leg.* Bertrand. *de Jurispr.* II. 11. §. 15." van de Water.

L. 60.

L. 60. §. 1. *respondi.* „ Lege: *respondit*, scil. Servius. Bynkersh. *Obs.* VIII. 1." van de Water.

L. 62. add. Meerman. *de reb. manc. et nec manc.* §. 88.

L. 65. §. 1. not. 1. add. Cujac. *Obs.* IX. 17. Ad emendationem Zoannetti, qui verba: *cum lecticarius* etc. refert ad sequentem §., notavit Voorda: „ ubi ea sensum nullum habent. *Lecticarius* autem hic non est bajulus, lecticam portans, ut in *L.* 49. *pr. h. t. L.* 8. §. *ult. de Legat.* 1°. sed qui lecticas facit, qui inter artifices numeratur. *L.* 1. *Cod. de excusat. artific.*"

§. 2. *in* quo *artificio* etc. „ Commodius legeretur: *in quorum.*" Voorda.

L. 66. add. Pratej. *Jurispr. med.* III. 4. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 565.

L. 68. de Inscriptione vid. Brencm. *h.*

quam ex caussa pignoris *nactus.* „ Videtur mihi Ulpianus scripsisse: *ex caussa fiduciae.*" Rucker. Et van de Water notavit: „ vocem *pignoris* τῷ *fiduciae* a Triboniano substitutam, inde colligere licet, quod creditor rem *pignori* sibi datam legare nequit. *L.* 73. §. 2. *h. t.* at *fiduciae* datam, recte, salva debitoris caussa. Vid. Paul. *Sent.* II. 13. §. 6. atque de hac *fiducia* intelligendus videtur Scaevola in *L.* 101. *pr. h. t.* in verbis: *si modo* etc. ut Scaevola eleganter differentiam inter rem creditori *pignori* et *fiduciae* datam doceat. add. *Obs. meas*, I. 10."

L. 70. not. 1. add. Raevard. *Conjectan.* III. 15. „ Sed Pacius, *Quaestion.* VI. 25. putat, in *L.* 52. §. 6. *de aur. arg. leg.* lanam omnem, hic lanam simpliciter legatam fuisse." Voorda.

§. 3. *quoad ad* telam *pervenisset.* „ Goveanus, *Var. Lection.* II. 9. *telam* intelligit *instrumentum textorium.* Rectius Raevard. [*loc. modo laud.*] quod texitur: nam telam texi et detexi dicimus." Voorda. add. Hilliger. *ad Donell.* VIII. 19. *not. c.*

§. 9.

§. 9. add. Meerman. *de reb. manc. et nec manc.* §. 65.

§. 12. Ut Faber etiam Hotoman. *Obs.* VII. 7. „ quod culpat Hilliger. *ad Donell.* VIII. 19. *not. c.* ratus, eo quod *lanae* appellatione non continentur *versicoloria*, significari tacite, etiam *versicolorum* appellatione non contineri *lanam:* quum inde appareat, aliud esse, quod *lana* dicitur, aliud, quod *versicolorium.*" Voorda.

L. 73. §. 2. add. notata ad *L.* 68. *pr. h. t.*

§. 3. „ *Suorum*, etiam H. a Porta, rectius: nam a *L.* 71. usque ad *L.* 75. agitur de eo, quid haec appellatio contineat." Voorda.

§. 4. *Venalitiariam vitam.* Vid. Otton. *in Praef. Tom.* III. *Thes. Jur. p.* 36. et notata ad *L.* 207. *de verb. signif.*

L. 78. §. 1. Vid. ad hunc §. etiam Averan. *Interpr. Jur.* III. 25. *num.* 13. et 24. *num.* 11. et V. 16. *num.* 1. *et* 10. et 17. *num.* 8.

§. 3. *Capenianum.* „ Forte: *Capenianum*, ab oppido *Capena*, de quo vid. Cluver. *Ital. Antiq. Lib.* II. *p.* 547. *seqq.*" van de Water. Vulg. *Campanianum*, atque ita non adeo antique Flor. correctum. Vid. Brencm. *h.*

§. 4. add. Jan. a Costa, *ad* §. 25. *Inst. de rer. division.* et Averan. *Interpr. Jur.* III. 11. *num.* 14.

§. 6. *apud Aburnium Valentem.* In *Libris fideicommissorum*, secundum Bertrand. *de Jurisper.* I. 12. §. 3.

L. 79. not. 1. add. Jan. a Costa, *ad* §. 18. *Inst. de inutil. stipulation.*

§. 1. not. 1. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 6. §. 60. *not.* 36. „ Rationem differentiae hanc reddit Hilliger. *ad Donell.* VIII. 19. *not. c.* quod in *repositis praesidii caussa* spectamus corpora nummorum, quum non habeantur ad eum usum, qui est verus pecuniae: in aliis autem spectamus quantitatem, sive valorem: hi igitur non sunt *mobiles*, quia nec corporales sunt, sed incorporales. *L.* 44. §. 2. *de solution.*" Voorda. — De rusticis consultis Langl. *Semestr.* V. 3. *et* 4.

§. 2.

§. 2. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 27. *num.* 16.

L. 80. Pertinet ad Legatum *vindicationis*. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 15. *not.* 34. Vid. et ad hunc locum Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 296.

§. 2. *et* cetera *jumenta continentur*. Varie hunc locum tentat Meerman. *de reb. manc. et nec manc.* §. 69. *seq.*

L. 84. add. Hilliger. *ad Donell.* VIII. 19. *not. c.* et Averan. *Interpr. Jur.* II. 28. *num.* 25.

L. 85. *Nuper constitutum est a* Principe, etc. „De Antonino Philosopho hoc intelligendum: licet dubius haereat Augustin *de Nomin. propr. Cap.* 3. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 299" van de Water.

L. 87. not. 1. Plura de hoc loco Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* III. 5. in Thes. Meerman. *Tom* I. *p.* 478. *seq.*

L. 89. „De conjunctis eorumque jure ratione partis deficientis ad L. Juliam et Papiam hic disputat Paulus, quamvis ea Lex id egerit, ut fisci commodo tolleret jus accrescendi: quia nimirum id jus, quod *jus antiquum* dici solebat, hac Lege relinquebatur intactum 1°. in his, quae pro non scriptis erant. *L. unic.* §. 3. *Cod. de caduc. tollend.* 2do. in testatoris liberis et parentibus usque ad tertium gradum. Ulpian. *Fragm. Tit.* 17. §. 2. et *Tit.* 18. *pr. L. unic. pr. sub fin. Cod. de caduc. tollend.* Liberos autem cujusvis gradus, sed in potestate testatoris constitutos, ibi intelligi, dicit Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 384. at eorum prius vix licet statuere per *d. L. unic. pr.* sub fin. 3^{tio}. in aliis quibuscunque, qui liberos habebant. Ulpian. *Fragm. Tit.* 25. §. 17. in fin. ibiq. Schulting. etiamsi haberent unicum filium, vel filiam. Heinecc. *d. loc. p.* 386. 4°. si Legatarius apertis tabulis Legatum repudiaret. Merill. *Var. ex Cujac.* I. 40. in fin. His addit Cujac. *Obs.* XXIV. 34. *init.* etiam eum, qui deficienti re conjunctus erat, praelatum fisco fuisse, adeoque salvum ei fuisse jus accrescendi. Quod non arbitror verum esse, ni-

nisi intelligatur de personis *num.* 1. 2. 3. *et* 4. hic memoratis. add. Heinecc. *ad Vinn. ad* §. 8. *Inst. de Legat. num.* 5. [et *ad L. Jul. et Pap. p.* 435. *seq.*] Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 49. *error.* 7. ubi totum hunc textum explicat. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 31." Voorda.

Et magis est, ut et ipse praeferatur. „Merillius, *de Jur. accresc. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1761. haec sic accipit, ut, quemadmodum re et verbis conjunctus praefertur ceteris, sic magis sit, ut, qui verbis conjunctus est, ceteris quoque praeferatur, et illis qui re et verbis, et illis qui re tantum sunt conjuncti. Neque vero aliter Schulting. *Thes. controv.* [*loc. laud.*] Merito sane, si cum illis ita legatum fuisse fingas: Titio et Maevio fundum Tusculanum do lego. Sejo fundum Tusculanum do lego. Cajo et Sempronio fundum Tusculanum do lego aequis partibus. Nam Cajus et Sempronius in tali facti specie non intelliguntur tantum, ut Merillius ait, etiam re conjuncti esse, sed sunt revera etiam re conjuncti propter adjectum re conjunctum. *L.* 41. *de Legat.* 2do. Titius autem et Maevius, licet inter se quoque re et verbis simul sint conjuncti, Cajo tamen et Sempronio non nisi re conjuncti sunt: quo fit, ut, Sempronio deficiente, recte quoque dixeris, Cajum non re et verbis simul conjunctis, sed solis re tantum conjunctis tali in casu praeferri." Voorda.

L. 91. §. 6. not. 1. pro *videri* legendum: *deberi*, Cujacium, *ad L.* 16. *de dot. praeleg.* conjicere, sed sine ratione, notavit van de Water.

L. 92. §. 1. *non videri testatorem* etc. „Conf. *L.* 82. *pr. de Legat.* 2do. *L.* 12. §. 15. *de instr. vel instrum. Legat.*" Voorda.

L. 93. Scaevola easdem in specie quaestiones luculentius in *Libris Digestorum*, quam in *Libris Responsorum* ex-

 hi-

hibet. Schulting. *in Enarr. Tit. Pand. de transaction.* §. 17. *p.* 336.

§. 1. add. notata ad *L.* 28. §. 15. *de liber. legat.* ubi eadem exſtant.

§. 4. *et dolia*, etc. „Contrarium videtur esse in *L.* 21. *de instr. vel instr. legat.* sed ibi agitur de doliis inaedificatis, et ita cohaerentibus, ut sine ruina aedificii avelli nequeant. Cujac. *ad L.* 206. *de verb. sign.*" Voorda.

L. 95. add. J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 161. *seq.*

L. 97. *centies aureorum.* Eadem locutio in *L.* 88. *de verb. sign.* ubi vide.

L. 99. add. Lyclam. *Membran.* II. 16. et notata ad *L.* 166. *de verb. sign.*

§. 5. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 22. §. 6. „Duo hic occurrunt caſus, varie deciſi. Prima definitio ejusque ratio indicant, Paulo in priore facti ſpecie *vernas generis* loco, pro *ſpecie curſores* fuisse. Cur vero ſic ſtatuit? quum pari jure curſores pro genere, vernae pro ſpecie posſint haberi. Vid. *L.* 36. §. 1. *de Legat.* 1°. nam ut tribui *vernae* posſunt in curſores, lecticarios, muliones, textores, ita *curſores* in vernas emtosque? In nulla, ut opinor, re alia, quam in oratione, qua uſus fuit testator, esse ejus rei ratio potest. An igitur in ſcripturae ordine, eo quod vernas priore loco legavit téstator? Nequaquam: nam in *L.* 36. *pr. de Legat.* 1°. prius textores, mox vernas legavit, neque tamen textores *in fin. d. pr.* habiti pro genere, vernae pro ſpecie. Ut igitur propoſitae ſpeciei recte applicata ſit haec regula *generi per ſpeciem derogatur*, in testamento praeter id, quod dicit Paulus, aliud quid fuisse oportet, unde apparebat, vernas *generis*, curſores *ſpeciei* loco a testatore fuisse habitos. Scriptum fingo: *ſervos aliunde comparatos Cajo, vernas Titio, curſores*

Se-

Sejo do lego. Sic certe constitutis duobus servorum generibus, emtorum puta vernarumque, ex utroque per extremum Legatum exemit eam speciem, quae cursorum est: quare sive Cajus de cursoribus emtis, sive Titius de his, qui domi nati sunt, negotium faciat, locus erit dictae regulae. Neque obstat *d. L.* 36. *pr. in fin.* pertinet enim ad alteram Pauli speciem, quam proponit ac definit his verbis: *si in specie aut in genere* etc. Sunt autem utrique in specie aut in genere, quum testator tam cursores, quam vernas, vel speciei, vel generis loco posuit, quum neutris indidit habitum generis, quum in testamento nulla eorum apparet subordinatio tanquam generis ac speciei: veluti quum nihil ibi dictum praeterquam *cursores Sejo, Titio vernas do lego.* Hoc casu hi, de quibus mota controversia est, hoc est, qui et cursores et vernae sunt, *plerumque*, inquit Paulus, *communicabuntur*, idque juris esse, discimus ex *L.* 36. *pr. in fin. de Legat.* 1°. Nimirum communicabuntur inter eos, quorum alteri vernae, alteri cursores sunt legati. Et sane, quum cursores domi nati non minus in vernis sint, quam in cursoribus, fateri cogimur, pari modo legatos eos utrique esse, nec aliter, quam cuique in solidum, ideoque partes concursu fieri. Regulae autem *generi per speciem derogatur* non potest hoc casu dari locus, quia si in specie aut in genere sunt utrique, vel genus deëst, cui per speciem derogatur, vel species, qua delibatur quidquam de genere alterutro. Sed cur hic, secus ac in *d. L.* 36. *pr. in fin.*, inserta est particula *plerumque?* Nullam, ut opinor, aliam ob causam, quam quod non communicabuntur, si probet alteruter, hoc testatorem fieri noluisse: quod quia rarissime accidit, et ubi evenit, res per se clara est, praetermissum a Labeone vel Pomponio in *d. L.* 36. *pr.* " Voorda.

L. 100. §. 3. not. 1. add. Erhard. *ad Petron. Satyric.* *Cap.* 53. *p.* 130. ed. Burm.

not. 2. *at si eas* legendum, conjecit quoque van de Water.

L. 101. *Si modo in proprium patrimonium*, etc. „ Cessante autem in solvendo debitore, rediguntur in proprium creditoris patrimonium, si is, cum alius emtor nullus esset, vel emit ea, *L.* 2. *Cod. si in causs. judic. pign. capt. sit*, vel eorum dominium impetrat. Vid. *Tit. Cod. de jur. domin. impetr.* Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 46. *error.* 7. *num.* 9." Voorda. De contractu *fiduciae* intelligit van de Water. Vid. notata ad *L.* 68. *pr. h. t.*

L. 102. add. Averan. *Interpr. Jur.* II. 28. *num.* 27.

not. 2. quosdam legere: *nisi quae*, notat Charond., quod magis congruit praecedentibus et sequentibus." Voorda.

§. 2. not. 1. add. Langl. *Semestr.* VI. 2.

L. 103. not. 1. Emendationem Cujacii probat quoque Labitt. *Us. Indic. Cap.* 5. §. 24. in Jurispr. restit. Wiesing. *Part. poster. p.* 167. Sed van de Water nihil mutandum notavit, et Scaevolam intelligendum de herede extraneo instituto, et a patre pupillo substituto, et legatis onerato. Vid. seq. §.

§. 2. not. 1. add. Papillon. *de Subst. pupill. Cap.* 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 750.

§. 3. not. 1. Hal. *in semissem.* Vid. Geb. *h.*

Lib. XXXIII.

Tit. I. *de annuis Legatis et fideicommissis.*

L. 1. Hanc et seq. Legem in Vulgatis Codicibus male *Ulpiano* tribui, quum *Pomponii* sint, observat Bertrand. *de Jurisper.* I. 11. §. 5.

Sicuti. „ Forte legendum: *sicuti si.*" van de Water.

L. 2. *Si* diurnas *operas* etc. Ita legendum apud Paul. *in Sent.* V. 23. §. 5. Vid. *ibid.* Schulting. *not.* 25.

L. 3. §. 1. Proinde *et si adjectum fuerit* etc. *Perinde* ma-

mavult Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVI. §. 8.

L. 4. Quid intersit inter *annuam stipulationem* et *annuum Legatum*, Chesl. *Differ. Jur. Cap.* 24. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 686. *seqq.*

L. 7. *in testamentis quaedam scribuntur, quae ad auctoritatem duntaxat scribentis referuntur*, etc. Vid. ad haec Noodt. *de foen. et usur.* I. 2, et Jac. Guther. *de Jur. Man.* I. 6. *et* III. 21.

L. 8. *quod in usufructu non ita est:* etc. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 36. *Inst. de rer. division.*

L. 18. add. Merill. *in L. Decision. Justin. Cap.* 4.

§. 1. not. 1. add. *Colleg. Argentor. ad Tit. quando dies Legat. vel fideic. ced.* §. 12. *n.* 13.

L. 19. §. 1. *Domina Sanctissima.* Vid. de hac appellatione notata ad *L.* 57. *de donat. int. vir. et ux.* Quaedam ad hunc §. notavit quoque Faber, *Conject.* XIV. 2. *num.* 5.

L. 20. *Si morarentur* etc. Plura de hac conditione Fornet. *Rer. Quotid.* V. 8. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 262.

§. 1. *respondit, in perpetuum.* Vid. notata ad *L.* 24. *h. t.*

L. 21. not. 1. *qui e praediis* conjecit quoque van de Water, et jam emendavit Cujac. *in Comm. ad h. l.* Vid. et Hoffman. *Meletem. ad Pand. Diss.* XXVI. §. 9.

§. 2. Vid. ad hunc §. Augustin. *Emend.* II. 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1483. *seq.*

§. 3. not. 1. „De ludis ejusmodi funebribus Jac. Guther. *de Jur. Man.* II. 9." Rucker.

§. 4. *Larcius Euripianus.* „An hic filius vel nepos ejus, qui sub Commodo occisus est. Vid. Lamprid. [*loc. laud.*] ibiq. Comm." van de Water.

L. 22. not. 1. Bynkershoekii conjecturam ingeniosam dicit van de Water.

L. 23. not. 1. „*divisiones* sunt sportulae, quae viritim dividuntur. Cujac. *Obs.* XXIII. 7." Voorda.

L. 24. *Certaminis Chrysanthiani.* „Cujacius, *Obs.* XXIII.

 7.

7. ita hoc certamen appellatum putat a Chrysanthio Sardiano Summo Pontifice totius Lydiae, qui illud instituerat, ut sub suo nomine celebraretur, quemadmodum facere testantes solebant. Vid. *L.* 21. §. 3. *h. t.* Aliter Goth. *in not.* add. Reinef. *Var. Lection.* I. 11. et Heinecc. *in Praef. Tom.* II. *Jurispr. Rom. et Attic. p.* 17. *seq.*" Voorda. — *Chrysantinum certamen Sardianorum* memorari apud Reinef. *Class.* 5. *inscr.* 20. notavit van de Water.

Per quadriennium. „Nimirum quodque: idque propterea, quod respexisse testator creditur ad solennitatem certaminis, quod quarto quoque anno celebrari solebat, ut ea pecunia proficeret ad praemia certantium, vel ad instruendum omnem certaminis apparatum. Eadem definitionis ratio est in *L.* 20. §. 1. *et L.* 23. *h. t.* Cujac. *Obs.* XXIII. 7." Voorda.

Tit. II. *de usu, et usufructu, et reditu*, etc.

„Quare inscriptioni a Compilatoribus addita sint verba: *vel fideicommissum*, vid. Galvan. *de Usufr. Cap.* 14. *num.* 27." van de Water.

L. 1. not. 1. Secundum Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de servitutib. p.* 133. *seq.* in initio hujus Legis significatur, *ipso jure* usum vel usumfructum itineris etc. constitui non posse: in fine vero, constitui eum posse *per tuitionem Praetoris.* De regula autem, quae hic rationis loco adfertur: *quod servitus servitutis esse nequeat*, vid. Idem, *in Paratitl. ad Tit. Pand. comm. praedior. p.* 138.

Si decesserit, vel capite deminutus etc. „Cur illi duo casus tantum comprehenduntur hac cautione, nec additur tertius: *si non utendo amissus erit?* quia usus ille vel ususfructus, quum valeat tantum tuitione Praetoris, non utendo proprie amitti non potuit: nam sic amittitur is demum, qui legitime constitutus valet ipso jure. *L.* 5. *si ususfr. petat.* Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand.* quem-

quemadm. servit. amitt. p. 140." Voorda.

not. 2. add. Vinn. *ad* §. 3. *Inst. de usufr. num.* 1. *in fin.* Secundum Fab. *Conject.* XIX. 8. *num. ult.* Triboniani sunt omnia quae sequuntur, a verbis: *sed incerti actio* etc.

L. 2. *Idem est*, etc. „*Id est* legit Cujac. *Obs.* XIV. 23. et *in Comm. ad L.* 19. *de action. emt. vend.*" van de Water.

L. 3. add. Paul. *Sent.* V. 1. §. 1.

L. 9. „Junge *L.* 78. *de Legat.* 1°." van de Water.

L. 10. add. Cujac. *Obs.* XXIII. 6.

L. 14. not. 1. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 13. *not.* 36. et Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 302.

L. 16. not. 1. Vid. et Jac. Guther. *de Jur. Man.* II. 18. et III. 27. et Nic. Fern. de Castro, *ad L. unic. Cod. de gladiator.* §. 20. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 366.

L. 19. not. 1. delendam hanc particulam esse, notavit quoque Voorda.

not. 2. add. Noodt. *de Usufr.* I. 2. Vs. *At Paulus* etc.

L. 21. *antequam* conditio decem *existat*, etc. „Insolita locutio, qua significare vult: *conditio adscripta Legato*, vel *Legati decem.* Forte τὸ *Legati* excidit. Mirum, hac de re nihil observasse Cujacium, *in Comm. ad h. l.*" van de Water.

L. 22. Vid. J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 163. *seq.*

L. 23. not. 2. add. notata ad *L.* 3. *quib. mod. usufr. vel. us. amitt.*

L. 24. *aut quod propter moram* etc. „Licet *actio ex testamento* stricti juris sit, *L.* 6. *de in lit. jurand.* placuit tamen, ut ultimis voluntatibus tanto celerius satisfieret, etiam usuras et fructus ex mora praestari, ad imitationem actionum bonae fidei. Vid. *L.* 34. *de usur.* Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 8. §. 4. *not.* 14." Rucker.

L. 25. not. 1. Etiam van de Water notavit: „Forte hic latet nomen proprium *Domnus*, aut simile quid: nisi dicamus, *dominum* hic poni pro *marito*. Vid. Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *dominus*. Sic quoque Cujac. *in Comm. ad h. l.*" Vid. et de hac Lege Suerin. *Repet. Lection. Cap.* 22. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 39. et Averan. *Interpr. Jur.* V. 11. *num.* 11.

L. 26. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 1. *num.* 6. Pro *quam si jam habere coepisset* Cujacium, *in Comm. ad h. l.* cum Vulg. legere: *quam si legati dies cessisset*, sed sine ratione, notavit van de Water.

L. 27. add. Constantin. *Subtil. Enodat.* II. 11. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 571.

L. 29. add. Noodt. *de Usufr.* II. 1. Vs. *Constituitur* etc.

L. 30. §. 1. ex *locationis actione eum liberare.* Van de Water pro *ex* legi vult ea. Forte rectius pro *locationis* legeretur *locatione*, aut subintelligendum *contractu*.

L. 32. *generali capite* etc. „Hoc generale caput est hujusmodi: *quisquis mihi heres heredesve erunt de omnibus, damnas sunto praestare, quod cuique infra legavero, praestari fierive jussero. L.* 34. §. *pen. de Legat.* 2do. *L.* 40. §. 1. *de Legat.* 3tio. Cujac. *Obs.* XXIII. 9." Voorda. Vid. et Cujac. *in Comm. ad h. l.*

§. 1. *Aeliae Dorcadi.* De hoc nomine Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 365. *Claudius non credidit* etc. „Omnino sic interpungendum: *Claudius. Non credidit* etc. Saepius Claudii Tryphonini nota sic indicatur." van de Water. Vid. ad hanc Legem etiam Gluck. *ad Tit. quib. mod. ususfr. vel us. amitt.* §. 642. *p.* 334. *seqq.*

§. 3. *Respondit*, etc. „Ita hic respondetur circa usumfructum legatum. Quid, si ipse fundus cum his, quae ibi sint, legetur? non modo vinalia Legato cedunt, sed et quae vendita a testatore ibi adhuc sunt in doliis, si pretium eorum nondum est solutum. *L.* 27. §. 5. *de in-*

instr. vel instr. legat." Voorda.

§. 7. *reditum efficientia* annua *decem.* „ Pro *annuorum.* De qua loquendi forma obiter Vechner: *Hellenolex. p.* 112." van de Water. Vid. et ad hunc §. Cujac. *Obs.* XXIV. 21.

L. 34. add. Fab. *Conject.* XIII. *ult. num.* 29. *seqq.*

§. 1. *Ima parte testamenti.* add. Interpp. *ad Caj. Inst.* II. 4. §. 2. *not.* 15. *Alumnum* active dici non posse, late disputat Jos. Castalio, *ad L.* 1. *Cod. quae res pign.* in *Miscellan. Italic. erudit. p.* 147. *seqq.*

L. 36. §. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 7. *num.* 10.

L. 37. not. 1. add. Noodt. *de Usufr.* I. 23. et Gluck. *ad Tit. de usufr.* §. 632. *p.* 178. *seqq.*

L. 42. add. Noodt. *ad L. Aquil. Cap.* 17.

L. 43. not. 3. „ *Et, si rerum, quod in actionibus* etc. Optime respondet praecedentibus; sed tunc non ita apte cohaerent sequentia. Itaque cum Bachovio, *ad Treutler. Vol.* II. *Disp.* 13. *Thes.* 4. *Lit. h. p.* 797. *seq.* et Bynkersh. [*loc. laud.*] retenta Florentina lectione, dicendum potius, tres esse species hujus Legis: 1ᵃ. si partis bonorum, 2ᵈᵃ. si partis rerum, 3ⁱᵃ. si certarum rerum usfusfructus est legatus. In duabus prioribus nihil interesse, et utrobique aes alienum deduci, id, quod in actionibus est, computari: in tertia autem aliud observari. Vid. Marckart. et Bynkersh. [*locc. laudd.*]" Voorda. add. Gluck. *ad Tit. de usufr.* §. 632. *not.* 9. *p.* 179. *seq.*

Tit III. *de servitute legata.*

L. 1. *Respondit.* „ Scil. Minicius, cujus haec sunt." van de Water.

L. 2. rationem dubitandi pulchre exponere Lud. Charond. *ad Tit. Pand. de verb. oblig.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 850. notavit Rucker.

L. 3. not. 1. Vid. et Chesf. *Differ. Jur. Cap.* 42. *num.* 13. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 748. Averan.

Interpr. Jur. IV. 10. *num.* 5. Rucker. *Interpr. Cap.* 2. *p.* 188.

L. 4. not. 1. „ Forte melius *immissa*, scil. *tigna*, nisi dicamus, vocem *habere* vocabulum *trabes* absorpsisse." van de Water.

L. 5. not. 1. add. Voorda, *Elector. Cap.* 18.

Tit. IV. *de dote praelegata.*

L. 1. §. 2. *commodum — repraesentationis.* Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 15. *Inst. de Legat.*

not. 1. add. Gluck. *ad Tit. solut. matrimon.* §. 1273. *not.* 45. *p.* 157. Manum Triboniani agnoscit quoque Brencman. *de Leg. inscription.* §. 24. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 170.

§. 13. *Verum quod Falcidia* recidit, etc. Vid. de hoc verbo *recidit* Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 6. §. 92. *not.* 50.

L. 2. §. 1. *cum fructibus cogetur restituere.* D. Goth. *in not.* „ Imo, cum fructibus non restituet. *L.* 83. *de Legat.* 3tio." Dissensum agnoscit Merill. *Var. ex Cujac.* III. 52. Aliter Perrenon. *Animadv.* I. 11. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 607.

L. 3. not. 1. Eundem Graecismum occurrere quoque in *L.* 22. §. 8. *solut. matrim.* apud Tacit. *Annal.* II. 57. Auctor. *de Causs. corrupt. eloq. Cap.* 16. notavit Voorda. add. Bynkersh. *Obs.* VII. 24. et notata ad *d. L.* 22. §. 8.

L. 5. Vid. ad hanc Legem Cujac. *in Comm. ad L. unic.* §. 5. *Cod. de rei uxor. act.*

L. 6. *quia* proposita *summa* etc. *Proposito*, Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVI. §. 10. *in fin. In proposito*, van de Water, citans Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *propositum.*

§. 1. *Servii auditores.* Vid. Bynkersh. *Obs.* VIII. 1.

L. 7. §. 2. *Quae jure Falcidiae* petenda *est. Retenta* legit Cujac. *in Comm. ad h. l.* et *ad Libb. Papinian. Quaes-*

Quaestion. in expl. h. l. probante van de Water.

L. 11. *Quintum Mucium.* Nomen fictum hoc loco esse, putat Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 6. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 399.

L. 14. add. Fab. *Conject.* VII. 12. *num. ult.* et Oroz. *de Apic. Jur.* II. 9. *in fin.*

L. 16. Etiam Voorda notavit, emendationem Cujacii non esse necessariam, dummodo verba: „*nisi manifeste uxor docuisset*, parenthesi includas: neque probabilem eam esse ob *L.* 34. §. 5. *de Legat.* 2do. nam quod hic dicitur *non videri*, exprimitur ibi *non esse verisimile.*

Tit. V. *de optione vel electione legata.*

not. 1. Dissertatio Gebaueri exstat in ej. *Exercit. Academ. Vol.* I. *p.* 403. *seqq.*

L. 1. Caecilio *Proculo. Aemilio*, Bertrand. *de Jurisper.* I. 5. §. 7.

tres *posse eligere.* „Quum alias pluralis elocutio *duorum* numero contenta sit, *L.* 12. *de testib.* putat Merill. *Obs.* II. 24. rationem hujus rei esse, quod duo servi familiam non constituant. *L.* 40. §. 3. *de verb. sign.*" Voorda.

L. 2. §. 3. „Hic §. videtur Sabino, ad quem Ulpianus scripsit, tribuendus. Vid. notata ad *L.* 1. *tit. seq.*" van de Water.

centum amphorarum. „Excidisse vocem *vini* colligere licet ex Basilic., quapropter hanc vocem insererem." Idem.

L. 8. §. 2. Si non *mutassem voluntatem. Nec mutassem*, Cujac. *ad Libb. Papin. Quaest. in expl. L.* 66. *de procurator.*

L. 9. §. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 22. *num.* 8.

§. 2. Vid. ad hunc §. Balduin. *de Jurispr. Mucian.* in *Jurispr. Rom et Attic. Tom.* I. *p.* 533. et Ches. *Differ. Jur. Cap.* 3. *num.* 21. *ibid. Tom.* II. *p.* 624.

L. 11. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 22. *num.* 7.

L. 13.

L. 13. not. 1. Vid. et Balduin. *ad regul. Catonian.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 424. *seq.*

L. 16. *ante aditam hereditatem.* Diem Legati optionis jure novo cedere statim a morte testatoris, docet Voorda, *Interpr.* I. 9. *p.* 31.

L. 18. Vid. ad hanc Legem Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaestion.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 527. *seq.*

L. 19. not. 2. detractam negationem a Triboniano, putat quoque Muret. *ad* §. 23. *Inst. de Legat.*

L. 20. *Vestimenta triclinaria* quae sint, explicat Cujac. *in Comm. ad h. l.* add. P. Fab. *Semestr.* I. 15.

L. 21. Vid. et ad hanc Legem Cujac. *in Comm. ad L. unic.* §. 9. *Cod. de rei uxor. act.*

L. 22. *per fideicommissum.* Non *per Legatum.* Cujac. *in Comm. ad L.* 6. *de Legat.* 1°.

Tit. VI. *de tritico, vino, vel oleo legato.*

L. 1. „ Haec Lex est Sabini, ad quem scripsit Ulpianus. Ea de re non sinit nos dubitare ipse Ulpianus in *L.* 9. *pr. h. t.* ubi haec verba Sabini laudat. Vid. *L.* 2. §. 3. *tit. praec.*" van de Water.

L. 2. §. 1. *ut degustare tibi liceat.* „ Et deinde eligere. Obstat *L.* 4. *h. t.* quae *heredi* electionem tribuit. Sed haec *L.* 2. §. 1. est de rebus in genere legatis, quae sunt in hereditate; *d. L.* 4. de eo, quum non sunt in hereditate. Glosf. *ad* §. 23. *Inst. de Legat.* Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 305." Voorda. add. notata ad *d. L.* 4. *h. t.*

L. 3. *Ulpianus* Lib. XXIII. *ad Sabinum.* „ Ex hac inscriptione restituenda inscriptio *L.* 5. *de penu legat.* Vid. Labitt. *Us. Indic. Cap.* 6. §. 3. [in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 117. *seq.*]" van de Water.

non acetum, etc. „ Imo id acetum continetur vino legato, teste ipso Ulpiano *L.* 1. *h. t.* Scil. continetur vino indefinite legato, quia tunc omne debetur, ne quantitas redigi ad minimum possit, et Legatum sit ridicu-

culum: non continetur, si certa vini quantitas est legata, ut in hac *L.* 3. *pr.* Hilliger. *ad Donell.* VIII. 19. *not. c.* " Voorda. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 21. *num.* 12. *feqq.* et V. 5. *num.* 3.

L. 5. *non amplius deberi placuit*. „ Ita res se habet, si semel certa quantitas ex reditu alicujus fundi legetur, ut hic, nec contraria voluntas praesumatur ex Legatarii conjunctione. *L.* 26. *quando dies Leg. vel fideic. ced.* Sed annua quantitate ex reditu cujusdam fundi legata, quod uno anno minus natum est, suppletur ex reditu aliorum annorum. *L.* 13. *h. t.* *L.* 17. §. 1. *de ann. legat.* Pac. *Enantioph. Cent.* 6. *quaest.* 34. " Voorda.

L. 7. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 15. *num.* 2.

L. 9. *ex pane.* „ Cujacius, [*loc. laud.*] et *Obs.* XI. 30. et *in Comm. ad h. l.* legit: *ex panico*, vel *paneco*. Sed Hilliger. *ad Donell.* VIII. 19. retenta lectione, putat, *panem* positum esse pro *farre*, seu *filigine*, unde fit panis, materiatum pro materia." Voorda.

Conditum. „ Est vinum melle, pipere, aut aliis aromatibus conditum, unde *piperatum*. Vid. Graev. *in Praef. Tom.* XII. *Thes. Antiq. Rom.*" van de Water.

§. 1. *embamma autem continebitur.* Vid. Averan. *Interpr. Jur.* III. 21. *num.* 19.

L. 16. not. 1. „ Forte dicendum, utrumque JCtum ad *Labeonis Posteriora* notas scripsisse: nam Javolenus saepe Proculum ejusque notas ad Labeonem notat." van de Water.

§. 2. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 24. *num.* 11. et *Cap.* 16. *num.* 8. et *Cap.* 23. *num.* 8. et V. 16. *num.* 4.

Tit. VII. *de instructo vel instrumento legato.*

L. 2. add. Voorda, *Interpr.* II. 5. *p.* 113.

L. 3. „ *non contineri* legit quoque Fab. *Conject.* V. 5. quod improbat Hilliger. *ad Donell.* VIII. 19. quia sequeretur, fiduciarium praestare casus fortuitos ante restitutionis diem contingentes, quod falsum est." Voorda.

§. 1.

§. 1. not. 1. add. Chesf. *Differ. Jur. Cap.* 3. *num.* 22. *seqq.* in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 624.

L. 5. add. Jan. a Costa, *ad* §. 17. *Inst. de Legat.*

L. 8. *quae fructus quaerendi*, etc. „ Haec illustrari possunt ex Varrone, *de Re rustic.* I. 17. Meerman. *Diss. de reb. manc. et nec. mancip.* §. 44. *seqq.*" van de Water. Vasaque *utilia culturae.* „ Id est, *instrumenta*: nam ea vox accipitur etiam pro quavis supellectile, et omnis generis instrumento. Vid. Sallust. *Catilin. in Orat. Caesar.* [*Cap.* 51. *num.* 33.] Senec. *de Benefic.* I. 1." Voorda. not. 3. „ Sed *quasi* Latinis idem est, quod *sicut*. Vid. Fab. *Thes.* voc. *quasi.*" Rucker.

L. 12. not. 1. add. Bynkersh. *Praetermiss. ad L.* 2. §. 44. *de orig. jur.* et *Obs.* VIII. 1.

§. 10. *et* aqua *ad bibendum* etc. „ AQUA, id est, *aqua*, *qua*, pro *quatenus.*" Rucker.

§. 12. *maxime.* „ Id est, *ita demum.* Vid. similia ad *L.* 2. §. 2. *de hered. vel act. vend.*" Rucker.

§. 15. Vid. Cujac. *Obs.* XXVI. 14.

§. 16. „ Cujacius, *Obs.* XIII. 13. ostendit ex auctoribus nonnullis, quaedam *specularia* ideo parari, ne aedificia vento vel pluvia laborent: et haec *instrumenti* esse existimat. arg. seq. §." Voorda.

§. 21. not. 1. *harpagones* et *hamos* legendum, ait Freinshem. *loc. laud.*

§. 24. *Fistulae.* De his Const. Land. *Exercitation.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1423.

§. 27. *et* Sabinus *definit.* Non *Coelius*; sed *Masurius Sabinus.* Perrenon. *Animadv.* II. 6. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 636.

§. 32. not. 1. add. Brisson. *de Verb. sign.* voc. *paedagogium.*

§. 39. *Si* horrea *ibi habuit. In horrea*, Brisson. *Sel. Antiq.* IV. 18.

§. 40. *in Proconsulatum.* „ Hotoman. *Obs.* XIII. 28. legit:

git: *in Proconsulis comitatu.* Hoc culpat Hilliger. *ad Donell.* VIII. 19. ratus, *Proconsulatum* hic significare ditionem vel provinciam, quam Proconsul gubernat, uti *Praesidatus* in *L.* 6. §. 12. *de excusat. tutor.*" Voorda. not. 1. *Hieroniano* retinet quoque Hilliger. *loc. modo laud.* not. 2. *in horrea* etiam Brisson. *loc. modo laud.* Sed dissentit quoque Hilliger. *ad Donell. d. loc.*

§. 45. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 9. *num.* 10.

§. 46. not. 1. Emendationem Hotomanni rejicit quoque Hilliger. *loc. modo cit.* quoniam, ut ait, tunc obstaret *L.* 9. *pr.* Vs. *Si tamen species. de supellect. leg.* Vid. et ad hunc §. Averan. *Interpr. Jur.* III. 24. *num.* 7. et V. 17. *num.* 9. „ Ceterum, Bynkersh. [*loc. laud.*] ut hunc textum conciliet cum *L.* 18. §. 13. *h. t.* dicit, hic Legata duo esse, unum fundi instructi, alterum supellectilis vel mancipiorum, idque apparere ex verbis: *et adjecerit.* Legatum autem posterius censeri supervacuum. In *d.* vero *L.* 18. §. 13. *τὸ instructus* oppositum speciebus enumeratis facere, ut unum Legatum sit ejus instructionis, quae in continenti adjicitur. Sed verba hujus §. 46. *et adjecerit*, non arguunt profecto Legatum aliud novumque, quo seorsim vel supellex vel mancipia sunt relicta: quippe tantum significantia, sic legatum fuisse: *fundum, ita ut instructus est, cum supellectile vel cum mancipiis do lego*, quod exacte convenit cum Legato *d. L.* 18. §. 13. Et revera Legatum unum est, quo enunciatione unica et eadem opera relinquitur et fundus instructus, et supellex, vel mancipia. Itaque cum Hubero, *in Prael. ad Tit. Pand. de supell. legat.* §. 4. potius dixerim, hic Legatum non minui, quia una tantum adjecta erat species: quo faciunt verba: *vel una aliqua re.* At in *d. L.* 18. §. 13. per adjectionem specierum Legatum minui, quia plures cum cura erant enumeratae. Hoc non potest videri frustra et ex abundanti factum esse: itaque videri debet factum

es-

esse Legati restringendi caussa." Voorda. Conf. notata ad *L.* 9. *de supell. legat.*

L. 13. not. 1. *quae circa coenam* etc. „ Nihil corrigendum. Puto indicari, quae circa tempus coenae transfunduntur." van de Water.

L. 14. *fornicator.* Ita legendum, non *fornacator.* Cujac. *Obs.* XXVII. 38.

L. 15. pr. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* V. 9. *num.* 9.

L. 16. *Supellectilem non contineri.* „ Eam autem contineri, scribit Paulus in *L.* 19. §. 1. *h. t.* Sed villa vel urbana est, vel rustica, vel mixta, ut scribit Varro. Forte autem rusticae villae instrumento supellex non cedit; cedit autem urbanae mixtaeque villae instrumento. Cujac. *Obs.* XXVI. 14." Voorda. Conf. Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 6. §. 44. *not.* 94. et notata ad *d. L.* 19. §. 1. *h. t.*

§. 1. *Cornelium respondisse.* „ Forte *Cornelius Maximus* fuit, de quo *L.* 2. §. 45. *de orig. jur.*" van de Water.

L. 17. not. 1. Vid. et Nerium, *Analector,* II. 55. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 485.

§. 1. add. J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 165.

§. 2. *dictum est.* „ Hoc videtur Triboniani esse, respicientis ad *L.* 13. §. 1. *h. t.*" van de Water.

L. 18. §. 5. not. 1. *add. Gebauer.* etc. in ej. *Exercit. Academ. Vol.* I. *p.* 79. *seqq.*

§. 4. *et an instrumento inesset*, et *dubitaretur.* „ Posterius *et* rejiciendum, tanquam perperam repetitum ex voce *inesset.*" Rucker.

§. 5. *Est autem meta* etc. Vid. Lindenbrog. *ad Amm. Marcellin.* XVII. 4.

§. 11. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 24. *num.* 4.

§. 13. *ita ut ipse possedi.* „ Haec verba demonstrant villam instructam. *L.* 91. §. 1. *de Legat.* 3[tio]. perinde ac verba *sicut est. L.* 27. §. 4. *h. t.* Vid. porro ad *L.* 12.

§. 46.

§. 46. *h. t.*" Voorda.

L. 19. add. Averan. *Interpr. Jur.* III, 25. *num.* 53.

§. 1. *Supellectilem.* „*Supellectile*, Flor. quod non erat mutandum." Rucker. *Supellectilem* mavult tamen quoque Brencm. *h.*

L. 20. *fundos per praeceptionem* etc. „Hic Bynkersh. [*loc. laud.*] significari dicit, testamento legatos fundos fuisse, instructos cum suis villicis et reliquis colonorum, hoc est, duntaxat fundos fuisse legatos, et villicos cum reliquis colonorum. Male: nam aliud est *fundos instructos cum villicis*, aliud *fundos instructos villicis*. 2do. Sic fit, ut *instrui* dicantur fundi etiam *reliquis colonorum*, quae eo minime pertinent. *L.* 91. §. 1. *de Legat.* 3io. 3io. Sic cogitur statuere, testamento minus, plus codicillis fuisse legatum: quum contrarium indicat responsum Scaevolae. Itaque tenendum, in testamento legatum fuisse fundum instructum, eique ex abundanti per imperitiam adjectum fuisse: *cum suis villicis.* Vid. *L.* 12. §. *pen. h. t. L.* 9. *pr. de supell. legat.*" Voorda. *Quos sane post oblivionem* etc. „Id est, quum non recordaretur amplius, quemadmodum hunc fundum legasset in testamento: monstrant enim codicilli, nec testamenti, nec fundi legati oblitum eum fuisse. Ita recte Bynkersh. *d. loc.*" Voorda. Pro *post oblivionem* legendum *per oblivionem*, conjicit van de Water. Vid. et ad hanc Legem Averan. *Interpr. Jur.* III. 24. *num.* 8.

§. 2. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* V. 4. *num.* 11.

§. 5. *Colonia* hic est praedium rusticum, sive villa. Otto, *de Ædil. Colon. et Municip. Cap.* 1. §. 5. *p.* 37. *seq.*

§. 6. ex hoc §. lucem capit *L.* 78. *pr. de Legat.* 3io. ubi vide.

§. 7. *Tyrannae.* „Sic cujusdam *Tyranni*, Ephesi habitantis, mentio fit in *Act. Apostol. Cap.* 19. *Vs.* 9. et in *L.* 5. *Cod. de his quib. ut indign.*" van de Water.

L. 22. §. 1. *magis placet, ad Legatarium pertinere.*

„Non tamen ut *peculium*, quum hoc, servo ante testatorem mortuo, exstinctum fuerit; sed ut *instrumentum.* Gloss. *h.* et Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 306." Voorda.

L. 24. *Paulus: an* etc. Ita scribendum, et male hoc caput ab Haloandro in duo capita divisum esse, notat Ant. Augustin. *Emend.* I. 6. et III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1449. et 1500.

L. 25. §. 1. De *figulis* vid. Coler. *Parerg. Cap.* 35. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 384. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 5. *num.* 11.

L. 26. §. 1. *Sed potius instrumenti* etc. „Scil. sunt instrumenti aedium, non sunt instrumenti fundi. *L.* 18. §. 2. *h. t.* Pacius, *Enant. Cent.* 6. *quaest.* 37." Voorda.

L. 27. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 25. *num. ult.*

§. 1. Van de Water sequentia hic adscripsit: „Minus recte Taurell. *oram legeret*: nam *oram legendo* nemo ex Africa Romam venire potest, nisi mare mediterraneum circummeare velit. Ego legendum conjicio: *Romam peteret.* Sic *Africam petiit*, Spartian. *in Sever. Cap.* 2. *Provinciam peteret*, *L.* 26. §. 3. *de pact. dotal.* — An *emporia relegeret.* Vid. Duker. *ad Liv.* XXIX. 25. §. 11. — An *operam exigeret*, id est, perficeret."

§. 3. *respondit*, etc. Conf. *L.* 32. §. 3. *de us. et usufr. leg.* ibiq. notata.

Tit. VIII. *de peculio legato.*

Quatuor priores hujus Tituli Leges pluribus illustrare Oroz. *de Apic. Jur.* II. 11. *num.* 2. *seq.* monuit van de Water.

L. 6. §. 4. not. 1. add. Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 545.

L. 8. §. 7. *id est, in hujusmodi specie.* „Haec verba forte Glossatoris sunt." van de Water.

et si heredibus centum intulisset. „Id est, centum, quae ex administratione reliqua deberet, heredibus solvisset. Ita hoc explicandum ex §. 20. *Inst. de Legat.*"

van

van de Water. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 19. *num.* 11.

L. 14. *respondit.* Scil. Servius. Bynkersh. *Obs.* VIII. 1.

L. 16. Vid. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 58. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 736.

L. 23. §. 1. *loculorum meorum.* Vid. Burman. *ad Sueton. in Galba, Cap.* 12. *Tom.* II. *p.* 145.

L. 24. not. 1. add. Jan. a Costa, *ad* §. 20. *Inst. de Legat.*

L. 26. *cum rationibus breviariis.* Vid. de his Mercer. *Opinion.* II. 17. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1605.

Tit. IX. *de penu legata.*

L. 1. not. 1. „Penus igitur peti non potest, sed ea praestita defungitur heres: qui si in continenti eam praestiterit, videbitur rem legatam praestitisse: sin mora jam facta, non item, quoniam Legatum tum transfusum est. *L.* 1. §. 8. *ad L. Falcid.*" Voorda. Quem vid. *ad L. Falcid. Cap.* 7. §. 3.

quamdiu *lis cum eo de pecunia contestetur.* „Id est, *quoad.*" Rucker. add. notata ad *L.* 15. *quib. mod. usufr. vel us. amitt.*

L. 3. §. 1. et 2. add. J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 166. *seq.*

§. 3. *Lacertas quoque cum muria sua contineri.* Vid. ad haec Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVI. §. 11.

§. 6. *Quos Quintus Mucius sic definiebat,* etc. Vid. Gell. *Noct. Attic.* IV. 1. ibiq. Interpp.

§. 9. not. 2. „Forsan utrobique legendum: *Sex. Ælius.* *Sexto Caecilio* (Africano) hoc tribui nequit, nisi huic postea placuerit idem, quod olim Ællo: quod vix probabile. Merill. [*loc. laud.*]" Voorda. Probabile tamen hoc putat Ferd. Kämmerer. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 1. Vid. *Kritische Zeitschr. fur Rechtwissenschaft von Schrader* etc. III. *B.* I. *H. p.* 19.

§. 11. *cellae* penuariae. *Penariae,* Cujac. *Obs.* X. 26. add. J. J. Enschedé, *Diss. modo laud. p.* 167. *seq.*

L. 4. §. 6. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 23. *num.* 9. et *Cap.* 16. *num.* 9.

L. 6. add. Bynkersh. *Obs.* VII. 5.

Tit. X. *de supellectile legata.*

L. 3. not. 1. add. Cujac. *Obs.* X. 17.

§. 5. not. 5. verba: *et error jus facit*, forte imperiti Interpretis esse, putat Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* I. *Pr.* I. *Illat.* 3. *Conf.* 1.

L. 4. *Idem Lib. Sing. de instrumenti significatione.* Hanc inscriptionem ita restituendam esse, docet Ant. Augustin. *Emend.* I. 4. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1444.

L. 7. not. 3. Paululum invertendam lectionem, putat Pothier. *Tit. de verb. sign. num.* 209.

§. 2. *Equidem non arbitror, quemquam dicere*, etc. Vid. Merill. *Obs.* I. 19.

not. 2. add. Augustin. *Emend.* IV. 17. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1556.

not. 3. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 18. *num.* 8. *seq.*

L. 8. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 19. *num.* 10.

L. 9. §. 2. not. 1. *van de Water* etc. *Si non fiduciae* etc. „Sed vel sic cetera adhuc minus apta: nam nec pignus, nec fiducia Latinis dicitur *proposita* propter contractus fidem: et cum iis male cohaerent finalia, nisi ea intelligas de vinculo debitae rei restituendae, hoc est, obligatione principali, ob quam contractum erat pignus, vel fiducia. Faber [*loc laud.*] legit: *repositum*, hoc est, reconditum, ac proinde separatum ab iis rebus, quibus utebatur creditor. Vid. porro illum." Voorda. add. Gluck. *ad Tit. de pignerat. action.* §. 862. *not.* 23. *p.* 9. *seq.*

L. 14. add. A. de Pinto, *Diss. de Callistrati JCti Scriptis, quae supersunt*, *p.* 86. *seq.* Lugd. Batav. 1835.

Lib. XXXIV.

Tit. I. *de alimentis vel cibariis legatis.*

L. 1. *ubi venundari aqua solet.* Vid. *L.* 14. §. 3. *h. t.* et ad eam notata.

L. 4.

L. 4. *Si quid superfluum* in reditibus, etc. Pro *tam in reditibus*, Augustin. *Emend.* IV. 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1538.

L. 5. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* III. 20. *num.* 4. et *Cap.* 22. *num.* 3. et *Cap.* 23. *num.* 3.

L. 8. add. Cujac. *Tract.* II. *ad African. in expl. L.* 107. *de Legat.* 1°.

L. 9. not. 1. Vid. et Scip. Gentil. *de aliment. Cap.* 19. *Oper. Tom.* III. *p.* 386.

L. 10. §. 2. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* V. 9. *num.* 6.

L. 14. §. 1. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. de agnosc. et alend. liber.* §. 1290. *d. p.* 270. *seqq.*

§. 2. *quare si forte varie praestiterit*, etc. Vid. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVII. §. 1.

§. 3. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* I. 23. *num.* 15. et V. 6. *num.* 4.

not. 4. add. Gluck. *ad Tit. de usufr.* §. 621. *p.* 19. *seq.* qui etiam alios laudavit. In iis, qui emendatione non opus putant, etiam est Otto, *ad* §. 2. *Inst. de servitutib.*

L. 16. *pr.* Vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 66. *error.* 8.

§. 1. „Otto [*loc. laud.*] *commoda* esse dicit adjectionem alimentorum, significantem convenientia, diaria, quotidiana: unde stipendia et annonae militares dicuntur *commoda* in *L.* 23. *de adim. Legat.* et *L.* 1. *Cod. de primipil.* Rectius dixeris, *commoda* hic aeque ac in duabus Legibus citt., substantive posita, per asyndeton adjecta esse alimentis, et significare ea, quae largiri testatrix fuerat solita. Testatrici non *Commodae*, sed *Rufinae* nomen fuit, uti indicant sequentia." Voorda.

§. 2. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 23. *num.* 4. — *Basilicae.* Vid. Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 371. — *Epictetum*, Vid. Augustin. *d. loc. p.* 370.

L. 17. not. 1. add. Jac. Gothofred. *ad L.* 1. *Cod. Theod.*

de fid. Catholic. Tom. VI. *p.* 3.

L. 18. §. 3. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 18. *num. ult.*

L. 20. *pr.* add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 22. *num.* 5.

L. 22. §. 1. is *testamento vineas* etc. *Iis*, ope geminationis, Rucker.

Si pro alimentis vineas *reliquisset*, etc. *Vin*EAS, id est, *vineas eas*, Rucker.

Tit. II. *de auro, argento, mundo* etc.

L. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 22. *num.* 6.

§. 1. *Si non certum* genus *argenti legatum sit.* „ *Genus* hic non accipitur pro specie certa, id est, corpore, sed pro specie, id est, forma: nam auri argentique plura sunt genera, seu formae. *L.* 27. § *ult. h. t.* veluti si argenti facti tria pondo sint legata. *L.* 19. §. 2. *h. t.* vel potorii aut escarii. *L.* 19. §. 12. *h. t. L* 21. *eod.* vel viatorii. *L. ult. h. t.* Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 310." Voorda.

L. 2. *inefficax hoc Legatum esse.* „ Quasi nihil sit in hoc Legato, quum nulla res sit, quae eo relicta possit dici: nam emta post mortem mulieris, quum vere ejus caussa parata non sint, non continentur Legato, quo mulieri data sunt, quae ejus caussa erunt parata. Igitur post emta cedunt heredi, non fisco, quia in caussa caduci esse nequeunt, quae non sunt in Legato. Cujac. *Obs.* X. 17." Voorda.

L. 4. Vid. Cujac. *Obs.* XII. 8.

L. 6. §. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 27. *num.* 8.

§. 2. Male Hal. hic novam Legem incipit. Augustin. *Emend.* III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1500.

imagines argenteas. „ Hae erant Larium publicorum. Otto, *de Tutel. viar. Part.* I. *Cap.* XI. *p.* 210." Rucker. add. notata ad *L.* 19. §. 8. *h. t.*

L. 8. not. 1. „ Hilliger. *ad Donell.* VIII. 19. *not. c. p.* 670. τὸ *meam* hic respicere dicit ad proprietatem, ob adjectum mundum et ornamenta: τὸ *suum* in *L.* 25. §. 6. *h. t.* significare usum." Voorda. add. Averan. *Interpr. Jur.*

Jur. V. 17. *num.* 10.

L. 9. *Si non* species *designata sit.* „ Voce *species* hic certum corpus significatur, ut in *L.* 34. §. 3. *seqq. de Legat.* 1°. *L.* 15. 18. 36. *h. t. L.* 47. §. 1. *de Legat.* 1°. veluti *lego decem pondo argenti, quod in illis horreis habeo. L.* 30. §. 2. *ad L. Falcid.* Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 310." Voorda.

not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 10. *num.* 9. *et* 10. et *Cap.* 11. *num.* 12. *et* 13.

L. 10. not. 1. Late de hac Lege Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* I. 12. *num.* 13. *seqq.* in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 417. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 17. *num.* 11.

L. 13. add. Merill. *Obs.* II. 35. et Averan. *Interpr. Jur.* I. 30. *num.* 12. *seq.*

L. 15. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 19. *num.* 11.

L. 18. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 15. *not.* 3.

L. 19. Varia ad hanc Legem pertinentia habent Cujac. et Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 6. §. 88. *seqq.*

§. 8. *vel imagines argenteas.* Vid. ad *L.* 6. §. 2. *h. t.* „ De Laribus hic recte accipit Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 29. *p.* 108. Aliud puto in *d. L.* 6." van de Water.

§. 9. *Non tamen quae supellectilis sunt.* Cui *argentum factum* legatum est, ei non deberi ea, quae sunt supellectilis, etsi supellex nemini sit legata, docet Voorda, *Interpr. et Emend.* I. 15.

not. 1. add. Interpp. *ad Petron. Satyric. Cap.* 34.

§. 10. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 23. *num.* 4. *seqq.*

§. 11. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* V. 24. *num.* 3.

§. 12. *aquiminario.* Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 6. §. 56. *not.* 27. et notata ad *L.* 21. §. 2. *h. t.*

not. 3. add. Const. Land. *Exercitation.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1425. et Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 6. §. 65. *not.* 49.

§. 14. de *coronis mensarum* vid. et P. Fab. *Semestr.* III. *ult.*

 §. 18.

§. 18. not. 2. *in concha* etiam Salmaf. *Plinian. Exercitation. p.* 784.

§. 20. not. 2. *ornandae* etiam P. Fab. *Semestr.* III. *ult.* circa fin.

L. 20. add. Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 6. §. 88. *not.* 15. et Cujac. *Obs.* X. 18.

L. 21. *urceoli.* „ Sunt vafa fictilia, quibus aqua potaturis miniftrabatur." Voorda. add. Schulting. *loc. modo laud. not.* 19.

§. 1. *Glaucina.* Forte legendum *gleucina*, fecundum Hotoman. *de Verb. Jur.* voc. *glaucina.*

§. 2. not. 1. add. notata ad *L.* 19. §. 12. *h. t.* et Bynkersh. *Obs.* VII. 5.

L. 23. De variis Veterum vestibus Langl. *Semestr.* I. 5.

§. 2. *Veluti togae.* De his Forster. *Obs. Succifiv.* I. 21. in Thef. Otton. *Tom.* II. *p.* 920. *feq.*

penulae. De his Forster. *loc. modo laud.*

Familiarica. Sic et Varro et Vitruvius. Vid. Cujac. *Obs.* X. 18.

not. 1. De vestimentis muliebribus et communibus hic memoratis late quoque P. Fab. *Semestr.* I. 15.

§. 3. *Vestes etiam ex pellibus* etc. „ Quales funt *renones* et *mastrucae*; quibus ufi olim Germani. Caefar, *de Bello Gallic.* VI. 21. in fin. Ifidor. *Origin.* XIX. 23. *Renonum* vocabulum peregrinum est, Varro, *de Ling. Latin.* IV. 35. fignificans *vestem de pellibus.* Serv. *ad Virgil. Georg.* III. *Vf.* 383. etfi aliter Ifidor. *d. loc.* *Maftruca* idem fignificat, eaque ufi etiam Sardi. Ifidor. *d. loc.* Cicer. *de Provinc. Confular. Cap.* 7." Voorda.

L. 25. §. 1. add. J. J. Enfchedé, *Disf. de Tito Arifione JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 170. *feq.*

§. 3. *et Babylonica*, etc. Vid. Bynkersh. *Obs.* IV. 5.

§. 4. *Fasciae crurales* etc. De his vid. et Cujac. *Obs.* XXVII. 16.

not. 5. „ Male Gothofredus. Non finit illud adjecta

ratio: quum toties a vestiario separetur calciarium, a vestitu calciatus. Calcei ac proinde odones non erant vestis loco, quia non ad vestiendam, sed ad tuendam corporis partem adhibebantur: unde nec in usu vulgari erant, sed tantum in armis, vel ad certamen usurpabantur, alias Romani soleis, et minus accurati crepidis utebantur. Quum autem hodie calceorum usus perpetuus sit, cedere vestibus videntur. Odones vero qui et quales fuerint, non constat, quamobrem tentata ea vox est a multis, sed frustra. Vid. Bynkersh. [*loc. laud.*]" Voorda.

§. 5. *Cervicalia* etc. Vid. Constantin. *Subtil. Enod.* II. 2. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 545. *seq.*

§. 10. *matulae.* „Eck. *ad h. t.* emendat: *maculae*, quae conjectura juvari potest loco Petronii, *Cap.* 2. ubi pudica oratio *maculosae* opponitur, id est, quaesitis coloribus, et pigmentis meretriciis fucatae. Sed nihil mutandum, quia *maculae* non pertinent inter ea, quibus mulier mundior fit. Vid. Fab. *Thes.* voc. *macula.*" van de Water.

Lavatio, argentum balneare, Ricc. *Vindic. Jur. Cap.* 2. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 763. Vid. et Hotoman. *de Verb. Jur.* voc. *lavatio.*

L. 26. *quamvis quaedam ex veste* etc. „Tales forte sunt Vestes Ceae, quae tenuissimae erant, ut neque corpori, neque pudori auxilio essent. Cujac. [*loc. laud.*]" Voorda.

L. 27, §. 2. *hoc ideo. Et hoc ideo*, Salmasius. Non opus. Vid. Fabrot. *adv. Salmas.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1283.

§. 4. *quod ad rem* etc. *Quam ad rem* conjecit quoque Rucker.

quae Philippi *sunt.* Vid. Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 540. add. de hoc loco van Vryhoff. *Obs. Jur. Civ. Cap.* 52. *p.* 161. *seqq.*

§. 5. *Scaphia.* Vid. Ferand. Adduens. *Explication.* I. 57. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 544. et Herald. *Obs. Cap.* 29. in *eod. Thes. eod. Tom. p.* 1349.

L. 28. not. 1. add. Gul. Forner. *Selection.* I. 21. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 52.

L. 30. Late de hac Lege Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* I. 11. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 412. *seqq.*

L. 32. not. 1. „*Pediculos* Accursius, et cum eo alii, interpretantur bases et fulcra, quibus alia quaecunque innituntur. *Sigilla* Pancirol. *Thes. Var. Lect.* I. 44. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 991.] esse dicit statuas parvas. Sed quis argenteae basi aeneam imponet statuam? et quis impositam dicet *adjunctam* basi? Leunclav. *Notator.* II. 75. [in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1521.] legit: *pendiculis* vel *pendiclis.* At quo jure signa cedent funi, unde pendent? Bynkersh. [*loc. laud*] legit *reticulis*, et intelligit muliebria capitis ornamenta, qualia etiam aurata memorat Juvenal. *Sat.* II. *vs.* 96. At matronas argenteo ejusmodi reticulo signa aenea adjunxisse, vix videtur credibile. Addit Bynkershoek., *reticula* etiam significare sepimenta ad prohibendum aditum instar retis facta, cujusmodi aenea memorat Festus, voc. *secespita.* Qualia etiam luxus ex argento fortasse fecerit." Voorda.

§. 1. not. 1. Emendationem Burmanni *capidibus* probat van de Water, atque ita forte corrigendum dicit locum Ulpiani *in Coll. LL. Mos. et Rom. Tit.* 1. §. 6., de quo egit *Obs. Jur. Rom.* I. 17.

§. 3. *quibus et potabat et edebat.* „Id est, vasa potoria, quibus utebatur tam in nuda compotatione, quam in epulo, ubi et editur et bibitur. add. *L.* 19. §. 12. *h. t.* Sic mihi videtur: si enim sumamus de tali vaso, ex quo et edebat et bibebat promiscue, non fuit caussa dubitandi: tunc enim sine dubio *escarium* est." Rucker. not. 1. add. Bynkersh. *Obs.* VII. 5. et Averan. *Interpr. Jur.*

Jur. V. 25. *num.* 7.

§. 5. not. 1. *Chifletius*, etc. Sed male, notavit van de Water.

§. 6. Ficta fortasse esse nomina *Labeonis* et *Neratiae*, notavit Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 379. Aliter Bertrand. *de Jurisper.* I. 7. §. 1.

detractoque verbo versicolorio. „Forte legendum: *versicoloria.*" van de Water.

§. 7. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 28. *num.* 5.

not. 3. *argentum* legit quoque Cujac. *Obs.* X. 17. atque ita procul dubio legendum, etiam notavit van de Water.

§. 9. *ornamentum* mammillarum. *Mamillatum* legit Ferand. Adduens. *Explication.* I. 38. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 545. Et sic quoque Flor. add. Geb. *h.*

tympanis margaritis. Vid. Adduens. *d. loc.* et Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 67. *p.* 336.

L. 33. not. 5. add. Donell. *ad L.* 110. §. 1. *de verb. oblig. num.* 3. et Averan. *Interpr. Jur.* III. 21. *num.* 20. et *Cap.* 19. *num.* 9.

L. 34. *Haec transponit Salmas.* etc. Non improbante Fabrot. *adv. Salmas.* in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 1281. Sed Voorda notavit: „neque Salmasii, neque Bynkershoekii emendatione opus esse, modo τὰ *repensum non esset* referas ad aurum in genere, non ad id in specie, quod testator faciendum dederat: ut sensus hic sit, neque id aurum, quod faciendum dedisset, neque id, quod ei deberetur, si ab aurifice ei nullum aurum esset repensum, mulieri deberi. Prius desierat testatoris esse: alterum nondum ejus erat factum, sicut in nota docet Pomponius."

not. 1. „Haec: *manet tamen ejus, qui dedit*, alii haud absurde haberent pro glossemata." Voorda.

L. 35. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. de concubin.* §. 1296. *p.* 416.

p. 416. *seqq.* ubi pluribus de hoc loco egit, laudatis etiam aliis auctoribus.

§. 1. *Praetor, fideicommissarius.* „ Agit enim de fideicommisso in *pr.* proposito, quod non per formulam actionemque, sed persecutione extraordinaria petebatur. Cujac. *ad Libb. Paul. Responsor. in expl. h. l.* " Voorda. *recte pronunciasse videri.* „ Quia facultas dandi pretii non durat post litem contestatam. *L.* 1. *de penu legat. L.* 19. *pr. quando dies Legat. vel fideic. ced.* aliter Cujac. *loc. modo cit.* " Voorda. Late de hoc loco egit Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* III. 5. *et* 6. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 489 *seqq.*

L. 38. §. 1. „ Pancirol. [*loc. laud.*] *coopertoria Tabiana* dicit esse stragulas, ex Tabia, Paphlagoniae civitate, advectas. Adsentitur ei Bynkersh. *Obs.* IV. 24. " Voorda. *ex synthesi.* „ *Synthesis* hic est ordo quidam, ac conformis compositio vestium, colore, forma, aliterve inter se convenientium. Alciat. *Parerg.* II. 21. et *Praetermissor. Lib.* I. voc. *Synthesis.* Bynkersh. *loc. laud.* et *Obs.* VI. 9. " Voorda. add. Ferand. Adduens. *Explication.* I. 52. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 539.

§. 2. not. 1. add. *Obs. Miscellan. Vol.* III. *p.* 278.

not. 2. add. Lyclam. *Membran.* VII. 22.

L. 40. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 27. *num.* 1.

§. 1. *dominae meae.* Vid. notata ad *L.* 57. *de donation. int. vir. et ux.*

argentum balneare. De luxu Veterum hac in re Ricc. *Vindic. Jur. Cap.* 2. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 753.

§. 2. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 22. *num. ult.*

Tit. III. *de liberatione legata.*

L. 1. *omnibus debitoribus.* „ Quorsum haec verba respiciant, vid. apud Cujac. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* et Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 312. quorum posterior dicit: *omnibus*, id est, sive quantitatem et genus, sive speciem debeant. 2do. *omnibus*, sive nostri, sive

ſive heredis, ſive alieni debitores ſint. *L.* 8. 11. 24. *h. t.*" Voorda.

L. 3. *jam certum est.* „ Olim igitur dubitatum. Jan. a Costa, *ad* §. 13. *Inſt. de Legat.* Zach. Huber. *Obs. rer. judic.* II. 14." van de Water.

§. 2. add. Labitt. *Uſ. Indic. Cap.* 5. §. 8. in Jurispr. reſtit. Wieling. *Part. poster. p.* 88. et Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 11. §. 6.

§. 5. add. Cheſ. *Differ. Jur. Cap.* 35. *num.* 4. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 725.

L. 5. add. Cujac. *Obs.* XIX. 29.

Atquin ſolemus dicere, etc. Haec Triboniani esſe, putat Fab. *Conject.* XVII. 11. *num.* 10.

§. 1. *Sed et hic puto* etc. Haec quoque Triboniano adſcribit Fab. *d. loc. num.* 13.

§. 3. *Sed videtur hoc ſentire, quaſi* etc. Hic etiam Tribonianum deprehendit Fab. *d. loc. num.* 22. *Quaſi* hic dici pro *quod*, obſervat Schulting. *Diſſ. ad L.* 1. §. *ult. de quaestion.* §. 20.

L. 8. §. 7. Vid. Jan. a Costa, *ad* §. 14. *Inſt. de action. p.* 538.

L. 16. add. Labitt. *Uſ. Indic. Cap.* 3. §. 37. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 60.

L. 21. *Heinecc.* etc. „ Qui male caſum §. 1. ponit. Vid. *Diſſ. Inaug.* Borelii, *de confuſione*, *Cap.* 2. Lugd. Batav. 1732." Rucker.

§. 2. „ Et hoc et praec. §. agit JCtus de caſu, quo id, quod ſibi debetur, testator non debitori, ſed tertio legavit." Rucker.

L. 24. *Si quid ante tabulas apertas* etc. „ Hoc ideo, quia Pand. tempore Legati dies cedebat ab apertis tabulis. Ulpian. *Fragm. Tit.* 24. §. 31. *L. unic.* §. 1. *Cod. de caduc. tollend.* quum autem quaeritur, quantum ſit in Legato, id tempus ſemper inſpicitur, quo cedit Legati dies. *L.* 8. §. *ult. de pecul. legat.* At hodie, quum

dies

dies Legati ſtatim a morte cedat, *d. L. unic.* §. 1. *L.* 5. §. 1. *quando dies Legat. vel fideic. ced.* id tempus ſpectandum hac in cauſa." Voorda.

L. 25. cottidiana *enim ſunt.* Id est, quae ſaepe accidunt et recurrunt, quaeque ſunt ſelecta et memorabilia. Bynkersh. *loc. laud.* De vocis ſcriptura vid. notata ad *L.* 7. *quemadm. ſervit. amitt.*

not. 1. „Quum Paulus mox in ſequenti caſu hoc ſibi displicere dicat, fieri non poteſt, ut hoc in caſu id ipſi placuerit. Igitur verba praecedentia *poterit dici* ſic accipienda: posſet quis dicere, poterit ab aliquo dici. Haec autem periodus: *ſed poterit hoc dici*, etc. cum Azone, Accurſio, Jauchio legenda interrogative, quaſi ſcripſisſet: *ſed poteritne hoc dici?* qua interrogatione palam fiat, id his quidem caſibus dictu abſurdum esſe. Aliter Bynkersh. [*loc. laud.*]" Voorda.

L. 26. Pluribus hanc Legem explicat Faber. *Conject.* XVII. 9.

L. 27. add. P. Fab. *Semestr.* III. 6. *p.* 81. et Averan. *Interpr. Jur.* V. 24. *num. ult.*

L. 28. *Arellio Latino*, etc. Vid. Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 5. in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 360.

§. 2. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 27. *num.* 3.

§. 3. not. 2. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 7. *num.* 3.

§. 6. Cujacius, *loc. a Goth. cit.* legit: *donec ad vivet*, et *donec ad* pro *donec* vel *quoad* poſitum docet, allatis exemplis aliis. add. Küstner. *Chrestom. Jur. Ennian. p.* 67. *ſeq.* Vid. et de hoc §. Averan. *Interpr. Jur.* III. 23. *num.* 15.

§. 13. „Haec Scaevola ex *Libris Reſponſorum* in *L.* 95. §. 1. *de Legat.* 3tio. transtulit in *Libros Digestorum*: ſolebant enim JCti Veteres, ultimo conſcribere *Libros Digestorum*, et in illis quaſi in uno corpore priores Libros a ſe ſcriptos transferre, et in ordinem digerere. Perrenon. *Animadv.* I. 22. in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 620." Rucker.

L. 29.

L. 29. *et is*, qui capit, *liberetur.* *Qui non capit*, legit Cujac. *in Comm. ad L. 7. de Legat.* 2do.

L. 30. „ *Centumvirale judicium* hic ponitur pro *hereditatis petitione*, quia querela inofficiosi tempore JCtorum in Centumvirali judicio praecipue agebatur. Bertrand. *de Jurisper.* I. 25. §. 11." Rucker.

nec propter sumtus. „ Quia eos recepturus est ab herede temere litigante. Glosf. *h.* quod probat Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand.* sub fin." Voorda.

L. 31. §. 2. Late de hoc loco etiam Gluck. *ad Tit. de tutel. et ration. distrah.* §. 1363. *p.* 188. *seqq.*

§. 1. *Si tamen mansit* etc. „ Mansisse autem in eadem voluntate videbitur, si testatore inscio actores ejus novationem fecerunt. Ceterum, si ipse novationem fecerit ampliato debito, exstinctum videbitur liberationis Legatum. arg. §. 1. *h. l. L.* 34. *pr. de Legat.* 3tio. Cujac. [*loc. laud.*]" Voorda.

Tit. IV. *de adimendis vel transferendis Legatis*, etc.

L. 1. not. 2. add. Noodt. *ad Tit. Pand. de servit. praed. rustic.* Vs. *Vidimus iter.* etc. et Walch. *Opuscul. Tom.* I. *p.* 114.

L. 3. §. 2. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 7. *num.* 11. et *Cap.* 8. *num.* 6.

§. 11. *Non solum autem Legata*, *sed et fideicommissa* etc. Transponit haec Suarez. *ad L. Aquil.* I. 5. *Sect.* 5. *num.* 13. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 71. legens: *non solum autem fideicommissa*, *sed et Legata*, etc.

nuda voluntate. Vid. Marckart. *Interpr. rec. Lection.* II. 3. *p.* 193. *seq.*

Capitales inimicitiae quae dicantur, vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 27. §. 1. *not.* 3.

doli exceptione opposita. add. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 34. *num.* 4. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 723.

L. 14. add. Ant. Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* IV. *Pr.* V.

L. 23.

L. 23. *ex ratione primipili* commodorum etc. Vid. notata ad *L.* 16. §. 1. *de alim. legat.* add. *Glosf. Vett. verbor. Jur.* voc. κόμοδα, ibiq. *not.* in Thef. Otton. *Tom.* III. *p.* 1753.

L. 24. pr. *quae fuit in perfona mulieris necesfaria.* „Propter L. Papiam, qua mulieri, quae nondum fuerat enixa, capere decimam licuit ob matrimonium, et praeterea tertiae bonorum partis ufumfructum, non autem proprietatem ejus partis, nifi fi quando fufcepisfet liberos. Ulpian. *Fragm. Tit.* 15. Cujac. *Obs.* X. 17." Voorda. Vid. tamen et Hoffman. *loc. laud.*

L. 25. add. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 82. *num.* 1. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 859.

L. 30. pr. *quamdiu advixerit.* Vid. notata ad *L.* 28. §. 5. *de liber. legat.* add. Heinecc. *ad Brisfon de Verb. Sign.* voc. *advivere.*

L. 31. §. 2. not. 1. „Nulla correctione opus. Tota Lege perlecta, ultro patet, Titium esfe Legatarium." Rucker. Emendationem Auctoris, *Obs. Jur. Civ.* non esfe necesfariam notavit quoque van de Water.

Tit. V. *de rebus dubiis.*

„Late de eo quod dubium, Coccejus, *Exerc. Curiof. Vol.* II. *p.* 673. — JCti Romani in causfis dubiis vix folent rem, de qua litigatur, inter litigantes dividere. Marq. Freher. *Parerg.* I. 27. in Thef. Otton. *Tom.* I. *p.* 899." Rucker.

L. 1. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 2. *num.* 4. et *Cap.* 16. *num. ult.* Vid. et Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* I. 12. *num.* 29. in Thef. Meerman. *Tom.* I. *p.* 419.

L. 3. not. 1. add. Merill. *Obs.* I. 19.

Idem Lib. XIX. etc. Abest etiam a Charond., qui tamen haberi illud notat in Norico, et MSS. plerisque. *Sine dubio et certis et incertis* etc. „Ratio, cur quantum ad perfonas incertas attinet, dubitare posfis, est in

in §. 25. *Inst. de Legat.* junct. *L.* 9. *de m. c. donation.* Responsi autem ratio est in *L.* 65. *de condit. et demonstr. L.* 20. §. 1. *de condit. institution.* quamquam jure novo nulla relicta sit dubitatio. Vid. §. 27. *Inst. de Legat.* Sed Merilius, [*loc. laud.*] hoc caput immerito abesse putat a Flor. et deletum esse ideo, quia, cum dicitur *sine dubio*, nihil pertinere videbatur ad caput de rebus dubiis; sed tum delendam quoque Legem seq., ubi dicitur *indubitatum:* et rem hic non fuisse dubiam ait, quod ad rationem juris, sed quod ad voluntatem testatoris incertam." Voorda.

L. 5. pr. add. de Retes, *de interdict. et releg.* in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 1228.

L. 9. not. 2. Vid. et Papillon. *de Subst. pupill. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 740.

§. 4. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 4. *num.* 11.

L. 10. not. 1. add. Ches. *Differ. Jur. Cap.* 36. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p* 727. *seq.*

not. 2. *Averan.* etc. *intelligit de duobus*, etc. „Sic etiam Charond. *h.* At si maxime hic conjunctim legatum fuit duobus Semproniis, de quo non satis liquet, an tamen Sempronio adimens, adimere utrique voluit, non uni? Nec melior distinctio Accursii. Igitur Donellus, *in Comm. Jur. Civ. Lib.* VIII. *sub fin. ad hanc L.* 10. praefert *ademtione*, ut in aliis est: hoc sensu, *per ademtionem autem in utrumque valere*, Legata scil. et libertates. Quid, si transposita particula *in* legamus: *in ademtione autem utrumque* (scil. Legatum) *valere*, proinde ademtionem nullam esse. Id dici etiam potest, quamvis ex Flor. retineas *ademtionem:* nam ut alii, ita Ulpianus particulae *in* quartum saepe casum jungit sexti loco. Vid. *L.* 41. *pro socio. L.* 32. §. 5. *de donat. int. vir. et ux. L.* 1. §. 1. *de Carbon. edict. L.* 8. *pr. de novation.* add. Duker. *ad Opusc. de Latin. Vett. JCtor. p.* 351. *not.* 10." Voorda.

§. 2. Interpolatum hunc §. a Triboniano, putat Fab. Conject. XX. 4.

L. 12. *in actionibus.* „ Aliter se res habet in *stipulationibus. L.* 83. §. 1. *de verb. oblig.* ubi et ratio differentiae." Voorda.

L. 13. §. 2. not. 1. add. Cujac. *in Comm. ad h. l.* Vid. et ad hunc locum Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* I, 5. *et* 6. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 391. *seqq.*

§. 3. *Cujac.* etc. „ Quem reprehendit Hotoman. *Obs.* III. 1. qui tamen mea sententia minus recte explicat. Cum Cujacio facit Donell. *in Comm. Jur. Civ. Lib.* VIII. *sub fin. ad h. l.*" Voorda.

not. 3. „ *minus verum*, Rogerius, teste Contio, *in Glossato* atque ita textum exhibet Govean. [*loc. laud.*] quin sic quoque in suis legisse videtur Cujacius, quippe *Obs.* V. 3. scribens, JCtum hac ratione uti, quia, quemadmodum altero facto verum est, illud aut illud factum esse, verum etiam sit, illud aut illud factum non esse. Et sane subjecta a JCto ratio flagitare hanc emendationem videtur. add. Donell. *loc. modo laud.*" Voorda.

§. 6. not. 1. Vid. et ad hunc §. Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* I. 7. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 398. *seqq.* Verba: *sed proclivior est sententia* etc. Triboniano adscribit Fab. *Conject.* XII. 17. *num.* 23. et XIII. *ult. num.* 14. et XVII. 18, *num.* 39.

L. 14. add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 66. *error.* 1. sub fin. et *error.* 5. et Vinn. *ad* §. 11. *Inst. de testam. ordin.*

L. 16. *quia mater filiae non supervixit.* „ Sed prior occubuisse creditur. *L.* 22. *h. t.* Sed cur haec ratio facit, ut, quum stipulationis conditio filia in matrimonio defuncta exstiterit, stipulatio tamen non sit commissa? nimirum, quia, cum mater filiae non superstes fuit, non exstitit casus, quo agi ex ea stipulatione possit: nam a matre, quae filiae non supervixit, non coepit

ac-

actio: Incipere igitur Marciani aetate ab herede ejus non poterat." Voorda.

L. 18. *hoc est, si invicem hereditatem rogati fuerint restituere.* „Haec interpretatio 1°. posita est loco alieno: sequi enim ilico debuisset ista: *vel si duo invicem necessarii substituti sunt*: nam haec sola ibi sunt, quibus explicandis inserviant. 2do. prava est: quum substitutio pupillaris longe distet a fideicommisso, nec fideicommisso quis fiat necessarius. 3tio. in hos, qui hereditatem invicem rogati fuerunt restituere, non convenit proposita quaestio: *an heredes extitisse videantur, vel alter alteri?* nam fideicommissarius ne heres quidem fit unquam ei, qui rogatus est hereditatem ipsi restituere: tantum abest, ut illi heres existat ultro. Haec tertia ratio perinde valet, tametsi cum Vulg. et Baudoz. omittas verba: *hoc est:* nam vel sic adhuc quaeritur: *an si invicem hereditatem rogati fuerint restituere, alter alteri heres extiterit?* Praeterea frater fratri nunquam est suus heres, neque necessarius aliter, quam si ipsi a patre substitutus est pupillariter: quam ob rem rogatis invicem duobus fratribus hereditatem restituere, ne quaeri quidem potest, an alteri heres alter exstiterit? hoc enim nullorum est, nisi suorum ac necessariorum heredum. Imo quum simul periisse proponantur, adire alter hereditatem alterius non potuit: itaque omissa pupillari substitutione ne hoc quidem venire in dubium ac quaestionem potest, an alter alteri fit heres. Quocirca nimis inepta haec lacinia, quam ut a Marciano profecta videri possit: adsuta igitur ab imperito glossatore videtur. Exstant autem τὰ *hoc est* etiam in edit. de Tortis. Venet. 1507." Voorda. Aliter van Voorst. *Diss. laud.* *Spiritum omisit.* Sic *animam emittere* dixit Nepos, *in Epamin. Cap.* 9. ubi vid. Interpp.

L. 20. *cum Senatus* etc. „Non est hoc SCtum Apronianum, cujus mentio fit in *L.* 26. *ad SCtum Trebell.*

 il-

illud enim antiquius est, et sub Hadriano factum, et tantum civitatibus legari permisit: ut idem Collegiis jus esset, hoc demum SCto tempore D. Marci constitutum." Rucker.

L. 24. *perperam.* Graeci vertunt *temere*, *inconsiderate*. Leuncl. *Notator*. I. 67. in Thes. Otton. *Tom*. III. *p*. 1492.

credendum est. „*Sciendum* legit P. Fab. *ad L*. 12. *de reg. Jur*. et *Semestr*. II. 25. *p*. 626. Forte *videndum*, *habendum*, *censendum*. Abest haec vox in Basilic." van de Water.

L. 29. *Cypregeniam*. Vid. Augustin. *de Nomin. propr*. *Cap*. 5. in Thes. Otton. *Tom*. I. *p*. 371.

Tit. VI. *de his, quae poenae caussa relinquuntur*.

De *Legato poenae nomine* Gajus, *Inst*. *Veron*. *Lib*. II. §. 235.

not. 1. add. Otton. *ad* §. *ult*. *Inst*. *de Legat*.

L. 1. not. 1. add. Otton. *loc*. *modo cit*.

L. 2. *an translatio*. „Haec verba mihi suspecta sunt: nam de *poena* et *conditione* hic tantum quaestio est. Verum quidem est, quod poenae nomine legatum datur, adimitur, vel transfertur: at translatio hic non magis convenit, quam datio vel ademtio." van de Water. De his verbis Bynkersh. *loc*. *laud*. *Cap*. 4. Vs. *Quod autem Marcianus* etc.

Tit. VII. *de regula Catoniana*.

not. 2. add. Averan. *Interpr*. *Jur*. IV. 21.

L. 1. §. 2. not. 1. add. Otton. *ad* §. 10. *Inst*. *de Legat*.

L. 5. not. 1. „Emendationem Cujacii explodit Lyclam. *Membran*. VII. 6. existimans, Catonianam non pertinere ad hereditates, neque ad puras, *h*. *L*. 3. neque ad conditionales. *seq*. *L*. 4. In eadem sententia est Fab. *Conject*. XII. 19." Voorda, quem vid. *Interpr*. *loc*. *laud*.

L. 5. not. 1. add. Schulting. *ad Ulpian*. *Fragm*. *Tit*. 24. §. 7. *not*. 14. et *Tit*. 17. §. 1. *not*. 6.

Tit. VIII. *de his quae pro non scriptis habentur.*

L. 3. *nam poenae servus est.* add. Noodt. *Probab.* III. *ult.*

§. 1. not. 1. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 17. §. 1. *not.* 9.

§. 2. *nam quae in eam causam pervenerunt*, etc. „Haec regula non est perpetua. Vid. §. 14. *Inst. de Legat.* ibiq. Vinn. *num.* 3. Sed nec porrigenda haec regula ultra casus, in hac *L.* 3. §. 1. *et* 2. expressos, quibus ejusmodi quid contigit vivo testatore: nam si mortuo eo ante apertas tabulas ista eveniant, Legatum ex L. Papia caducum fit, licet etiam tum pervenerit in causam, a qua incipere non potest. Idem dictum esto de his, quae morte naturali Legatarii, vel conditionis defectu intercidunt. Sed haec omnia ante L. Papiam etiam pro non scriptis habebantur. Cujac. *Obs.* XVIII. 13." Voorda.

L. 5. add. Marckart. *de his qui sibi adscribunt in testam. alien. Cap.* 2. §. 2. in ej. *Exercit. Academ. p.* 147.

Tit. IX. *de his quae ut indignis auferuntur.*

L. 5. §. 1. *ex cujusque* persona, *conditione*, etc. *Personae* Graeci et Accursius. Vid. Cujac. *ad h. l.*

not. 1. add. Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1425. *b. not.* 59. *p.* 291.

§. 2. *Sed filio relinquitur*, etc. „A quo, utpote herede, praestandum fuisset. Remanet igitur in hereditate, etiamsi alius, exheredato isto filio, heres sit scriptus. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 28. *error.* 4. *num.* 23." Voorda.

§. 9. Vid. ad hunc §. Cujac. et Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 12. §. 4.

Et ita Impp. Severus et Antoninus rescripserunt." Indicari rescriptum in *L.* 2. *Cod. h. t.* putat Cujac. *in Comm. ad d. L.* 2. *Cod.*" van de Water.

§. 12. Lapsi hic fuere Graeci, eorumve Librarii. Vid. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diss.* XXVII. §. 11.

L. 6. *a Principe.* „Procul dubio D. Pio aut Marco.

 Vid.

Vid. *praec. Leg.* §. 19. Sub illis enim vixit Marcellus. Incertus haeret Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 3. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 299." van de Water. add. M. Tydeman. *Diss. de Ulp. Marcell. Sect.* I. *Cap.* 2. §. 3. in Nov. Thes. Diss. Jurid. Oelrichs. *Vol.* I. *Tom.* I. *p.* 15.

L. 7. add. Jac. Gothofred. *ad L.* 194. *de reg. jur.*

L. 9. *capitalem* Vid. Schulting. *ad Pauli Sent.* II. 27. §. 1. *not.* 3.

§. 2. *Si autem statui ejus* etc. „Atqui ex ea re non possunt non existere inimicitiae graves: quid caussae igitur, cur hoc casu Legatum auferatur in fiscum, quum inimicitiis, tanquam voluntate tacita, ademtum heres retineat opposita doli exceptione. *L.* 3. §. *ult. de adim. Legat.* Id varie, non tamen recte, exponunt Cujac. *ad h. L.* et Chesi. [*loc. laud.*] Sed rem expedivit Rucker. [*loc. cit.*] ratus, defuncto jam testatore, cum irasci amplius et voluntatem mutare non posset, statns ejus controversiam movisse Legatarium, quia dicit JCtus statns *ejus*, non *ei*. adde, quod ille omisit, Legatum hoc casu *statim* fisco deferri: hoc enim nisi mortuo testatore fieri non potest." Voorda.

L. 10. *Sive chirographum* etc. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 16. §. 2. *not.* 23.

§. 1. Vid. et ad hunc §. Papillon. *de Substit. pupill. Cap.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 723. in fin.

L. 11. *Sed si major modus* etc. „Suspectus alicui posset esse hic versiculus, quia otiose repetit, quod jam dictum erat; nam sive major sive minor modus fuerit, utique ea ex parte, in qua fraus non est adhibita, quarta deducitur. Attamen Graeci videntur agnoscere, et recte explicant." van de Water.

L. 12. add. Jan. a Costa, *ad* §. 2. *Inst. quib. mod. testam. infirm.*

Verum ab eo Legata relicta etc. „Cujus scil. nomen erat

inductum. Haec igitur et sequentia pertinent ad solam posteriorem hujus Legis casum: ad priorem, qui est de pluribus heredibus indignis, non item. Fab. *de Error-rib. Pragm. Dec.* 38. *error.* 7. *num.* 15. *et* 16. ubi de toto textu disputat." Voorda.

L. 14. *mulierem*, etc. „Quum scil. ingenua et honesta esset, quam focariam, id est, concubinam, habere sine testatione non licebat. *L.* 3. *de concubin.* Conf. *L.* 41. §. 1. *de testam. milit.* Merill. [*loc. laud.*]" Voorda.

L. 16. §. 1. Late de hoc §. egit quoque Gluck. *ad Tit. de concubin.* §. 1295. *not.* 65. *p.* 382. *seqq.* Eleganter hunc textum explicare Merillium [*loc. laud.*] monuit Voorda.

L. 18. *Sed D. Severus* etc. „Aliud obtinuit ex rescripto D. Pii. Vid. *L.* 17. §. 2. *de usur.* idque indicare videtur Papinianus, dum inquit, ante se respondisse aliud. Frustra igitur has Leges conciliare conatur Cujacius, *in Comm. ad h. l.*" van de Water.

§. 2. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 11. *num.* 9.

L. 20. *defendere* hic et in seq. Lege est *vindicare*, et ita saepe sumitur. Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 4. §. 16. *not.* 76.

L. 22. not. 1. „*Sui* rectius: nam repelli mox negatur tutor, non pupillus: tutorisque necessitas ac fides excusanda dicitur. Absurde profecto, si non pupilli nomine ut tutor, sed suo ipsius nomine accusavit." Voorda.

discreta sunt enim jura, quamvis etc. „*De uno homine plures sustinente personas*, ex professo Hertius, *Diss. Vol.* I. *Tom.* III. *p.* 27. *seqq.* et *Vol.* II. *Tom.* III. *p.* 41." Rucker.

L. 25. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 25. *not.* 15.

§. 1. *Apud Scaevolam* etc. Hic incipit *L. ult.*, ut recte

 in

in Basilic. Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Responsor. in expl. h. l.* et Brencman. *h.*

Lib XXXV.

Tit. I. *de conditionibus et demonstrationibus*, etc.

L. 1. *nisi si vi ipsa* etc. Ita legendum, Cujac. *in Comm. ad L.* 8. *de contrah. emt.*

L. 3. not. 1. add. Gaj. *Inst. Veron. Lib.* III. §. 98.

L. 5. *nam hoc jure potestatis fieri*, etc. Vid. Lyclam. *Membran.* I. 26.

L. 6. add. Otton. *ad* §. *ult. Inst. de Legat.* Jac. Gutber. *de Jur. Man.* III. 6.

L. 7. *idem remedium.* Sic saepe vocantur cautiones. Galvan. *de Usufr. Cap.* 19. *num.* 14. — In *stipulationibus* cautio Muciana locum non habet. Jan. a Costa, *ad* §. 4. *Inst. de verb. oblig.* add. de hoc loco J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 171. *seq.*

§. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* II. 24. *num.* 16.

L. 8. add. Jan. Pan. *Diss. de grati animi officiis atque ingratorum poena, jure Attic. et Rom. p.* 87. Lugd. Batav. 1809.

L. 10. not. 2. *satis egerit* pro *sategerit* dixerunt Veteres. Vid. Brisson. *Parerg. num.* 96. add. Idem, *de Verb. Sign.* voc. *satis.*

not. 5. „ Nihil corrigendum, si τὸ *nondum* intellectu jungatur τῷ *defectam*, hoc sensu, quem bene indicat Bynkersh. [*loc. laud.*], nempe per priores, easque illegitimas nuptias, conditionem, quae per secundas nuptias impleta fuit, nondum fuisse defectam: atque sic *nondum* commode accipi potest pro *non*. Cum Cujacio Faber, *de Jurispr. Papinian. Tit.* IX. *Pr.* V. *Illat.* 11." van de Water.

L. 11. §. 1. not. 1. *add. Maran.* etc. „ qui dicit, *promiscuas* conditiones hic esse, quae continent facta pro-

nis

miscua, id est, vulgaria et qualiacunque, quae nempe passim impleri et iterari possunt, puta *si Capitolium ascenderit*. *Non promiscuas*, quae facta qualiacunque non continent, neque ea, quae passim impleri et iterari possunt, veluti *si nupserit*, *si Consul fuerit factus*. Merillius, [*loc. laud.*] *potestativas* appellari *promiscuas* putat, quia communes sunt suis et extraneis heredibus. *Casuales* appellari *non promiscuas*, quia suis et extraneis non sunt communes: nam sui sub sola potestativa heredes possunt institui. *Promiscuum* idem est ac *commune*. *L.* 9. *de us. et habitation.* *L.* 45. *de Legat.* 5[to]. *L.* 1. §. *ult. de adq. vel am. poss.*" Voorda.

L. 15. add, Schulting. *ad Paul. Sent.* II. 19. §. 8. *not.* 20.

L. 16. not. 2. add. Schulting. *ad Valer. Maxim*, VII. 7. *exerc.* 1. *p.* 547. „Merillius, [*loc. laud.*] retenta voce *juris* totum textum explicat hunc in modum: *Extra testamentum* incurrunt hae quaestiones, an impleta sit conditio, quo modo impleri debeat, et de voluntate testatoris, qui ambigue aut perperam locutus est, quibus casibus res ex aequo et bono interpretationem benignam capit. *L.* 10. *h. t.* *L.* 13. *de ann. Legat.* *L.* 24. *de reb. dub.* Sed *ex testamento* oritur quaestio, si quis heredes instituerit, *quos Titius voluerit:* hoc casu dicendum, inutilem institutionem esse secundum juris scripti rationem, et definitionem Veterum. *L.* 32. *de hered. instit.* quae huic jungenda. Haec quaestio, an valeat institutio, ex jure dirimenda est, sed non oritur ex jure, verum ex instituendi modo in testamento adhibito, proinde ex ipso testamento. Sed merito dubitaveris, an non controversiae de ambigue et perperam scriptis oriantur potius ex testamento: tum enim caussa controversiae latet in ipso testamento. Denique hae quaestiones, an testator habuerit testamenti factionem, an sit ea cum herede instituto vel Legatario, an testamentum injustum, ruptum, irritum sit, incurrunt extra testamentum, at

 di-

dirimendae sunt ex jure scripto, non ex aequo et bono. Crediderim, Cajum occasione certarum controversiarum scripsisse ista: quae abrepta ex contextu suo hic speciem habent definitionis generalis, quae facile potest everti." Voorda.

L. 19. *voluntas defuncti.* „Non commentitia, sed talis, quae possit concipi ex verbis testamenti, aliisve a testatore prolatis, ait Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 28. *error.* 9. §. 10. ob *L.* 29. §. 1. *de liber. et postum.*" Voorda.

§. 1. Vid. Fab. *d. loc. Dec.* 31. *error.* 3. *num.* 6.

L. 20. Male Haloandrum hanc Legem praecedenti conjungere, notat Ant. Augustin. *Emend.* III. 1. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1500. add. Brencm. *h. plerumque.* „Duae sunt exceptiones, 1°. si jusjurandum de praeteritarum veritate, non de futuris rebus injunctum sit. altera est in *L.* 12. *de man. testam.* si libertas sub conditione jurandi relicta est. Donell. *Comm. Jur. Civ.* VIII. 32. Vs. *Fuit altera* etc. et *seq.*" Voorda. add. Walch. *de cond. jurisjur. ult. vol. adjecta*, §. 21. in ej. *Opuscul. Tom.* I. *p.* 198.

L. 21. add. Joh. Stek. *Vindic. Jur. Cap.* 17. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 528. et Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* II. *Cap.* 8. §. 5. *seqq.* et §. 18. *seqq.*

L. 24. *non impleri* etiam Cujac. *ad Libb. Julian. Digestor. in expl. h. l.*

L. 26. not. 1. Vid. et Ant. Fab. *Conject.* XVII. 5. et Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaestion.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 520.

§. 1. *si tamen hereditas ejus adita fuerit.* „Sensus est, si tamen hereditas testatoris ab eo, qui pure erat institutus, pro parte sua fuerit adita: alioquin enim pars altera adcrescere heredi ejus non posset, propterea quod rem non haberet. *L.* 83. *de adq. hered.* Itaque sermo hic est de hereditate jam adita ab eo, qui pro parte erat scrip-

scriptus heres, quod Juliani aetate fieri ab eo non poterat per Leges caducarias, nisi apertis testamenti tabulis. arg. *L. unic.* §. *5. de caduc. tollend. L.* 9. *Cod. de jur. deliber.*; Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 17. *not.* 7. Aperto autem testamento nihil amplius fieri caducum poterat, ideoque deficiente mox Legati vel institutionis alterius conditione locus erat juri antiquo, id est, adcrescendi. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 12. *not.* 32." Voorda.

L. 27. *Publii Septimii Demetrii.* Hujus et sequentis *Damae* Libertorum nomina putat Ant. Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 545. add. Grotium, *in Flor. Sparsion. ad h. l.*

not. 3. pro *non tam* legendam *mendum*, suspicatus quoque est Voorda, et van de Water. add. de varia hujus loci lectione Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 417. cui non improbabilis videtur Hoffmanni conjectura.

L. 29. *non adscenderit*, *Cujac* etc. Hanc negationem praetermisisse Jauchium, notavit Voorda.

L. 31. *Stichus* ante apertas tabulas *decessit.* „Jure veteri dies Legati cedebat ex tempore mortis testatoris, sed ex L. Papia Poppaea ex apertis tabulis, hujusque juris hic est vestigium. Sed jure novo jus vetus restitutum. *L. unic.* §. *5. Cod. de cad. tollend.* Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 31. *not.* 75." Rucker.

L. 32. *reliqua solvere.* Vid. Westenberg. *in D. Marco, Diss.* XXII. §. 8. et Gluck. *ad Tit. de tutel. et ration. distr.* §. 1363. *not.* 97. *p.* 187.

qui sub conditione ita manumissus esset. „Malim: *tuta.*" Voorda.

L. 33. not. 1. Lege: Averan. *Interpr. Jur.* V. 14.

§. 2. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* V. 25. *num.* 12. *seq.*

§. 4. Vid. Papillon. *de direct. hered. substitution. Cap.* 9. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 712. *seq.*

L. 34. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 15. *num.* 2.

L. 36.



L. 36. *In honorem Consulatus.* „ Videtur JCtus alludere ad sportulas et pecuniam, quam pro introitu dare solebant, qui magistratum aliumve honorem inibant. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* II. 17. *num.* 17." Rucker.

L. 38. *delata est.* „ Fortasse legendum: *declarata est*, vel *relata est.*" Voorda.

L. 39. *Hoffman.* etc. *legit: notatas.* „ Sine ratione, locutio apud nostros minime obvia." van de Water. add. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B.* *p.* 418.

L. 40. §. 2. *Videamus, inquit Labeo*, etc. „ Lucem his affundit *L.* 89. Vs. *quod fi. h. t.*" Voorda. add. Merill. *in L. Decision. Justinian. Cap.* 3.

§. 3. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 8. *num.* 5.

§. 5. *Thermus Minor.* De hoc nomine Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 6. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 556.

L. 41. *delegari.* „ Hoc Graeci, *in Basilic. Tom.* V. *p.* 785. *init.* exponunt *μεταφέρεσθαι*, *transferri.* Sed Cujacius, *Obs.* XVIII. 1. mavult *cedi*, ut accipitur in *L.* 1. *Cod. de contr. judic.* et *L.* 11. *Cod. de donation.* Ratio est, quod Legatarius conditionalis non sit creditor. *L.* 42. *pr., de oblig. et action.* neque ullam adhuc habet actionem, quam cedat. Haec Cujacii interpretatio potior est 1°. quia *delegari* tum proprie sumitur. Vid. *L.* 11. *de novation.* a Graecis vero sine exemplo valde improprie, 2do. quia res, ut accipitur a Cujacio, dubitationem justam habet, et digna est, quae moneatur; ut a Graecis accepta est, non item. Vid. Merill. [*loc. laud.*] Sed quum actiones transferantur cessionibus, ipsi fortasse Graeci verbo *μεταφέρεσθαι* intellexerunt *cedi*: praesertim, quum illi, de transmissione ad heredes loquentes, utantur verbo *παραπέμπω.* Vid. *Basilic. eod. Tom. p.* 786. *init. p.* 787. *init.*" Voorda.

L. 43. *rependeret*, *Bynkersh.* etc. „ At quis unquam ita locutus? Forte nihil mutandum. Vid. *L.* 22. §. 1. *de oper. libertor.*" van de Water.

per Praetorem. Id est, *edicto Praetoris*, Cujac. *in Comm. ad L. 77. §. 29. de Legat.* 2do.

L. 44. pr. add. Schulting. *ad Caj. Instit.* II. 1. §. 7. *not. l.* in *Jurispr. antejustin.* p. 89. et Jan. a Costa, *ad rubr. Tit. Inst. de stipulation. servor.*

§. 8. *si duorum* etc. „ Pugnare videtur cum *L.* 56. *in fin. h. t.* et *L.* 1. §. 1. *de usufr. accresc.* Conciliat Oroz. *de Apic. Jur.* V. 8." van de Water.

L. 47. *Saepe numero tamen mutatur* etc. „ Vid. *L.* 65. §. 1. *de Legat.* 1°. *L.* 52. *L.* 69. *h. t.* Donell. *Comm. Jur. Civ.* VIII. 32." Voorda.

L. 48. not. 5. „ Merillius [*loc. laud.*] hos Imperatores variasse putat, quia apud illos alia atque alia JCtorum Secta praevaluerit. Minus recte. Vid. Rucker. [*Diss. laud.*] *Cap.* 3. §. 9. *seqq.* Ut Merillius, sic etiam ferme Cujacius, *ad L.* 5. *qui testam. fac. poss.*" Voorda.

L. 51. *disjunctim positis.* „ Hoc est, positis in diversis testamenti partibus: nam si hoc accipias de conditionibus in eadem testamenti periodo sic appositis: *Titio si capitolium adscenderit, vel decem heredi dederit, fundum meum do lego*, idem obtinebit in Legato, quod in libertate, ut eligere Legatarius, et implere eam conditionem possit, quae sibi videtur levior, quia eo casu paruisse Legatarium ei sufficit, cui libet. *L.* 5. *de condit. institution. L.* 78. §. 1. *h. t.* add. Charond. *h.*" Voorda. add. Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaestion.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 520. *num.* 13. et Ches. *Differ. Jur. Cap.* 57. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 731. *seq.*

L. 53. not. 1. add. Ches. *loc. modo laud. Cap.* 82. *p.* 859. *seq.*

L. 54. not. 1. *Gaji* appellatione *Cassium* intelligi, putat Bertrand. *de Jurisper.* I. 5. §. 5.

L. 55. not. 1. add. Fab. *Conject.* XVII. 15. *num.* 13. *seqq.*

L. 59. Intercidit *Legatum*, etc. Id est, caducum factum

tum

tum est. Perrenon. *Animadv.* II. 14, in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 645. add. Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* XI. *Pr.* III. *Illat.* 2.

§. 1. not. 1. add. Merill. *Obs.* IV. 21.

§. 2. *quia servitus morti adsimilatur.* „Ideoque Legatum ejus tanquam mortui ex Legibus caducariis cedebat fisco. Sed hoc tamen una cum hoc ipso §. 2. accipiendum, quando Legatarius post mortem testatoris ante apertas tabulas servus poenae factus est, adeoque de proprie caduco: nam in his, quae sunt in causa caduci, hoc est, quae post factum testamentum vivo testatore deficiunt, servitus morti non adsimilatur, siquidem Legatario tum temporis in metallum damnato, Legatum non fisco cadit, sed pro non scripto est, et manet apud heredes. *L.* 3. §. 1. *de his quae pro non script. L.* 12. *de jur. fisc.* Merill. *Obs.* V. 13." Voorda.

L. 60. §. 1. *a quo ad ipsum, quod relictum est, pervenit.* „Hoc vel tantum, vel certe in primis innuit indignum, qui relicta capit et adquirit. *L.* 2. §. 1. *de his quae ut indign.* Sed non aliter, quam impleta conditione. Itaque fiscus vel reddet ipsi, quod dedit heredi implendae conditionis caussa, vel si itidem heredi det, ipse quod dedit, repetet ab herede condictione sine caussa. arg. *L.* 1. §. 2. *et* 3. et *L.* 2. *de condict. sine caus.*" Voorda.'

L. 62. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 15. *not.* 5. et Zach. Huber. *Obs. rer. judicat. Part.* II. *Cap.* 2.

§. 1. not. 2. *erogat* etiam Rucker., Literam *d* ex praecedente voce male repetitam, notans.

L. 65. §. 1. *Bynkersh.* etc. *cumnubere.* „Sed hoc verbum Latinis ignotum est. Lege potius: *tum.* Literae *a* et *t* in Flor. sunt saepe simillimae. Vid. Brencman. *Histor. Pand. p.* 111. Malim tamen pro *et cum* legere *etiam.* Sed quum τὸ *et* non sit in Flor., aliisque melioribus, praeferenda prior emendatio." Voorda. Van de Wa-

Water particulam *cum*, utpote superfluam, rejiciendam putat.

L. 64. §. 1. *Legem enim utilem Reipublicae*, etc. „ Quum ex inscriptione aperte constet, de *L. Julia et Papia* hic agi, mirum est, Balduinum, *de conditionib. Cap.* 7. [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 548.] hic ignorantiam profiteri." van de Water.

L. 66. not. 1. „ *constabit* legit quoque Cujac. *ad Libb. Modestin. Responsor. in expl. h. l. Constabit*, aut *probabit*, P. Fab. *Semestr.* II. 25. *p.* 621. At puto, lectionem receptam defendi posse, ut ipse quoque Faber vidit." van de Water.

L. 70. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 5. *num.* 10. *seq.*

L. 71. not. 1. recta Florentina, ait Rucker.

§. 1. *testamentum*, *Flor.* Etiam Rucker. notavit, hoc mutari non debuisse.

L. 72. *Sed displicuit sententia.* Quum scil. publice haec quaestio in auditorio disceptaretur, secundum Perrenon. *Animadv.* II. 11. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 642.

§. 1. „ Hunc §. explicat, et cum *L.* 101. §. 3. *h. t.* conciliat Oroz. *de Apicib. Jur.* V. 3. *num.* 12. add. Balduin. *Jurispr. Mucian.* [in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 527.]" van de Water.

Libertum conjunctum etc. „ Hunc conjunctum patroni liberis dici, Gloss. *h.* et Cujac. *Obs.* XX. 34. putant, quia patrono ejusque liberis agnati loco est. Sed Maran. *in Paratitl. ad Tit. Pand. de bonor. possession. p.* 353. quia testator eum ita conjunxit liberis suis, ut eos una morari voluerit." Voorda.

§. 2. *ante Constitutionem* etc. „ Intellige Constitutionem Marci in *L.* 2. *Cod. ut in possession. Legator.* qua permissum testantibus remittere cautionem Legatorum. add. *L.* 77. §. *ult. h. t.*" Voorda.

§. 8. not. 1. add. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 19. *not.* 53.

L. 74.

L. 74. „ Averanius, *Interpr. Jur.* III. 10. *num.* 22. sub fin. ait, hic dividi usumfructum inter mulierem et Titium, et quod singulare est, mulierem, Titio Legatum repudiante, consequi tantum dimidium, adeoque contemta voluntate testatoris amittere jus accrescendi. Male utrumque. Mulier dimidium capit, quantum haberet, si paruisset conditioni. Altera pars, deficiente conditione, manet in hereditate: nam Titio non remittitur illa conditio. Mulier autem non amittit jus accrescendi, uti significatur VS. *quamdiu* etc. et VS. *tantum enim* etc. sed nec adquirit illud iis casibus, quibus id non haberet, si implesset conditionem. Atqui impleta conditione haberet jus accrescendi repudiante Titio: sed ea non impleta inducere jus accrescendi ejus repudiatio non potest, quia nulla est: nam vana est repudiatio ejus, quod nec delatum est, eaque nihil agitur." Voorda. Pluribus de hoc loco egit quoque Gluck. *ad Tit. de usufr. accresc.* §. 637. *a. p.* 500. *seqq.*

L. 77. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 3. *num. ult.* not. 1. „ *conditionem* legit quoque Labitt. *Us. Indic.* *Cap.* 5. §. 26. [in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster.* *p.* 108.] ob L. 18. [*laud.*] ubi res iisdem pene verbis traditur, et sicut in priore specie, ita in posteriore de repetita *conditione*, non de repetita *libertate*, dicendum fuit." Voorda.

§. 2. not. 1. „ Rucker. [*loc. laud.*] mutata interpunctione haec ita reformat: *restituere rogatus est, si nupserit. Mulier die Legati cedente* etc. Dein in subducenda facti specie multa affingit, quorum in textu nec vola, nec vestigium est. Putem ego, fideicommissum mulieri datum fuisse purum: ideoque omissa persona Titii interpositi, ejus ut capientis personam spectari, ac remitti conditionem *si non nupserit*, ipsi quoque, si nupserit, obstantem, ipsamque ad coelibatum invitantem. Itaque eam, etiamsi nupserit, fideicommissum petituram,

ram, simul ac Legati dies cedat, non prius. Sumo *si* pro *etiamsi*, ut in *L.* 124. *de verb. oblig.* et in *L.* 1. §. 5. *Vs. quoniam si* etc. *de his quae in testam. delent.* Conf. Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 50. *error.* 10. *num.* 5. in med. " Voorda.

L. 80. not. 1. „Rucker. [*loc. laud.*] *caussas* hic accipit pro adjectionibus, et propositionem primam intelligit de conditionibus in tempus praeteritum collatis, ut *si navem aedificavit*; alteram de modo, ut *do lego Titio centum, ut monumentum mihi faciat*. Exempla porro utriusque *in fin.* dicit adjici, accipiens τὸ *fecerit* non in futuro, sed praeterito tempore. Non male. Sed potest textus etiam sic explicari: caussae vel impulsivae sunt, vel finales. Si ita scriptum: *quia bene de me meritis habere gratiam volo, do lego centum Titio, si negotia mea curavit*, caussa impulsiva est, quae agentem Titium, si negotia testatoris non attigit, protinus repellit, nec conditionem facit. Sed si dictum: *Titio centum do lego, ut faciat mihi monumentum*, caussa finalis est, quam velut pro conditione admittimus, sed ita, ut oblata cautione de adimplenda ea detur Legati petitio: non ut facere prius, sicut in vera conditione, monumentum debeat: *nec enim parem dicemus* etc. Qua interpretatione adhibita τὸ *fecerit* in futuro tempore sumitur, et redditur *in fin.* ratio, cur quod sub modo relictum est, peti protinus post mortem possit oblata cautione. Aliter, at minus recte, Majans. *Disp.* XLI. §. 10. " Voorda.

L. 81. *et illam conjunctionem* etc. „ Simile quid in *L.* 8. *de usufr. accresc.* " van de Water.

L. 82. *et ideo* inutile *fit*. Al. *non inutile*. Vid. Augustin. *Emend.* I. 3. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1442. *quidam hoc ajunt*. Scil. Proculiani, secundum Bertrand. *de Jurisperit.* I. 25. §. 8.

L. 83. *non sub ea conditione* etc. Est enim impossibilis.

Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* III. *Pr.* IV. *p.* 115.

L. 86. Hoc Juliani responsum exstat in *L.* 91. §. 1. *de Legat.* 1°. Labitt. *Us. Indic. Cap.* 5. §. 15. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 92.

L. 87. *in Legatis novissimam.* Haec etiam spectatur in tutore dato. *L.* 8. §. *ult. de testam. tutel. In* libertatibus *levissimam* etc. „ Directis scil., nam in fideicommissariis, sicut in Legatis spectatur *novissima. L.* 90. *h. t. L.* 5. *de manum. testam.*" Voorda.

L. 92. *cogendum emancipare.* add. Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 13. §. 1. *not.* 5.

Sic deinde *hoc accipiendum. Denique* legere mavult Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* XI. *Pr.* X. *Illat.* 9.

L. 94. *Sane si cum cesserit dies*, etc. „ *Cedere* libertatis dies non potuit, nisi conditione dando impleta: datum autem non fuisse, ostendunt, quae sequuntur. Putem igitur vel ob finalem periodum, huic quod ad jus oppositam, hic transpositis duabus literis legendum esse: *si cum decessisset is*, vel accipiendum hoc de *die*, *quo dare servus erat jussus*, ac tum ex fin. *pr.* huc etiam referendum, Titium interim esse mortuum." Voorda.

Si antequam dederit Legatarius etc. „ Intellige, si moriatur Titius defuncto jam testatore. Vid. *L.* 51. *h. t. L.* 22. §. 2. *ad L. Aquil.* nam talis conditio non videtur deficere, si Titius ante testatorem decedat. *L.* 8. §. 2. *L.* 24. *de cond. instit. L.* 54. §. 1. et 2. *de Legat.* 1°. Cujac. *Obs.* XVII. 22." Voorda.

L. 97. *per eos itaque jurabunt*, etc. „ D. Goth. *in not. Imo non coguntur jurare:* etc. Remittitur, si jurare jussi sunt, se daturos aliquid, vel facturos. *L.* 26. *h. t.* parendum vero conditioni, si tantummodo jurare jubentur. Parent autem hoc casu, si dicant: *testor Deum, fas mihi sit, id Legatum capere.* Cujac. *Obs.* V. 1." Voorda.

L. 101. not. 1. add. Augustin. *Emend.* I. 5. in Thes.

Ot-

ton. *Tom.* IV. *p.* 1442.

§. 1. „Non pugnat hic §. cum *L.* 72. §. 1. *h. t.* quia quod illic Imperator constitutione permisit, non est extendendum ad hunc casum, ut recte Oroz. *de Apicib. Jur.* V. 3. *num.* 12." van de Water.

L. 102. „Hoc confirmatum est *L.* 30. *Cod. de fideic.* productumque ad liberos naturales, fideicommisso oneratos, item ad Legata et fideicommissa singularia. *L.* 6. *Cod. de inst. et substit.* add. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 20. *error.* 10. et *Dec.* 31. *error.* 4. *num.* 4." Voorda.

L. 103. *quia moriente eo* conditio *extitit.* „Videtur itaque Paulus eam adjectionem habere pro conditione, quod negant Papinianus in *L.* 77. §. *ult. h. t.* et Marcianus in *L.* 12. *ut Legator. causs. cav.*" Voorda. Sed Rucker. notavit: „Videtur Paulus sentire de casu, quo testator voluit, ut ne quidem *de facto* petatur cautio: alioquin enim haec adjectio non conditionem, sed cautionis remissionem involvit: ut licet cautionem desideret Legatarius, tamen non amittat Legatum. *L.* 77. *in fin. h. t.*"

L. 104. „Jure veteri dies Legati cedit a tempore mortis testatoris: ex L. Papia Poppaea vero ex apertis tabulis, hujusque juris hic est vestigium. Hodie jus vetus restitutum. *L. unic.* §. 5. *Cod. de caduc. tollend.* Cujac. et Schulting. *ad Ulpian.* [*loc. laud.*]" Rucker.

L. 106. not. 1. add. notata ad *L.* 7. §. 2. *pro emtor.* Vid. et de hac Lege Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* I. 6. *num.* 10. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 396. *seq.*

L. 107. add. Wissenbach. *in Disp. ad h. t. Pand.* §. 2.

L. 109. *Offerendo centum* ex fideicommisso. „Hujusmodi enim voluntas inter coheredes duplex parit fideicommissum. *L.* 11. §. 3. *de Legat.* 3io." Voorda. Vid. et ad hanc Legem Averan. *Interpr. Jur.* IV. 6. *num.* 15. not. 1. „Male Cujacius, *in Vita Papiniani*, praefixa

ej. *Praelect. in Papinian.* (dubium, an errore typographico) intelligit *Claudium Saturninum.* Ita tamen etiam lapsus videtur Jac. Gothofred. *ad L.* 3. *Cod. Theod. de testam. not. p.* Vid. Otton. *in Papinian. Cap.* XI. §. 1." van de Water.

L. 111. *praescripserit.* „Dubito, an non melius legatur: *perscripserit.*" van de Water.

L. 115. *rescriptum est.* „a Principe. Sed, an ad libellos? imo potius ad consultationem vel relationem magistratuum, ob inscriptionem hujus Legis: neque enim credibile, Paulum in eos Libros et rescripta ad libellos retulisse. Merill. [*loc. laud.*]" Voorda.

Tit. II. *ad Legem Falcidiam.*

L. 1. §. 9. not. 1. add. J. J. Enschedé, *de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 174. *seqq.*

§. 13. Si *omiserit hereditatem.* „Malim: *qui omiserit.*" Voorda.

§. 14. not. 3. add. Brencman. *de Eurematic. Cap.* 7. §. 10. *num.* 3.

§. 19. *Marcellus — respondit.* „Scil. *Lib.* XXII. *Digestorum.* Vid. *L. seq.*" van de Water. Sed vid. Voorda, *loc. laud.*

L. 3. *quae emtorem invenerit.* Vid. Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* II. *Cap.* 9. §. 22.

§. 2. not. 1. Pluribus de hoc loco etiam egit Schrader. *Civil. Abhandl. p.* 155. *seqq.*

L. 4. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* III. 9. *num.* 17. et Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 8. §. 10. *p.* 162.

L. 7. *Papinianus Lib.* VII. Quaestionum. *Lib.* VII. *Responsorum* emendat Cujac. *ad L.* 76. *pr. de Legat.* 2do.

L. 9. Vid. Cujac. *ad Paul. Sent.* III. 6. §. 46. *not.* 98.

§. 1. *Ventrem ancillae.* Vid. de hac locutione Otton. *in Papinian. Cap.* 8. §. 3.

L. 11. §. 5. not. 3. *quartae* pro *quarta*, more Graecorum. Marcil. *ad LL.* XII. *Tabb. Cap.* 28. in Thes.

Ot-

Otton. *Tom.* IV. *p.* 261. — Verbum *quadrante* expungit quoque Papillon. *de Subſtit. pupillar. Cap.* 8. in *eod. Theſ. eod. Tom. p.* 745.

§. 6. not. 2. Emendationem Gothofredi probat Cruſius, *Diatrib. Cap.* 9. in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 672. *b.* Vid. et ad hunc §. Papillon. *loc. modo laud. p.* 747.

L. 14. §. 3. *quam* inteſtatus puer *accepit.* Male Haloand. *ab inteſtato pure.* Balduin. *Disp.* I. *de Jur. Civil. Cap.* 9. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* I. *p.* 962.

L. 16. §. 6. not. 1. add. Hoffman. *Melet. ad Pand. Diſſ.* XXVII. §. 9.

§. 7. add. Gabr. Vallium, *ad L.* 91. *ad L. Falcid.* in Theſ. Otton. *Tom.* I. *p.* 459.

L. 18. *in inteſtatorum ſucceſſionibus.* Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* III. 8. §. 1. *not.* 3.

not. 1. Vid. et ad hanc Legem Gluck. *ad Tit. qui teſtam. fac. poſſ.* §. 1407. *a. p.* 108. *ſeq.*

L. 19. Vid. et Gabr. Vallium, *loc. modo laud. p.* 437.

L. 20. not. 1. Nihil pugnae eſſe, docet quoque Averan. *Interpr. Jur.* IV. 25. *num.* 11. *ſeqq.*

L. 22. not. 1. Vid. et Gabr. Vallium, *loc. modo laud. p.* 439. *ſeq.*

§. 1. Vid. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 25. §. 10. *not.* 22.

L. 24. §. 2. *etſi non ſint reſtituendi* etc. „Nam percepit eos jure ſuo, ut dominus; non jure hereditario, ut heres.” Voorda. add. Idem, *ad L. Falcid. Cap.* 10. §. 1. *p.* 232.

L. 26. *Linea margaritarum* quid, vid. Wiſſenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. quod Legator.* §. 15.

L. 27. *exheredes ſunto.* „Extranei enim heredes recte exheredantur, ſi ſcripti ſunt; non ſcripti, inepte. Cujac. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 22. §. 27. *not.* 76.” Rucker.

L. 30. §. 1. not. 2. Praeter Vallium, quem Voorda refu-

tavit, verba haec etiam retinet Altamiran. *ad Lib. Scaevol. Quaestion.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 497.

§. 7. *quo loco amplius quaesitum est*, etc. Id est, *quo paragrapho*, vel *Capite*. Bynkersh. *Obs.* V. 15.

L. 31. *Sed et secundum Cassii, et Veterum opinionem*, etc. „Sabiniani Veterum opiniones sequebantur. Merill. *Obs.* I. 3.” Rucker.

L. 32. §. 1. not. 1. receptam lectionem frustra defendere Val. Guil. Forster. *de Juris interpr.* I. 2. *num.* 28. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 965. et Raevard. *ad L.* 87. *de reg. jur.* notavit Voorda, *loc. laud.*

§. 4 not. 1. add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 5. §. 3. *p.* 66. et *Cap.* 14. §. 5. *p.* 375.

L. 36. §. 4. *cum libertas* competere, *vel* deberi *coeperit*. Verbum *competere* ad directam, *deberi* ad fideicommissariam libertatem pertinet. Cujac. *Tract.* V. *ad African. in expl. L.* 88. §. *ult. h. t.* add. Idem, *in Comm. ad L. unic.* §. 6. *Cod. de caduc. tollend.*

L. 40. §. 1. not. 1. Vid. et Gabr. Vallium, *loc. supra laud. p.* 441.

L. 45. §. 1. not. 1. add. Ches. *Differ. Jur. Cap.* 81. *num.* 7. in *Jurispr. Rom. et Attic. Tom.* II. *p.* 858.

L. 49. „Unicus hic locus est, quo Cassius magistri sui Sabini sententiam refellit, quia haec sententia ipsis principiis juris, quae a Sabino didicerat, repugnat: ceteroquin tenaciter Sabino adhaeret. Freher. [*loc. laud.*]” Rucker. Vid. et ad hunc locum Brencman. *de Eurematic. Cap.* 7. §. 13. *num.* 3. *seqq.*

L. 52. Plura ad hanc Legem notavit quoque Hotoman. *Obs.* II. *ult.*

L. 57. *Et sane in plerisque ita observatur*, etc. „Exempla sunt in *L.* 3. §. 4. 5. 6. *de Legat. praest. contr. tabb. bonor. poss. pet. L.* 29. *de us. et usufr. leg. L.* 1. §. 1. *si quis aliquem testar. prohib.* Plura dabit Jac. Gothofred. *ad L.* 51. *de reg. jur.*” Voorda.

L. 58. Lapſus Librariorum hic in Graecis reperitur. Vid. Hoffmann. *Melet. ad Pand. Diſſ.* XXVII. §. 11.

L. 61. *Reſpondit*, etc. „Hoc ideo, quia res alienae non poterant aliter, quam *per damnationem* relinqui: atqui lis in his Legatis inficiando creſcebat in duplum. Paul. *in Sent.* I. 19. §. 1. §. *ult. Inſt. de oblig. quae quaſi ex contr.* Ergo haec Lex, cum de Legato fundi alieni agat tanquam utili, accipienda neceſſario de *Legato damnationis.* Vid. Cujac. *Obs.* XIV. 36. *in fin.*" Voorda. Conf. Idem, *ad L. Falcid. loc. laud.* et Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 24. §. 8. *not.* 16.

L. 62. „JCtus loquitur de aestimatione, occaſione Legis decimariae; ſed Tribonianus, ea Lege abrogata, haec poſuit ſub hoc Titulo, quia etiam in L. Falcidia aeſtimatio fieri debet. Vid. Jac. Gothofred. [*loc. laud.*]" Rucker.

§. 1. not. 1. *formale pretium* Voordam rectius interpretari, quam Wielingium, *loc. laud.*, monuit Rucker. add. Gluck. *ad Tit. de in lit. jurand.* §. 815. *not.* 63. *p.* 430. Vid. et ad hunc locum Suarez. *ad L. Aquil.* I. 4. *num.* 19. *ſeqq.* in Theſ. Meerman. *Tom.* II. *p.* 44.

L. 63. *Est enim abſurdum*, etc. „Haec verba videntur Pauli." van de Water. Vid. et ad hanc Legem Suarez. *loc. modo laud.* I. 4. *Sect.* I. *num.* 7. *ſeqq. p.* 45.

L. 64. not. 1. *Standum non est* legit Jenſ. *Strictur. Pand. p.* 342.

L. 68. *nunquam ergo amplius, quam triginta annorum* etc. add. Noodt. *de Uſufr.* II. 6. ſub fin.

not. 1. add. Ant. Augustin. *Emend.* I. 4. in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1444.

L. 69. *poſt Senatusconſultum.* De quo vid. notata ad *L.* 1. *de uſufr. ear. rer.* etc.

L. 73. not. 1. „in §. 2. *Inſt. h. t.* eadem Caji verba ſic leguntur: *Si is, qui centum* etc." Rucker.

L. 75. not. 1. add. Augustin. *Emend.* III. 1. in Theſ.

Otton. *Tom.* IV. *p.* 1500. in fin.

L. 77. add. Papillon. *de Substit. pupill. Cap.* 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 747.

L. 79. Vid. Merill. *Obs.* III. 12.

L. 81. §. 2. add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 2. §. 5. et Wieling. *Lect. Jur. Civ.* II. 29. *p.* 239.

L. 82. not. 3. add. Karl Friedr. Eichhorn, *Deutsche Staats- und Rechtsgeschichte*, II. *Th. p.* 190. *seq.* Goetting. 1821.

L. 86. not. 1. Vid. et Gabr. Vallium, *ad L.* 91. *ad L. Falcid.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 445.

L. 87. add. Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaestion.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 498.

§. 4. add. Papillon. *de Substit. pupill. Cap.* 8. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 747. *seq.*

L. 88. *qui Tractatus* etc. *Tractatus* et *quaestio* quomodo differant, Perrenon. *Animadv.* II. 11. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 641.

not. 2. add. Hoffman. *Disp. de Dialectica Vett. JCtorum* praemissa ej. *Meletem. ad Pand.*

§. 5. not. 1. add. Ed. Schrader. *Civil. Abhandl. p.* 152. *seq.*

L. 89. not. 3. add. Augustin. *Emend.* III. 7. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1519.

L. 91. *Ut D. Pius constituit.* „In *L.* 93. *h. t.* dicitur Hadrianus, per quem nonnulli Antoninum Pium intelligunt. Sed saepe Constitutiones eodem fere modo conceptae, a diversis tamen Imperatoribus profectae sunt. Noordkerk. *Obs. Cap.* 5. *p.* 98." Rucker.

not. 3. Egit de hac Legis parte etiam Wieling. *Lection. Jur. Civ.* II. 31. *p.* 249.

not. 6. Duos etiam Tractatus ad hanc Legem conscripsit Maran. *Oper. Tom.* II. *p.* 575. *seqq.*

L. 94. not. 1. Nihil quoque mutat Averan. *Interpr. Jur.* V. 3. *num.* 6. et sensum absque emendatione satis perspicuum videri, notavit van de Water.

Tit. III.

Tit. III. *si cui plus quam per L. Falcidiem licuerit*, etc.

L. 4. §. 2. *quodsi postea*, *tenebitur* culpae *nomine*. „Imo *doli*, teste eodem Paulo in *L.* 41. *ad L. Falcid.*" Voorda.

L. 5. *Sufficiet autem dici*, *nihil ejus fidei commissum esse*. „Id est, quod fidei ejus commissum sit, et ob id restituere necesse habeat, nihil esse, ad rem non pertinere, eumque Legatum poscentem cavere nihilo minus debere. P. Fab. *ad L.* 51. *de reg. jur. p.* 242. Rationem pete ex *L.* 1. §. 7. *in fin. h. t.*" Voorda.

L. 8. *restituiri*. Vid. notata ad *L.* 6. *de usufr. ear. rer. etc. not.* 1.

Lib. XXXVI.

Tit. 1. *ad SCtum Trebellianum*.

De adjuvandis interpretatione fideicommissis Voorda, *Elector. Cap.* 20. De iisdem, et utriusque quartae differentia, Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur. Lib.* IV. in Thes. Meerman. *Tom.* I, *p.* 533. *seqq.*

L. 1. not. 1. add. notata ad *L.* 5. §. 1. *de praescr. verb. not.* 5.

§. 1. add. Heinecc. *in addit. ad Vinn. ad* §. 4. *Inst. de fideic. hered. num.* 1.

§. 2. *ex his eos subire*. „Bynkersh. [*loc. laud.*] verba retenta conatur explicare, sed haud ita probabiliter. Ego legendum puto: *et his*, hoc est, *etiam his*, scil. judiciis: nam *subire* aliquando etiam construitur cum Dativo. Faber [*loc. laud.*] pro *ex his* legit: *onus*." Voorda. *Onus* conjecit quoque van de Water.

§. 6. not. 1. add. notata ad *L.* 7. §. 6. *de donation.*

§. 7. *vel alii successores*. „Fideicommissarius, qui iterum restituere rogatus est." Rucker.

§. 8. „Ratio dubitandi, quod fideicommissarius recepta hereditate non fiat heres, ideoque rogatus videri nequeat quasi heres, id quod requiritur, ut locus sit SCto

Trebelliano. *L.* 22. §. *ult. h. t.* At ille constituitur heredis loco, et justa interpretatione sufficere visum, si quis quasi heredis loco constitutus rogaretur. Vid. praec. §. 7." Voorda.

§. 17. De regula: *nemo potest plus onerari, quam est honoratus*, vid. Vinn. *ad* §. 1. *Inst. de sing. reb. per fideic. relict. num.* 2.

§. 19. *non utique debere* etc. Conf. *L.* 78. §. 11. *h. t.*

L. 2. not. 2. Nihil omnino mutandum, notavit Rucker.

L. 5. §. 2. add. J. J. Enschedé, *de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 177. *seqq.*

§. 4. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 11. *num.* 10.

§. 5. *non defendit.* Id est, *non vindicavit.* Schulting. *ad Paul. Sent.* V. 4. §. 16. *not.* 76.

L. 6. *recusare.* Differt a *repudiare.* Schulting. *ad Paul. Sent.* IV. 4. §. 1. *not.* 2.

§. 1. add. Jan. a Costa, *ad* §. 10. *Inst. de fideic. hered.*

§. 2. *et in ceteris necessariis.* „Haec verba tantum de servis intelligenda, et ita hunc §. conciliandum cum *L.* 27. §. 5. *h. t.* censet Faber, *Conject.* VII. 7. ubi rationem differentiae non male exponit." van de Water.

§. 5. *quia interesse Sempronii potest*, ex institutione, *quam ex substitutione hereditatem habere*, etc. „Id est, ex persona et jure instituti, quod ab eo coacto ex SCto Pegasiano in ipsum transfertur, potius quam ex substitutione, si forte substitutio Legatis vel libertatibus onerata sit. Fab. [*loc. laud.*] *num.* 4." Voorda.

L. 10. *Sed etsi ante diem* etc. „Rescriptum tamen in *L.* 12. *Cod. de fideicomm.*, eum, qui post mortem restituere rogatus est, etiam, dum vivit, restituere posse, nimirum ut ad fideicommissarium omne emolumentum pertineat, non ut judicio interim de bonis istis agere vel conveniri possit." Voorda.

L. 11. §. 1. not. 1. *Probante Pothier.* etc. „Nam si retines *cum*, filius etiam heres scriptus proponitur, quo ip-

ipso jure herede existente, non opus quemquam aliorum ad adeundam patris hereditatem cogi. add. *L.* 27. §. 5. *h. t.* ubi Juliani haec sententia iisdem pene verbis proponitur, et filius *exheredatus* dicitur. Faber [*loc. laud.*] iisdem de caussis filium exheredatum fuisse, ratus, verba Ulpiani sic exponit: si duo fuerint, quos sibi pater heredes scripserat, fuerit etiam filius impubes, sed exheredatus. Quem sensum ferme prae se ferrent verba, hunc in modum interpuncta: *si duo fuerint, a patre instituti, cum filio ejus impubere.* At vel sic in verbis nihil est, unde suspicari possis, exheredatum illum filium fuisse. Dein, an verba sequentia: *et iidem substituti filio*, eam interpretationem ferunt? Ibi certe rursus subauditur *τὸ fuerint*, idque ita, ut annectendum sit *τῷ substituti*, quod ipsum argumento est, etiam in superioribus conjunctum illud cum *τῷ instituti* voluisse JCtum. Sententiam Bartoli, jus sui heredis vel tolli adjecto coherede extraneo, vel adeo laedi ac vulnerari, ut aditione opus sit ad confirmandas pupillares tabulas, quam sequitur Bachov. [*loc. laud.*] et Vinn. *ad pr. Inst. de pupill. subst. num.* 9. satis refutavit Faber, *d. loc.* Neque vero Sarmienti et Wissenbachii responsio recta proba videtur: nam nihil apparet, cur sola sui heredis existentia, quae confirmat substitutionem, ut ex ea adiri possit pupilli hereditas, non confirmaret fideicommissum, ut recta via cogi etiam substituti possent ad adeundam pupilli hereditatem. Imo fideicommissa non minus, quam tabulas pupillares confirmat nuda sui heredis existentia. *L.* 27. §. 5. *h. t.* Optima tamen videtur sententia Fabri, quum minimis urgeatur incommodis: nam quod ajunt Vinnius et Bachovius, nudam sui heredis existentiam non posse in solidum confirmare testamentum, ubi eodem tempore adest heres alius, qui adire potest, et a quo pater vires testamenti sui pro parte pendere voluit, revera nihili est: siquidem nuda

sui

ſui heredis exiſtentia in confirmandis paternis pupillaribus tabulis tantundem habet virium, quantum aditio extranei: duobus autem extraneis inſtitutis unum eorum adire ſufficit, ut utrumque testamentum confirmetur totum, Vid. hanc *L.* 11. §. 1. et *L.* 27. §. 5. *h. t.* licet tum quoque adſit heres alius, qui posſit adire, et a quo pater pari modo vires testamenti ſui pro parte pendere voluit." Voorda. Vid. et de hoc loco Papillon. *de Subſtit. pupill. Cap.* 5. in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 754. *ſeq.* et Averan. *Interpr. Jur.* V. 50. *num.* 1.

§. 2. not. 2. „Lego: *ſicubi evenerit, ut restituatur* etc. nimirum, ut restituatur ſtatim, nondum impleta fideicommisſi conditione, et moriatur fideicommisſarius, priusquam ea exiſtat: haec enim ex praemisſis ſubintelligenda. Minus recte Fab. [*loc. laud.* et *Conject.* XVIII. 7. *ſeq.*]" Voorda.

L. 13. §. 3. add. Papillon. *de direct. hered. ſubſtit. Cap.* 8. in Theſ. Otton. *Tom.* IV. *p.* 708.

§. 4. Hunc §. a Triboniano interpolatum, putat Fab. *Conject.* XVIII. 12.

L. 14. not. 2. Pari modo Rucker. et Voorda quoque ad emendationem Bynkershoekii: *non ſequimur*, id est, non obſervamus, notavit: „Sed eodem ſenſu de filio, de quo hic ſermo est, dici potest: *non ſequitur*, non obſervat jus patriae potestatis."

§. 2. not. 1. „Ego deliberandum cenſeo, aut legendum: *Praetorem*. Forte reſpicit ad reſcriptum Pii in *L.* 11. §. 2. et *L.* 12. *h. t.* et tunc vox *restituere* accipienda de restitutione in integrum. Vid. *L.* 24. §. 2. *de minor.*" van de Water.

§. 3. *et ſequentes tabulas confirmari.* Ratio redditur in *L.* 36. §. *ult. de vulg. et pup. ſubſt.*

L. 16. §. 3. *nec enim posſe ex jure deduci* etc. „Ex his colligit Cujacius, *ad L.* 58. *de verb. oblig. fundum* nomen juris esſe: quod recte refellit Donell. *ad d. L.* 58. *num.* 9."

num. 9." Voorda.

§. 6. *qua ratione* excepta re *miles* etc. *Ex certa re*, Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 72. *error.* 6. Vid. de varia hujus loci lectione Brencm. *h.*

§. 7. *ambos - alterumve.* Vid. de hoc loquendi genere Forner. *Selection.* I. 7. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 14.

§. 9. Vid. et Averan. *Interpr. Jur.* IV. 7. *num.* 6. *et* 7.

§. 11. add. Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* II. *Cap.* 5. §. 30.

§. 15. *cum nihil* oneris etc. *Honoris* legit Cujac. *in Comm. ad L.* 5. §. 6. *de Legat. praest. contra tabb. bon. poss. pet.*

§. 16. *Vel alius Legatarius.* Haec delet Ant. Fab. *Conject.* XVIII. 10. ubi de hoc §.

§. 17. *D. etenim Pius rescripsit* Cassio Dextro etc. Cui etiam Pius rescripsit in *L.* 30. §. 6. *de fideic. libertatib.*

L. 17. §. 4. not. 1. Faber, *de Jurispr. Papinian. Tit.* IX. *Pr.* II. *Illat.* 1. *p.* 376. totam hanc periodum a verbis: *et in libertino* etc. Triboniani esse censet. Vid. et de hoc §. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 1. *num.* 10.

§. 5. „interpolatum hunc §. a Triboniano, putat Faber, *Conject.* XVII. 20. Sed recte vindicatur ab Oroz. *de Apicib. Jur.* II. 5. *num.* 3." van de Water.

§. 6. not. 1. Cujacium etiam sequitur Labittus, *loc. laud.* Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 461. τὰ *liber factus* rejicienda putat ad sequentem periodum post verba: *concepto filio.* Sed *ad* §. 2. *Inst. cit.* ut Cujacius, emendat.

§. 7. *Sed si naufragio*, etc. „Hoc non est contrarium *L.* 9. §. 1. *L.* 22. *de reb. dub.* ubi filius patri superstes fuisse creditur: nam hic specialis ratio est, favor scil. ultimae voluntatis, ne fideicommissum intercidat. *L* 16. *pr. h. t.*" Voorda.

§. 8. Vid. et Averan. *Interpr. Jur.* III. 28. *num.* 9.

L. 18. *non venire fructus.* „Ab herede scil. perceptos. Ratio est in §. 2. *h. l.*" Voorda.

§. 2. *fructus autem non hereditati*, etc. „Cur non? quia

ab

ab herede, adeoque post aditionem, sunt percepti: additione autem desinit hereditas esse, et res a defuncto relictae fiunt heredis. Cujac. *ad h. l.* Conf. Ant. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* XI. *error.* 3. *num.* 6." Voorda.

§. 3. add. Averan. *Interpr.* V. 11. *num.* 10.

L. 19. *videri in id tempus dari*, etc. „Jure novo, quo adventitia non amplius acquiruntur patri, non obtinebit. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 26. *error.* 6. *num.* 21." Voorda.

§. 1. *Te rogo*, etc. „Sed quaenam pars hoc casu restituenda? Gloss. putat dimidiam. arg. *L.* 164. §. 1. *de verb. signif.* At Maran. *in Paratitl. ad h. t. Pand. p.* 339. sic quidem in Legato partitionis obtinere dicit, sed in fideicommissaria hereditate restrictiorem fieri interpretationem in favorem fideicommissarii, ut testator, qui de partienda hereditate rogavit, nihil aliud videatur voluisse heredem retinere, quam quod ei SCto tributum est: eoque facit, ut putat, quod dicat JCtus, illa testatoris verba pro hoc accipienda esse: *rogo hereditatem illam restituas.*" Voorda.

not. 1. „Auctori, *Obs. Jur. Civ.* praeivit P. Faber, *ad L.* 12. *de regul. jur.* repudiata etiam sui ipsius emendatione: nam legerat olim *testamenti.*" Voorda. add. J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 181. *seq.*

L. 21. not. 1. ut Faber et Grotius etiam Vinn. *Sel. quaest.* I. 24. Aliter J. J. Enschedé, *Diss. modo laud. p.* 182. *seqq.*

L. 22. *Scaevola D. Marcum* etc. „Ex Scaevolae *Libro Singulari Quaestion. publice tractatarum* hoc accepisse Ulpianum, non male putat Bertrand. *de Jurisper.* I. 18. §. 4." van de Water. De *h. l. pr.* late Faber. *Conject.* XVIII. 6. Vid. et Gabr. Vallium, *ad L.* 29. *de lib. et postum.* in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 405.

§. 2.

§. 2. *deducta quarta restituet: fructus enim* etc. „Forte legendum: *restituet fructus: fructus enim* etc." van de Water. add. Jan. a Costa, *in Decretal. p.* 535.

§. 3. not. 1. *non levi*. Haec verba ad *negligentiam*, quae sequitur, non ad praemissam *culpam* sunt referenda. Fab. *loc. cit.* Pari modo Hasse, *die culpa des Röm. Rechts*, *p.* 272. *in not.*

not. 2. Voorda Fabrum non sine ratione *absumtae* legere ait. Van de Water legendum conjicit: *attritae*, alioquin delenda verba: *prolixitate temporis*. Forte tamen nihil mutandum, addit, si τὸ *usu* accipiamus pro *usucapione*.

§. 4. *eaque* dotem *marito dedisse* etc. „Quarta scil., quam vel legitimae nomine, vel ex SCto retinere poterat, ampliorem." Voorda.

et patris voto congruebat. „Non tantum, quia pater erat, sed etiam, quia fideicommissario praetulerat liberos ex filia nascituros. Conf. Cujac. *in expos. Nov.* 39. et Fab. [*loc. laud.*]" Voorda.

§. 5. *Sed* quasi heredem *rogari oportet.* „Vel quasi constitutum heredis loco. Vid. *L.* 1. §. 7. 8. *h. t.*" Voorda.

L. 25. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 8. *num.* 6. *seqq.*

§. 1. Vid. Schulting. *ad Ulpian. Fragm. Tit.* 25. §. 10. *not.* 22.

§. 2. add. Fab. *Conject.* XV. 18. *num.* 33. *seqq.*

L. 27. §. 1. *stipulatus* fuisset, et *per traditionem* etc. Ita legendum. Forner. *Rer. quotid.* I. 19. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 147. Etiam Taurell. *fuisSET*. Vulg. *fuisset*, *aut*. Vid. Brencm. *h.*

§. 4. *quia non probe de hereditate viventis pueri aget.* „Fideicommissarius scil. add. *L.* 2. §. 2. *de vulg. et pup. subst.*" Voorda.

§. 6. not. 1. ut Cujacius, etiam Cl. Chiflet. *de Jur. fideicom.* IV. 1. in Thes. Otton. *Tom.* V. *p.* 856. et Ruc-

Rucker. quoque notavit: salva esse omnia, si negatio ita transponatur. Minus recte autem D. Goth. *in not.* „Ut sit sensus, etc." Sensus enim hic erit: ut substitutus aut legitimus heres potest scriptum cogere, ut hereditatem adeat et restituat, *L.* 6. §. 5. *h. t.* sic filius praeteritus, si non jam bonorum possessionem contra tabulas acceperit. Vid. Cujac. *loc. laud.*

§. 11. De hoc §. Fab. *Conject.* XVIII. 19.

§. 16. *redditum iri.* Flor. *redditu iri.* Vid. notata ad *L.* 6. *de usufr. ear. rer.* etc. *not.* 1.

L. 28. *partis suae.* *Partis tuae* legit quoque Faber, *Conject.* I. 3. *num.* 3.

L. 29. *Triboniano adscribit Fab.* etc. „et inepta esse putat. Prius suspicari possumus, non demonstrare: apta vero satis sunt, si referantur ad res aliis in secundo testamento legatas, aut restitui jussas. Ceterum, Idem, *Dec.* 71. *error.* 3. de hoc textu multa habet subtilia, quorum pleraque non abs re sunt, ac nominatim illud, ab his, qui priore testamento fuerant honorati, agi debere ex testamento secundo." Voorda.

not. 1. Fallitur hic Bertrand. *de Jurisperit.* II. 42.

L. 30. §. 1. *fideicommissariam restitutionem esse* etc. „An hic non intercidit vox *actionum?* indicare hoc videntur sequentia: *nam meorum* etc." van de Water.

L. 31. §. 1. *D. Pius Cassio Hadriano* etc. Vid. *L.* 3. §. 1. *de Carbon. edict.* et ad eam notata.

§. 2. „Interpolatum hunc §. a Triboniano esse, putat Gifan. *ad L.* 15. *Cod. de contrah. et committ. stipul.* quem refelli: Wissenbach. [*loc. laud.*] sed sinistrius adhuc de hoc textu sentit Fab. *Conject.* VI. 11." Voorda. Interpolatum hunc locum putat quoque Matth. *de Criminib.* XLVIII. 18. *Cap.* 2. *num.* 15.

not. 1. add. Bynkersh. *in Praef. ad quatuor poster. Libros Observ.* sub fin.

L. 32. *Ballista.* De hoc nomine Casaubon. *ad Trebell. Pol-*

Pellien. 30. *Tyrann. Cap.* 18. et Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 42. add. Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 558.

L. 34. not. 1. add. Ant. Fab. *Conject.* XIII. 16. *num.* 5. et Averan. *Interpr. Jur.* V. 31. *num.* 12.

L. 37. §. 1. „ *Arrio.* Variant Codd., sed ita legendum. Vid. Augustin. [*loc. laud.*] Forte hic fuit, qui Proconsul Asiae cum fuisset, ab Imp. Commodo occisus est. Vid. Lamprid. *in Commod. Cap.* 7. et Capitolin. *in Pertinac. Cap.* 3. Nec obstat, quod Arrius, si sub Commodo occisus est, sub Severo vivere non potuit: nam Arrius Honoratus post mortem sui tutoris, cui sub Commodo restituerat, ea de re Severum adire potuit. Ceterum hic Honoratus forte filius fuit Egnatuleji Honorati, qui Clodii Albini partes secutus, a Septimio Severo fuit occisus. Vid. Spartian. *in Septim. Sever. Cap.* 13." van de Water.

L. 40. *nulla enim* separatio *est.* „ Id est, *differentia.*" van de Water. add. notata ad *L.* 44. §. 2. *de adq. vel am. poss.*

L. 43. not. 1. add. Cujac. *Obs.* XII. 12. Vid. et Fab. *Conject.* XV. 13. *num.* 12. *seq.* et Lyclam. *Membran.* VI. 10.

not. 5. *loco.* Id est, *argumento.* Bynkersh. *Obs.* V. 15.

L. 44. not. 1. add. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 7. *num.* 4. *seq.*

§. 1. not. 2. Pothier. secutus est Cujacium, *in Comm. ad L.* 18. *h. t.* Sed nihil mutandum, censet Merill. *loc. laud.*

L. 45. *fidumque obsequium defuncti precibus praebere.* Seu plenam fidem defuncto praestare. Merill. *Obs.* VIII. 14.

L. 46. Sejus *Saturninus.* Ita legendum, non *Siejus.* Augustin. *de Nomin. propr. Cap.* 5. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 356. De eo Bertrand. *de Jurisper.* II. 16. §. *ult.* *archigubernus.* „ Hic Trierarcho multo est inferior. Trierarchus dicitur, non tantum qui triremi, sed et qui

quadriremi, vel quinqueremi est praepositus, et navarchus classis quilibet. Cujac. *Obs.* XXVI. 21." Voorda. *ex classe Britannia.* Vid. ad haec Bynkersh. *de domin. maris*; *Cap.* 3.

L. 49. Vid. Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaestion. in expl. h. l.* et *L.* 49. *de petition. hered.*

L. 50. add. Finestr. *de adq. vel om. hered. Part.* II. *Cap.* 1. §. 31.

Vivius Cerealis. „*Civicae Cerealis* mentio fit apud Sueton. *in Domitian. Cap.* 10. *L. Tutius Cerealis* Consul fuit a. 106. post Christ. nat. *Q. Petilius Cerealis* unus ex primis Senatoribus memoratur in *Epitom. Dion.* apud Xiphilin. *in Vitell. p.* 213." van de Water.

L. 52. §. 1. et *SCto locus est.* „Forte legendum: *sed SCto.*" van de Water.

cum ab omnibus directa vel fideicommissa libertas ab eo *datur*, *a quo* etc. *aut ab eo* etc. legit. Fab. *Conject.* XVIII. 7. *num.* 18.

L. 55. §. 2. *aliud est enim ex persona heredis conveniri*, etc. „Convenitur autem fideicommissarius a Legatariis heredis nomine, quia Legata ab ipso relicta non sunt, nec, ut opinor, relinqui potuere: unde id etiam obtinet, si sponte heres adiit hereditatem. Conf. *L.* 2. *L.* 3. *pr. h. t.*" Voorda.

non esse priore tantum desiderante cogendum etc. „Sensus est, heredem institutum non cogendum adire, solo priore fideicommissario id desiderante, posteriore non item." Voorda.

§. 3. *qui jura sepulchrorum adquiri insequuntur.* Vid. ad haec Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h. l.* et Pothier. *h. tit. num.* 115.

Voluit relinquere. „P. Fab. *Semestr.* II. 25. *p.* 622. mavult: *remanere.* At nihil mutandum. Vid. seqq. ubi haec vox eodem sensu repetitur." van de Water.

§. 6. *potestas enim evictionis* etc. „Id est, vis et effectus

tus evictionis facit, ut hereditas non restituta intelligatur: proinde ut fideicommissarius non habeatur heredis loco." Voorda.

L. 57. not. 1. Vid. et Perrenon. *Animadv.* I. 11. in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 607.

§. 2. *propter gradus fideicommissi praescriptos.* „Hoc non mutatum videtur *L.* 4. *Cod. de verb. et rer. signif.*" Voorda.

L. 58. add. Fab. *Conject.* XVIII. 19. *num.* 8. *seq.*

§. 3. *et ita* D. Hadriani *rescriptum* etc. *D. Pii L.* 91. *ad L. Falcid.* ad quam vid. notata.

§. 4. not. 1. add. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 10. §. 232. *seq.*

§. 5. *cum* postea *cessisset dies.* „Id est, post mortem testatoris, priusquam cederet fideicommissi dies. Cujac. *Obs.* XXIV. 40." Voorda.

§. 6. *Usurae propter* usum *medii temporis* etc. add. Otton. *in Papinian. Cap.* 9. §. 2. *p.* 217.

Sed nihilo minus usus *et* casus etc. *Usus* hic significat *usucapionem*, *casus* vero *rerum interitum.* Cujac. *Obs. loc. laud.*

L. 59. add. Wissenbach. *in Disp. ad Tit. Pand. de solution.* §. 17. et Averan. *Interpr. Jur.* II. 11.

§. 1. add. Fab. *Conject.* XIX. 17. *num. ult.*

L. 61. *ideoque* ei *dari volo* etc. „Pro *tibi.*" van de Water.

L. 63. „In hujus Legis *pr.* et §. 1. Merillius, *Obs.* VII. 16. deprehendi posse dicit vestigium differentiae inter *SCtum Trebellianum* et *Pegasianum*, quasi ex Trebelliano restitutio fieri possit *verbo tenus*, ex Pegasiano non item ob stipulationes partis et pro parte, vel emtae et venditae hereditatis, hoc casu interponendas." Voorda.

Statim omnes res in bonis *fiunt ejus*, etc. Id est, *in dominio bonitario*, secundum Suarez. *ad L. Aquil.* I. 5. *Sect.* 2. *num.* 54. *seq.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 64.

§. 2. add. Fab. *Conject.* XII. 5.

§. 4. *et hoc est fatendum*, etc. Haec Triboniano adscribit Fab. *Conject.* XII. 17. *num.* 25.

§. 7. not. 2. „ Iensius, *in Praef. strictur.* p. 34. ratus, in Graeco textu hic fuisse ἀρχὴν, pro *ab initio* legendum existimat *omnino*. Profecto non apte, ut ait, sed ineptissime ad sensum." Voorda.

§. 11. Vid. Voorda, *ad L. Falcid. Cap.* 5. §. 4. *p.* 69.

§. 13. not. 1. Etiam Rucker. ad verba: *substitutus Maevio*, notavit: „ sic Flor., quod non erat mutandum. Institutus rogatus est restituere Titio: substitutus vero rogatus est restituere Maevio."

§. 15. Interpolatum hunc §. a Triboniano, late ostendit Fab. *Conject.* XVIII. 13.

L. 64. §. 2. Vid. Averan. *Interpr. Jur.* IV. 7. *num.* 10.

L. 65. §. 2. not. 1. Pulchre Herald. *de Rer. judic. auctor.* I. 1. §. 5. in Thes. Otton. *Tom.* II. *p.* 1079. ait Rucker.

§. 3. not. 1. An *nutu* etiam Legatum relinqui possit, late disputat Oteyz. et Olan. *Paralipom. Jur.* II. 2. in Thes. Meerman. *Tom.* I. *p.* 429. *seq.*

L. 66. §. 1. Hunc §., ut et seq. §. 4., a Triboniano interpolatum dicit Fab. *Conject.* XVIII. 11.

L. 67. §. 1. *hereditatem suspectam.* „ Sermo est de hereditate opulenta, sed ad quam quasi suspectam adeundam se a fideicommissario compelli passus est, ne creditores sui inde quid haberent, et ut quarta, quae, si sponte adiisset, creditorum lucro cessura erat, ad fideicommissarium perveniret." Rucker.

L. 70. *Sufficiunt* directae actiones *heredi.* „ Quas, sed inefficaces, retinuit restituta haereditate, quaeque SCti et Praetoris ope finnt efficaces, quum ipsi hereditas rursus restituitur. Vid. Fab. [*loc. laud.*] *error.* 8. in med." Voorda.

§. 1. add. Suarez. *ad L. Aquil.* I. 5. *Sect.* 2. in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 62. *seq.*

L. 72.

L. 72. Vid. J. J. Enschedé, *Diss. de Titio Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 189.

L. 74. §. 1. not. 1. add. Jac. Hop. *Diss. ad L.* 74. §. 1. *ad SCt. Trebellian.* Lugd. Batav. 1748. quam citat Puttman. *Interpr. et Obs. Cap.* 28. *p.* 134.

L. 75. *et per hoc totus as meus* etc. „Vel ex hujusmodi substitutione: *si quis eorum non erit heres, reliqui sunto*, vel etiam accrescendi jure, si modo liberos habebat Cornelius: nam liberos habentibus salvum per L. Juliam et Papiam erat jus accrescendi. Ulpian. *Fragm. Tit.* 25. §. 17. *in fin.* ibiq. Schulting. Heinecc. *ad L. Jul. et Pap. p.* 336.” Voorda.

pro rata portione maternarum defuncti rerum. „Disposuerat testator de hereditate sua, *suumque assem* distribuerat inter matrem, Sempronium, et Cornelium, heredes institutos. De rebus bonisve maternis, quae nondum habebat, nec post factum testamentum acquisivisse significatur, nihil nominatim cavisse proponitur. Quam ob rem nullus video, quid facere quantitas *rerum maternarum testatoris* possit ad definiendam partem, quam ex quatuor unciis, de quibus rogatus erat, deberet Cornelius heres Cajo Sejo restituere. Contra, Cornelius, propterea quod partes, ex quibus testator matrem et Sempronium heredes fecerat, ad ipsum solum eò superstite erant devolutae, vel utique perventurae videbantur, rogatus fuit quatuor uncias restituere. Sempronius autem nec opinato partem suam adquisivit ipsemet. Quibus rebus fit, ut et voluntati testatoris considerata fideicommittendi ratione, et aequitati consentaneum sit, exonerari fideicommissum pro rata ejus partis, quae re ipsa ad Cornelium non devolvebatur: ac proinde restituere eum res defuncti pro rata tantum parte ejus, quod matri ex hereditate sua destinaverat testator, ut, si illi omnes aequis ex partibus heredes fuerint instituti, quatuor unciarum loco restituere duas necesse habeat.

 Quo-

Quocirca vel scripturae vitium hic latere, vel *maternas defuncti res* hic significare oportet *partem hereditatis, ex qua matrem testator fecerat heredem.* Quae significatio quum abhorrere cum a JCtorum, tum etiam a Latinorum usu videatur, malim legere: *pro rata portionis maternae*, ut sensus sit, debere Cornelium heredem res seu bona defuncti restituere Sejo *pro rata portionis maternae*, hoc est, matri destinatae, vel ex qua heres mater erat scripta." Voorda.

L. 76. not. 1. add. Aleand. *ad Caj. Inst.* II. 7. §. 8. *not.* 43. et Papillon. *de Substit. pupill. Cap.* 4. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 726. *seq.* Late de hac Lege egit quoque Fab. *Conject.* XV. 14.

L. 77. *videri fideicommissi onere liberatos.* „Scil. ob adjecta a testatore verba, quibus conditionem *si decederent sine liberis* explicavit, vel emendavit. Nisi malis, verbis istis conjunctim adjectam conditionem alteram esse, hoc sensu: *qui decedit sine liberis, binosque liberos non educaverit.*" Voorda.

§. 1. not. 1. add. Fab. *de Jurispr. Papinian. Tit.* IX. *Pr.* V. *Illat.* 14.

L. 78. §. 1. add. Scip. Gentil. *de alimentis, Cap.* 19. *Oper. Tom.* III. *p.* 586.

§. 8. *ducentos aureos* relinquo. Hoc verbum Paulus inter precaria fideicommissi verba non admittit, *in Sent.* IV. 1. §. 6. ubi vid. Schulting. *not.* 17.

§. 9. *Claudius et alias de eodem facto* etc. van de Water post *Claudius* ponendum putat (.). add. notata ad *L.* 32. §. 1. *de us. et usufr. legat.*

§. 15. not. 2. Etiam Fabrot. *ad Cujac. Paratitl. ad Tit. Cod. de pignerat. action.*

§. 16. *si non transactum esset.* Vid. Noodt. *de Pact. et transact. Cap.* 5.

L. 79. *heres exstitit.* „Ex asse scil. Ceterum, vid. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 50. *error.* 9. *num.* 1." Voorda.

L. 80.

L. 80. add. Boreel. *Diss. de confusione*, *Cap.* 2. Lugd. Batav. 1752.

L. 81. *apud Aurelium Proculum* etc. „ An idem, qui occurrit apud Gruter. *Inscription. p.* 762. 9. plane incertum est. Ex ratione temporis alius est, *p.* 166. 7. " van de Water.

not. 2. add. Jan. a Costa, *ad* §. 3. *Inst. de pupill. substit.*

Tit. II. *quando dies Legatorum vel fideicommissorum cedat.*

L. 4. *denique.* „ Forte legendum: *deinque.* " van de Water. Non opus: saepe enim *denique* pro *proinde* ponitur. Vid. Heinecc. *ad Brisson. de Verb. Signif.* in voc.

L. 5. not. 1. add. Schulting. *ad Caj. Instit.* II. 5. §. 1. *not.* 5.

§. 1. not. 1. etiam Voorda ad verba *ex die mortis* notavit: „ Haec Triboniani sunt: nam Ulpiani aetate Legati puri dies cedebat *ab apertis tabulis.* Vid. Ulpian. *Fragm. Tit.* 24. §. 31. et *L. unic.* §. 1. *Cod. de caduc. tollend.* "

L. 7. ad §. 1. 2. 3. vid. et Averan. *Interpr. Jur.* IV. 5. *num.* 4. 5. *et* 11.

§. 6. *interdum aditio heredis Legatis moram facit.* „ Ita scil. ut non cedat Legati dies ante aditam hereditatem, uti verba finalia hujus §. ostendunt. Contingit illud, si libertas data sit directa vel fideicommissaria, *L.* 8. *h. t.* *L. unic.* §. 6. *Cod. de caduc. tollend.* si jus personale legatum sit, *L.* 2. *L.* 9. *h. t.* si servo testamento manumisso sit legatum, *L.* 7. §. *ult.* *L.* 8. *h. t.* si servo alii legato aliquid legatum sit, *h. L.* 7. §. *ult.* secundum emendationes Cujacii. add. Idem, *Obs.* XVIII. 16. " Voorda.

L. 12. §. 1. *ut initio cujusque anni* etc. add. Chef. *Differ. Jur. Cap.* 24. *num.* 11. in *Jurispr. Rom. et Attic.* *Tom.* II. *p.* 688. *seq.*

L. 15. add. Gabr. Vallium, *ad L.* 29. *de liber. et postum.*

in Thes. Otton. *Tom.* I. *p.* 404. *seq.*

L. 16. *non ante dies Legati ejus cedet*, etc. „ Heredi enim electionem dedit testator, cui locus non est, priusquam pariat Pamphila. Quum autem certum est, nihil ex ea nasci posse, deberi incipit res altera, Legato comprehensa. arg. *L.* 34. §. 6. *de contrah. emtion.* Quodsi Legatarius decedat, priusquam evenerit eorum alterutrum, ad heredem nihil transmittit, quia moritur, antequam cesserit Legati dies. Conf. *L.* 25. *pr. h. t.* Non obstat *L.* 14. *pr. et* §. 1. *h. t.* quia in casibus ibi propositis moriente Legatario certum esse incipit, legatam rem alteram nunquam ipsi debitum iri: quo fit, ut ipsi vivo deberi coeperit res altera, peremta electione. arg. *d. L.* 34. §. 6. add. *Colleg. argentor. h. t.* §. 6. *num.* 6." Voorda.

§. 1. not. 1. probante etiam Voorda.

L. 19. *unum Legatum* etc. „ Imo duo, auctore Paulo in *L.* 1. §. 8. *ad L. Falcid. L.* 24. *pr. h. t.* Vid. quae scripsi *ad L. Falcid. Cap.* 7. §. 3. Conf. Fab. *de Errorib. Pragm. Dec.* 92. *error.* 6. " Voorda.

§. 1. not. 5. *non cesserit* cum Jauchio probat quoque Voorda.

§. 2. not. 1. Auctorem, *Obs. Jur. Civ.* probat quoque Rucker. Etiam Voorda., addens: „ atque ita distincta ista esse in edit. Taurell."

L. 21. *Kalendis Januariis centesimis.* His significatur seculum civile, seu anni centum. Vid. Cujac. *Obs.* XXV. 12.

L. 22. not. 2. „ subintellige: *an ita*, ut initio species proposita: *cum annorum* etc. nec opus ex Vulg. inserere totum articulum cum Leonino." Rucker.

L. 25. *plura Legata non facit.* Non obstat *L.* 8. §. 1. *de Legat.* 2do. et *L.* 34. §. *pen. de Legat.* 1°. ad quas vid. notata.

nam pendente conditione non erit electio. „ Electioni tamen

men locum esse testator voluit, idque ita, ut ea demonstraret, uter fundus inciperet deberi, aut ad Legatarium pertinere. Ponenda autem conditio, quae morte Legatarii nec impletur, neque in ea caussa esse incipit, ut impleri nunquam possit, ne pugnet *L.* 14. §. 1. *h. t.* Conf. *L.* 16. *h. t.* ibique notata. add. *Colleg. argentor. h. t.* §. 7. *n.* 16. et Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaestion. in expl. h. l.*" Voorda.

§. 1. not. 2. *τὸ nec* recte adjectum esse, pene persuadere, quae disputat Reinold. *ad Mercer. loc. laud. not.* 91. notavit Voorda. eamque lectionem tuetur quoque Altamiran. *ad Libb. Scaevol. Quaestion.* in Thes. Meerman. *Tom.* II. *p.* 446.

quia nihil ejus *debet.* „Non dubito, quin legendum sit: *Sejus.*" van de Water.

not. 5. Voculam *si* ejiciendam, censet quoque van de Water.

L. 26. §. 2. *uxorem praestare voluit.* Taurell. *in annot.* „Flor. *uxore praestari*, non male pro *ab uxore.*" Vid. Geb. *h.*

L. 27. add. Averan. *Interpr. Jur.* V. 5. *num.* 9.

L. 28. not. 1. „*ea quibus* etiam Charond. *h.* Sed sine necessitate. Pari modo Cicer. *in Bruto*, *Cap.* 43. *in fin. qui a Philosophia, a jure Civili, ab historia fuisset instructior.* et *Cap.* 66. *in init. mediocriter a doctrina instructus.*" Voorda.

Tit. III. *ut Legatorum seu fideicommissorum servandorum caussa caveatur.*

L. 1. §. 4. Vid. Labitt. *Us. Indic. Cap.* 5. §. 6. in Jurispr. restit. Wieling. *Part. poster. p.* 39.

§. 9. not. 1. add. Augustin. *Emend.* I. 5. in Thes. Otton. *Tom.* IV. *p.* 1440. in fin.

§. 11. Vid. Pard. Pratej. *Jurispr. Med.* I. 137. in Thes. Otton. *Tom.* III. *p.* 549.

ad Junium Mauricum. De quo vid. Augustin. *de No-*

min. propr. Cap. 5. in Thef. Otton. *Tom.* I. *p.* 355.

§. 13. De ufuris et fructibus ex mora Legati praeftandis, quamvis actio ex testamento ftricti juris fit, vid. notata ad *L.* 24. *de uf. et ufufr. legat.*

L. 5. *quia neque jus*, etc. „Cujacius, *Obs.* XV. 9. *jus* hic interpretatur obligationem, eamque civilem, quia verba ftipulationis: *quod mihi ex testamento dari oportet*, referuntur ad obligationem civilem. Civilis autem obligatio nasci non potuit deficiente perfona, in qua confiftat: et heres, fervus hostium, non habet perfonam legibus, fed nec heredem ille habet, aut hereditatem, quae interim perfonae vicem fustineat: quum fuccesfio ejus in pendenti fit propter fpem postliminii. Igitur quum adhuc reus nemo fit, qui debeat, fidejusfor conveniri non potest. *L.* 57. *de fidejusfor.*" Voorda.

§. 1. *fi caveat adverfarius, transferri posfesfionem debere.* Flor. *caveat adverfarium transferri.* Taurell. *in annot.* Vid. Brencm. *h.* „Forte legendum: *ni caveat, in adverfarium transferri* etc. nam in MS. Flor. est *adverfarium*, quod male mutavit Taurellius, et feparavit a *transferri:* alioquin legendum: *ni caveat, ut caveat adverfarius*, ut colligo ex ipfo Papiniano." van de Water. Vid. porro Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaest. in expl. h.* §. et Pothier. *Tit. ut in posfesfion. Legator. num.* 18.

L. 7. *Sed melius est*, etc. Triboniani haec esfe, putat Fab. *Conject.* XII. 17. *num.* 29. *feqq.* et XVIII. 2. *num.* 24.

not. 1. „alienum hic est, *mediocritatem* pro *aequitate* accipere, ut fecit Otto, *in Praef. Tom.* II. *Thef. Jur. p.* 23." van de Water.

L. 10. not. 1. „*et in rem* etiam legisfe videtur Cujacius, *Obs.* XV. 9. recte. Facit autem in rem concepta ftipulatio *quod mihi dari oportet*, ut ftatim teneantur fidejusfores, fimul ac conditio exftitit, licet nondum adita fit he-

heredis hereditas: nam jam tum dari Legatario oportet, quia jacente debitoris hereditate obligatio incipit recte, quoniam hereditas perſonae vicem ſustinet. Cujac. *d. loc.*" Voorda. add. Averan. *Interpr. Jur.* III. 9. *num.* 16.

L. 12. add. Cujac. *Obs.* XIV. 57.

L. 13. add. J. J. Enſchedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 189. *seq.*

L. 17. Si *ſolidum Legatum* etc. *Si* pro *ſi quidem* accipit Cujac. *ad Libb. Papinian. Quaestion. in expl. L.* 47. *de fidejusſor.*

L. 18. §. 1. Vid. Cujac. *ad Libb. Paul. Responſ. in expl. L.* 72. *de jur. dot.* et Jac. Gothofred. *ad L.* 2. *Cod. Theod. de inoffic. dotib.*

Tit. IV. *ut in posſesſionem Legatorum* etc.

L. 1. *adhuc tamen* benigne *quis dixerit* etc. „Hoc est, *praeter rationem juris*, ut in *L.* 34. *pr. mandat.* idque, quia non adeo magnum lucrum captat. Cujac. *Obs.* XIV. 39." Voorda.

§. 3. not. 1. „Delet igitur Cujacius *ſolutum*, quia de ſoluto Legato nunquam Legatarius ſatisdationem exigit: tum etiam ob *L.* 14. §. 1. *tit. praec.* ubi idem reſcriptum occurrit." Voorda.

L. 10. Vid. Schulting. *ad Paul. Sent.* III. *ult.* in *Jurispr. antejustin. p.* 583.

L. 15. Hanc Legem in nonnullis Codd. *Javoleno* tribui, ait Bertrand. *de Jurisperit.* I. 12. §. *ult.*

Lib. XXXVII.

Tit. IV. *de bonorum posſesſione contra tabulas.*

Introductam eam origine esſe in favorem *ſuorum heredum*, qui praeteriti ſunt, ut dari iis posſet *interdictum quorum bonorum*, putat Francke, laudatus a Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *c. not.* 22. *p.* 563. *ſeq.* An hoc probabile? Certe multo gravior introducendae hujus bonorum posſesſionis cauſa fuit in

eman-

emancipatis praeteritis. Conf. §. 3. *Inst. de exhered. liberor.*

L. 4. §. 2. *ad testamenta feminarum edictum — non pertinet.* An etiam jure novo? Est, qui neget, sed vid. Muhlenbruch. *loc. modo laud.* §. 1421. *a. not.* 19. *p.* 185.

L. 10. §. 1. not. 1. add. Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *i. not.* 54. *p.* 61.

§. 4. add. Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *e. not.* 25. *p.* 401. Egit de hoc §. etiam Gluck. *in Opusc. Jurid. Fasc.* III. *p.* 180. *seqq.*

L. 12. §. 1. not. 3. add. Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *h. not.* 10. *p.* 321. *seq.*

L. 14. §. 1. add. Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *i. not.* 63. *p.* 63. *seq.*

L. 16. add. Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *i. not.* 95. *p.* 75. et §. 1425. *c. p.* 422. *seq.*

L. 17. add. Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *i. p.* 67.

L. 20. Plura de hoc loco Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *i. p.* 10. *seqq.*

Tit. V. *de Legatis praestandis contra tabb. bon. possessione petita.*

L. 4. Vid. Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1425. *c. p.* 296. *seq.*

L. 5. §. 8. add. Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *i. p.* 58. *seqq.*

L. 6. not. 1. Pluribus hac de re J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 1. *Sect.* 1. §. 10. *p.* 9. *seqq.* add. Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *i. p.* 24. *seqq.* ubi de hac Lege.

L. 15. §. 1. not. 1. Alios etiam citat Muhlenbruch. *d. loc.* §. 1421. *h. not.* 38. *p.* 336.

Tit. VI. *de collatione.*

L. 10. not. 3. *quo et* etiam Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *h. not.* 87. *p.* 313.

Tit. VIII. *de conjungendis cum emancipato liberis ejus.*

L. 1. §. 5. not. 2. add. Muhlenbruch. *ad Tit. de liber.*

et

et postum. §. 1421. *c. not.* 11. *p.* 394. *seq.*

Tit. XI. *de bonorum possessionibus secundum tabulas.*

L. 1. pr. *Sive membranae sint, vel si corio alicujus animalis.* Vid. ad haec verba Gluck. *ad Tit. qui testam. fac. poss.* §. 1415. *not.* 26. *p.* 388. *seq.* et *p.* 480.

§. 6. *codex testamenti* quid, vid. Gluck. *loc. modo laud.* §. 1415. *b. not.* 52. *p.* 431. *seq.*

§. 11. *pars lini* probat quoque Gluck. *d. loc. p.* 433. *not.* 60.

L. 4. not. 1. add. Gluck. *d. loc.* §. 1415. *p.* 392. *seq.* not. 2. Plura de *opistographo* Gluck. *d. loc. p.* 389. *seqq.*

L. 5. pr. Vid. Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *i. p.* 77. *seq.*

Tit. XII. *si a parente quis manumissus sit.*

L. 1. §. 3. add. Gluck. *ad Tit. de inoffic. testam.* §. 549. *p.* 131. *seq.*

§. 6. not. 1. Pari modo Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1425. *c. not.* 11. *p.* 357.

L. 5. Plura de hac Lege J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 199. *seq.* Lugd. Batav. 1829.

Tit. XIV. *de jure patronatus.*

L. 5. *qui probatus* fuerit etc. De varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 418. not. 2. add. notata ad *L.* 21. *pr. quod met. causs.*

Tit. XV. *de obsequiis parentibus et patronis praestandis.* De officiis libertorum erga patronos Jan. Pan. *Diss. de grati animi officiis etc. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 74. *seqq.* Lugd. Batav. 1809.

Lib. XXXVIIII.

Tit. I. *de operis libertorum.*

L. 4. Vid. ad hanc Legem J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 192. *seqq.*

Tit. II. *de bonis libertorum.*

Vid.

Vid. Gaj. *Inst. Veron. Lib.* III. §. 59. *seqq.*

Tit. X. *de gradibus et affinibus* etc.

L. 6. §. 1. *sponsus quoque et sponsa continetur:* etc. Improprie. Vid. Gluck. *ad Tit. de rit. nuptiar.* §. 1211. *p.* 220. *seq.*

L. 8. *etiam ex sponsalibus adquiri.* Improprie. Vid. Gluck. *d. loc.*

Tit. XVI. *de suis et legitimis heredibus.*

L. 1. §. 8. *vel nepos* sub omni *institutus.* *Sub conditione,* Hal. male. Vid. Muhlenbruch. *ad Tit. de liber. et postum.* §. 1421. *h. not.* 57. *p.* 386. *seq.*

L. 3. §. 12. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. de agnosc. et alend. liber.* etc. §. 1287. *e. p.* 117. *seqq.*

Tit. XVII. *ad SCium Tertyllianum et Orphitianum.*

L. 2. §. 24. add. Gluck. *ad Tit. qui pet. tutor.* §. 1523. *not.* 63. *p.* 82. *seq.*

§. 25. add. Gluck. *ad Tit. de tutel.* §. 1500. *not.* 85. *p.* 52. *seq.* et *ad Tit. qui pet. tutor.* §. 1525. *not.* 2. *p.* 151.

§. 43. not. 1. add. Gluck. *ad Tit. qui pet. tutor.* §. 1524. *p.* 118. quem etiam vid. *ibid. p.* 116. *not.* 59. pro lectione Flor. *huic rei sedentis.*

§. 44. *apud Tertyllianum.* Vid. ad haec verba Gluck. *loc. modo laud.* §. 1525. *not.* 85. *p.* 125.

§. 47. De hujus loci interpunctione vid. Gluck. *d. loc.* §. 1524. *not.* 71. *p.* 119. *seq.*

Lib. XXXIX.

Tit. 1. *de operis novi nunciatione.*

L. 1. §. 13. de varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 419.

§. 17. vel ut *damni infecti caveatur* etc. Al. *velut*, sed male. Vid. Dirksen. *loc. modo laud.* *Quibus ex caussis et interdicta* proponuntur. Vulg. *pronunciantur*, probante Dirksen. *d. loc.* Sed *proponitur* etiam est in *L.* 20. §. 1. *h. t.*

L. 5.

L. 5. §. 14. de varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *d. loc. p.* 420.

L. 13. §. 1. hunc §. cum *pr.* etiam conjungere Cod. Reg., notat Dirksen. *d. loc.*

L. 14. *qui* in via *aedificat.* De varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *d. loc. p.* 421.

L. 15. *nec aedificanti vim facturum.* Varias hujus loci lectiones refert Accursius. Vid. Dirksen. *d. loc.*

L. 20. §. 1. de varia lectione hujus §. et §. *ult.* vid. Dirksen. *d. loc. p.* 421. *seq.*

L. 21. *quotiens vicinus dicit, — opus novum invito se facere.* Vac. *quotiens* vicarius *dicit, — opus novum* vitiose *facere.* Dirksen. *d. loc. p.* 422. Sed procul dubio male.

Tit. II. *de damno infecto*, etc.

L. 4. *renovare* habendam esse Lectionem Vulg., docet Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 422.

L. 7. *postulabitur, ire, et cum justa causa esse videbitur*; etc. *Postulabitur, recte ire eum, cujus causa justa esse videbitur*, Vulg. et Hal. etiam Ven. et Cod. Reg. aliter Vac. Vid. Dirksen. *d. loc. p.* 423.

§. 2. *neque dominus rudera velit* agerere. De varia hujus vocis lectione vid. Dirksen. *d. loc.*

L. 9. *non* inique *Praetorem curaturum*, etc. *Non utique*, Vac. et Cod. Reg. Sed perperam. Dirksen. *d. loc.*

§. 2. not. 1. add. Dirksen. *d. loc. p.* 423. *seq.*

L. 15. §. 2. *Hic* exigitur *satisdatio, et tempus stipulationi* praestitutum. Flor. *hic* igitur *satisdatio, et tempus stipulationi* praestituit. add. de varia hujus loci lectione Dirksen. *d. loc. p.* 424.

L. 18. §. 4. *plus autem in stipulationem venit damni infecti.* Quod in hac stipulatione non necesse sit, provocare ad culpam, sed sufficiat provocare ad vitium soli, vel aedificii, aut operis. Hasse, *die Culpa des Röm. Rechts, p.* 308. *seqq.*

§. 10. Vid. ad hunc §. J. J. Enschedé, *de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 196. *seqq.*

L. 20. not. 1. negationem tollit quoque Gluck. *ad Tit. de usufruct.* §. 635. *b. not.* 14. *p.* 254.

L. 24. not. 1. *publice* pro *publica auctoritate* etiam Terent. *in Eunuch.* II. 2. *vs.* 59. ubi vid. Ruhnken.

not. 2. add. Burman. *ad Petron. Satyric. Cap.* 24. *p.* 81.

L. 28. add. J. J. Enschedé, *Diss. de Tito Aristone JCto Rom. Cap.* 2. *Sect.* 1. *p.* 200. *seq.*

Tit. III. *de aqua et aquae pluviae arcendae.*

L. 1. §. 6. *Si quis salicta* posuerit. Codd. Vulgg. pro *ponere* passim usurpare *plantare*, notat Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 424. Sed saepe *ponere* pro *plantare* dicitur. Vid. Brisson. *de Verb. Sign.* voc. *ponere*, *num.* 2.

§. 11. not. 2. Sed *superficientem*, ut Flor., etiam Vac. et Cod. Reg. Vid. Dirksen. *d. loc.*

§. 16. *increscit*, ut Flor. etiam Cod. Reg. et Ven. Sed Vac. habet: *nigrescit*. Vid. Dirksen. *d. loc. p.* 425.

L. 6. *posse me, vel cum primo*, etc. De varia hujus loci lectione vid. Dirksen. *d. loc.*

L. 14. *de dolo judicium dandum.* Fortasse hoc non intelligendum de *actione doli*, sed explicandum ex *L.* 15. §. 5. *seq. quod vi aut clam*, ita ut hoc casu *propter dolum* ejus, qui opus fecit, *interdictum quod vi aut clam* etiam post annum dandum sit.

L. 19. not. 1. *si patiente vicino* etc. Florentinam hanc lectionem habet etiam Cod. Reg. et Ven. Vid. Dirksen. *loc. modo laud. p.* 425.

L. 24. §. 1. *posse cogere.* Al. *agere hoc posse.* Vac. *posse hoc cogere.* Vid. Dirksen. *d. loc. p.* 426.

Tit. IV. *de Publicanis, et vectigalibus*, etc.

L. 7. *Papirius Justus* etc. *Papinianus*, Hal. et Vulg. Sed ut Flor. etiam Cod. Reg. et Basilic. Vid. Dirksen. *Civil. Abhandl.* I. *B. p.* 426. — *Antoninus et Verus.* Vulg.

